116

P. I. n°5

NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
27 H
27

M

Digitized by Google

Digitized by Google

2-17-N-# 45

Digitized by Google

8.27.H.27

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIÆ MAGDALENÆ DE PAZZIS.

ORDINIS CARMELITARVM

LIBRI SEPTEM.

Opus ad Diuinum excitandum Amorem, & ad ſublimia intelligenda Cunctis Fidelibus vtiliſſimum.

LATINE DONATVM

PER R. P. ANDREAM A CASTRO REGALI

PRIMI INSTITVTI CARMELITAM. SICVLVM.

Ad usum



Fris Andreae Anglesi Carm.

NEAPOLI,

Ex Typographia Hyacinthi Paſſari. M.DC.LXVI.

SVPERIORVM LICENTIA.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI,

CARDINALI
ANTONIO
BARBERINO,
EPISCOPO PRÆNESTINO,
SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE
CAMERARIO,
Et Magno Franciæ Eleemoſynario.

Salutem, & Reu.

FLORENTISSIMAM Religioſarum virtutum plantulam, diuinarum intelligentiarum vbertate fœcundã, ingenuam Florentiæ ſobolem, & lilijs vndiq; in Carmelo vallatam, tibi, Eminentiſſime Princeps, cenſui iure, meritoque donandam; vt dulciſſimum diuini amoris ſuccum, in ſuauiſſimis illius floribus, Cœli rore concluſum, Apis argumentoſa ſugat, digerat, & ad adimplendas mentis, ac ſpiritus ſui fauos aduolet, elaboret. Beatam igitur Mariam Magdalenam de Pazzis plantæ nomine indigitaui, quam in Beatorum albo, tamquam in fęcundiſſimo Eccleſiæ ſolo, Sanctiſſimæ, ſẽperq; fæliciſſimæ memoriæ, Vrbanus VIII. Eminentiæ tuæ Patruus, Apoſtolica dextera complātauit, & in Quirinali monte Religioſiſſimæ Sorores, velut in Cæleſtis ſponſi horto, & virtutum exemplis irrigant, ac deuotiſſimo puritatis affectu venerantur, & colunt. Vbi veluti Apes, illius floribus inſidentes, diuini amoris melle ſatiantur. Quod ſi diuinis

eminet intelligentijs, noſtra hæc eſtatica Virgo, cur tibi Eminentiſſimo intelligentiæ faſtigio non dicanda? Qui veluti ab incunabulis, ad inſtar Angelicarum intelligentiarum ſupremæ virtutis, ſydereum Eccleſiæ Orbem, æquo, prudentiſſimoque regimine, & miro admodum administrationis libramine, volutaſti. Tibi ergo, Eminentiſſime Princeps, diuinas haſce intelligentias offero; vt qui altiora ſemper intellexiſti, altiſſima hæc, quæ Spiritus Sancti fæcunditas eſtaticę Virgini impartita eſt, diuino accenſus amore, acie mentis excelſiori perluſtres. Nec interim meæ ſeruitutis officia dedigneris aſpicere, quibus humillimæ huius erga Eminentiſſimum Principem obſeruantiæ pignus exhibeo. Qui enim ſuprema ſapiunt, infima, vt eleuent, magni excelſique animi oculo, intuentur. Hoc, inter cætera, quæ ſingularia, quę ſemper maxima, tuum. Quod in te veneror, obſequor, predicabo: & Deum Optimum Maximum ſemper tibi propitium deprecor. Vale.

Datum Neapoli, die 20. Ianuarij 1666.

Eminentię Veſtræ.

Humil. in Chriſto ſeruus.
Fr. Andreas à Caſtro Regali.

Digitized by Google

PRAEFATIO AD LECTOREM.

NOVA, & vetera ſunt, quæ hic à veteri ad nouam prodeunt lucem. Vulgari iam idiomate ſeneſcentia, iuueneſcunt latinò. Italica ſiquidem primò; Flandrica deindè, Gallica, Hyſpanica lingua, hiſtoricè, typis demandata fuere. Latina? nunquam opinor; à nullo quem ſciam. Tot igitur Conceptus, tot ſimilitudines, tot myſteria, tot ſententiæ, tot oracula, quæ feruentiſsima Chriſti Sponſa, Beata Virgo Maria Magdalena de Pazzis Carmelitici Ordinis Alumna, in Diuinarum Intelligentiarum rapta delicijs, nunc in Perſona Æterni Patris, nunc in Perſona Filij, eiuſque Matris, aliorumque Sanctorum, extatica, protulit, & ex obedientia retulit, vulgari erunt à Sacris Concionatoribus afferenda ſermone? Sat quidem eſſet, ſed Italo; nationum varietati, quæ latinum magni vbique facit, nequaquam. Nunc, ecce mei laboris ſtymulum. Diuinis Intelligentijs ab humano nil addendum ingenio: nec addo, latina tantum verſione traduco, vt commodius vbique locorum à viris Apoſtolicis inter concionandum afferantur. Non quia Latina lingua eſt locupletior Græca, *vt primo de finibus inquit Cicero; abſit enim, vt locupletior ſim, in ijs quæ à Spiritus Sācti Diuina inſpirante fæcunditate data ſunt: Adamuſsim quidem, eodem ſenſu, quantum largitor omniū dedit, eademque ſimplici ſignificatione, omni, qua potui, fidelitate, traduxi; ſed quia latinè in ſugeſtis, Diuinas dare ſententias, optimum iudicaui: Quemadmodum, vt ait Quintil. lib. 10. c. 5.* Vertere Græca in latinū, veteres noſtri Oratores, optimum iudicabant. *Ex admiranda ergo noſtræ Virginis vita, quam primo Vincentius Puccini italicè in lucem prodidit, hæc per libros, & capita, etſi non Graficè, Grafidè ſaltem, ſic digeſta, latinè tibi propono: Sacræ ſcripturæ loca, prout ipſa Virgo latinè enunciauit, apponens. Quod ſi vitæ geſtis relictis, ſolummodò Extaticæ Virginis dicta congeſsi, hoc factum intellige, eò quod dicta tantum, non geſta, latino indigere ſermone viſa ſint. Myſtica ergò, ac recondita, quæ in Diuinis hiſcè intelligentijs continentur, oculis, ac mente ſæpius, Amice Lector, reuolue; & quos feruoris affectus, quæ ſupernæ intelligentiæ acumina, quæque deuotionis incitamenta, ad tuam, aliorumque ſalutem conſequutus fueris, experimento diſces. Vale: & mea, & typographa errata beneuolenter corrige.*

EXTATICAE VIRGINI CARMELITAE
Traductoris Votum.

RApeRis ad Diuina Intelligenda ſæpius, ò Eſtatica Virgo; ſed alios poſt te rapis. Traheris ad horam, ad diem, ad noctem? parum ad dies; ad hebdomadas, ad menſes, vt ſublimia, humanumque captum excedentia capias. At non ſola, alios tecum trahis. Sola currere, curſum incuſas; alios tecum currentes videre, iucundum; *Trahe*, præcabaris, opinor, *me poſt te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Sola trahi, currere haud ſola, tibi erat in votis: imò nec ſola trahi, auidiſſimè cupiebas. Sanguinem enim, vitamque profundere, vt omnes ad ſponſum tuum currerent, amoris zelo flagrabas. Paruula ſiquidem in villis, paruulas obſequebaris, vt Chriſtianæ fidei elementis imbueres, & ad paruulorũ traheres Amatorem. Tua feruentiſſima hæc fuere vota; tua, ad hoc cunctis indigitandũ, ſint verba; vt cuncti ad currendum poſt te, in virtutum tuarum odore extimulentur. Libro enim ſecundo fol.9.§.7. Chriſtum in horto ſanguineum emittentem ſudorem contemplata clamabas; *Et cur omnium creaturarum voluntates, ligare, & ad te aducere nequeo?* & lib.5.cap.19.§.7. *O Pater, ò Verbũ, ò Sancte Spiritus, ò Deus Trinus, & Vnus, age, vt cuilibet ſpeciatim tuum conferatur lumen, vt illo mediante, eorum quilibet malitiam ſuam cognoſcere, & ex parte valeat penetrare: Mihi verò gratiam concede, vt pro ipſis ſatisfacere valeam, vitam cum opus eſſet, profundendo. Oh cur ego non poſſum omnibus hoc conferre? Vt ego vnà cum omnibus, pro commiſſa in te offenſa, aliqua ex parte ſatisfacere valeamus.* Et cap.29.§.3. *O Sancte Spiritus, ne à creaturis tuis per gratiam elongeris. O Pater diuine, Protector noſter; ne ſinas animas tuas perire, ſed per gratiam, & miſericordiam parce illis, Et age, vt nunquam à gratia tua relinquantur.* Et cap.33. *Nolo, ò Verbum, hinc, nec à te, nec ab illis diſcedere, quouſque ex illis animabus, aliquam illuminatam videam. Iam exaudiri digna non ſum; O Verbum, non me nimis præſumentem exaudi, ſed ſanguinem tuum, &c. Punias in me ipſorum culpas, ò Verbum, & licèt ad eorum ignauiam purgandam, debilitas mea nequaquam ſufficiat, fac vt toties moriar, & reuiuiſcam, quoad vſque Iuſtitia tuæ ſatisfaciam. Nunquam autem ſatiabor, quo vſque totam in deſiderio conducendi ad te, Verbum, errantes animas, me conſumptam videbo. Deſiderium animarum tuarum comedit me. Cur infernum me guſtare non facis, & vitam amittere, vt ſaltem Patris tui ira, quoad aliquam partem mitigetur?* Pro infidelibus verò, hæc cap.35, Eructabas. *Contemni opto, nunc verò exaltari vellem; quod ſi poſſem, omnes apprehenderem, & in Sancta Eccleſiæ ſinu perducerem, ibique vellem, vt ſuaui ſuo flatu, eos ab infidelitate purgaret, & poſtea ad dulcia, ſuauiaque ſua apponeret vbera, Sanctiſsimorum Sacramentorum lacte nutriendos.* Et cep.25. *Totam in aquam me conuertere vellem, vt in illis, omnem proprij affectus flammam extinguerem. Magnum, fame mori, videre panem, nec eum ſumere poſſe. De mea doleo impotentia, quia neceſsitati, quam mihi oſtendis, nequeo ſubuenire. O Verbum, vellē vbique, & nullibi eſſe; ſed ad te ſolum peruenire, & tecum, & in te eſſe propter ipſos.* Quid ardentius? ò ſemper ardens Virgo. Vbiq; vt omnes inflammares; nullibi, niſi in Deo eſſe velles, & hoc, non niſi propter ipſos; vt in Deo, Deum ipſum impelleres ad ſaluandum. Votis reſpondeant facta. Nullibi nunc, niſi in Deo inueniris, ergo propter ipſos peccatores inueniaris in Deo. At, ſi inter omnes, indigniſsimus ego, Trahe me à perfectionis tramite oberrantem, vt precibus tuis, in virtutum tuarum odore percurrens, ſponſi tui dilectiſsimi gratiam valeam obtinere. Trahe me, vt ſublimia, quæ extaticis rapta intelligentijs, diuinitus percepiſti, ipſe, qui ea toties, rudi licèt Minerua, mente, calamoque reuolui, tandem aliquando pertingam, eodemque affectu conſequar, & effectu. Cernis enim miſerrimas animæ meæ ægeſtates: & ſi in terris, nullibi, niſi in Deo. ad peccatorum ſolamen eſſe cupiebas, ſponſoque tuo enixe precabaris his verbis, O *Ieſu mi, cunctas ad te vellem trahere creaturas*: Nunc, ecce omnium errantium peripſema, qui tuis prouolutus pedibus, ingemiſcens, anteactæ vitæ delicta deteſtatus, diuinam ſponſi tui expoſtulat pietatem, tuum etiam anhelat patrocinium. Age ergo pientiſsima, & me, cum alijs, ad Deum, quem dilexiſti mente, & puro corde, trahe; vt à mundi laqueis expeditus, ad veræ virtutis apicem valeam peruenire. Potes enim, vales. Velis ergo.

LIbrum, cui titulus. *Intelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum ab A.R.P. Andrea de Caſtro Regali primi inſtituti Carmelita ex vulgari in latinum traductum* Reuerendiſsimi Patris Generalis Magiſtri Hieronymi Ari iuſſu ad me transmiſſum habens, vidi; quia dum ſcholaſticum, vel myſticum etiam in latina traductione, agit, ad Theologiæ cenſorios canones ſingula pendit. Nihil propterea inueni litura dignũ. quod Sanctæ fidei dogmatibus, aut ſanctitati morum contrarium ſit; imo ad animos componendos, & charitatem augendam aptiſsimum, ſuoque traductori, inter Verbi Dei præcones eximios celeberrimo, digniſsimum: Daturum proinde tanto viro, honorem, & concionatoribus ad ſuggeſtum vim, & copiam fandi. Omnium igitur teratur manibus, & extollatur linguis; cum illud Caſsiodori repetendum ſit 8. *variarum ep.* 11. *Confido, quod ad agendos optimo ſcriptori gratias, omnium veſtrum ſtudia debeant concitari, quando prouectum eius excogitatum noſcitis pro vtilitate cunctorum: atque ideò alacriter excipiendum eſt, quod neceſſariè fuiſſet optandum: omnibus quippè vtile eſt*. Sic cenſeo. Datum Neapoli in Carmelo Plagæ nonis Februarij 1665.

Magiſter Fr. Tobias Conti S.T. Doctor.

CVm Opus, titulum habens (Intelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum) ab Adm. R. Patre Andrea de Caſtro Regali primi inſtituti Carmelita, ex vulgari in latinum traductum, ex ſpeciali Commiſsione Reuerendiſsimi Patris M. Hieronymi Ari Aſtenſis Generalis perlegerem, & vere in ipſo fateor traductiones eſſe concolores (idiomate excepto) Intelligentijs Vitæ eiuſdem Beatæ, ab Adm. R.D. Vincentio Puccini typis mandatis: Finis vero traductoris, Concionatoris noſtri temporis celeberrimi, vt alijs, veluti textus, fuit, inſeruiat: Quare Opus in ſeptem libros diſpoſitum, planè Diuinum, & ſanctum omnes legant, & ſicuti ipſi Virgini Beatæ, ità aliorum vtilitati valde proficuum ſit. Hoc teſtor ſubſignatus Fr. Dominicus Vinci in Collegio Neapolitano S. Th. candidatus Doctor, & in Regali Conuentu Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Neapolis ſtudiorum Regens, & Præfectus. Datum Neap. ſexto Kalend. Februarij 1665.

Fr. Dominicus Vinci Carm. Indignus.

Fr. Hieronymus Ari Aſtenſis Magiſter, ac humilis Prior Generalis totius Ordinis Fratrum B.V. Mariæ de Monte Carmelo antiquæ Regularis Obſeruantiæ.

VT Opus, cui titulus eſt Intelligentiarum Diuinarum B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum à R. Adm. P. Andrea à Caſtro Regali noſtri ordinis in Prouincia Montis Sancti primi inſtituti alumno, è vulgari in latinum Idioma traductum, & à duobus eiuſdem Ordinis ex noſtra commiſsione reuiſum, & approbatum typis mandari valeat, ſeruatis aliàs ſeruandis, Auctoritate noſtra, & præſentium tenore facultatem concedimus; In quorum fide, &c. Dat. Neapoli die 21. Maij 1665.

Fr. Hieronymus Ari Generalis Carmelitarum.

Fr. Sebaſtianus Fantonus Caſtruccius Prouincialis Romæ, & Secretarius Ordinis.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 2. Martij 1665. fuit dictum, quod R. D. Canonicus Curtius reuideat,& inſcriptis referat eidem Congregationi.

Paulus Garbinati Vic.Gen.

Canonicus Matthaus Renzi S.T.D. & S.Off.Conſ.

Abb. Franciſcus Antonius Curtius Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ, Canonicus, eiuſque Curiæ Archiepiſcopalis, & Tribunalis Sancti Officij Conſultor. Vidit.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 7. Iunij 1665. fuit dictum, quod ſtante relatione ſupradicti Reuiſoris, Imprimatur.

Paulus Garbinati Vic.Gen.

Canonicus Matthaus Renzi S.T.D. & S.Off.Conſ.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

IL Padre Andrea del Caſtro Priore di Monte Santo de' Padri Carmelitani del primo Inſtituto, ſupplicando eſpone à V.Em.come hauendo egli tradotto di volgare in latino l'Intelligenze eſtatiche della B. Maria Maddalena de Pazzis, e perche non deue mandarle alla Stampa ſenza reuiſione, e licenza di V. Em. però la ſupplica ſi degni commetter la reuiſione di detta Opera, per poterla ſtampare, ſe così li parerà à V. Em. il che riceuerà à Gratia ſingolare.

Reuerendus Pater Carolus Florillo. Videat, & in ſcriptis referat

Galeota R. Carrillo R. Nauarra R. Marinis R. Ortiz Cortes R.

Prouiſum per Suam Eminentiam Neap. die 11. Martij 1665.

Sebaſtianus.

EMINENTISSIME DOMINE

DIuinas B.Mariæ Magdalenæ dePazzis Intelligentias à R.P.Andrea à Caſtro Regali primi inſtituti Carmelita ſeptemplici volumine latinitate donatas, ampliori ſcilicet idiomate, bono velut in lumine collocatas, nec Regiæ iuriſdictioni, nec politico noxias regimini cenſeo. Si enim myſticam doctrinam, Mammillam Regum, Iſaiæ oraculo intelligimus, quî poterit Regibus Regum hæc Mammilla obeſſe? Protypum ergo huiuſmodi, quà rerum dignitate, quà traductoris elucubratione, typis perdignum reor. Datum in Collegio S. Franciſci Sauerij die 8. Aprilis 1665.

Carolus Florillus Soc. Ieſu.

Viſa retroſcripta relatione Iprimatur. Verumante publicationem ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota R. Carrillo R. Marinis R. Ortiz Cortes R.

Prouiſum per Suam Eminentiam Neap. 15. Aprilis 1665.

Anaſtaſius.

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B· MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS,

ORDINIS CARMELITARVM

LIBRI SEPTEM.

Opus ad Diuinum excitandum Amorem, & ad ſublimia intelligenda Cunctis Fidelibus vtiliſsimum.

LATINE DONATVM

PER R.P. ANDREAM A CASTRO REGALI Primi Inſtituti Carmelitam.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Anno 1585. die 21. Maij in eſtaſim rapta, in hęc verba prorupit.

DOMINE quid à me vis? forſan pro interiori exterius? ò quàm ſuauis, & amænus eſt locus, ſed magna ſunt opera ab ijs facienda, qui huc cupiunt ſe transferri; ſed hoc ſi ſufficeret, ò Deus meus, pro tuarum ſalute creaturarum, mille annos hoc modo viuerem, & mihi ipſi glorioſa viderer. Verbum tuum pęnã aliquam pro tuis creaturis me faciebat expetere: mauis iſtam? iſta ſit. Tu tamen es potens, ò Deus meus, quoniam niſi me vocaſſes, & etiam in terram proſtraſſes, nequaquam tibi reſpondiſſem; fiat tamen tua ſemper voluntas; potiùs enim mori cupio, quàm altam offendere puritatem; volo tamen totam meipſam in te relaxare, quià tecum vnita, ſcio, quòd res vlla mihi faſtidio erit Quæſo igitur, mi Ieſu, præſta, vt ego iugiter in tuo quieſcam beneplacito.

CAPVT II.

Diurnas recitans horas, raptis in Cęlum oculis, ſic fatur.

ADſum, adſum, adſum *(& in perſona æterni Patris)* Voco te, vt tu vocationi, & petitioni meæ reſpondeas, ſicuti iam oſtendi. *(Anima)* Tu es certè magnus, & potens *(Pater.)* Craſtina die nihil guſtabis niſi panem, & aquam: & ſi hoc non facies, retraham abſte oculos meos; ſed ſi facies quod tibi oſtendi, meam, & Verbi mei, quod ſe tanto dedit amore, tibique ſe dat, voluntatem adimplebis, in te mihi complacuero, ſicut hactenus feci. Etſi vis, vt opus tuum mihi ſit gratum, fac, vt voluntarium ſit. Hoc opus, quod à te requiro, exterius, erit tuæ menti ſpeculum; nec timeas, quòd contra te tuus operabitur

Digitized by Google

aduerſarius, quia non permittam, vt poſſit aduerſum te præualere. Dabo menti tuæ Angelos, vt eam cuſtodiant, Mater Vnigeniti mei erit tibi cuſtos, vt Verbi impreſſionem, quam cordi tuo inſculpſi, nequaquam perdas: eſto ſecura tamen, quòd deſideria tua à dæmone hoſte tuo minimè cognoſcētur, & ego totum, quod deſiderabis, adimplebo. (*& ipſa ſtatim*) Non moriar, ſe adimplebo opera tua.

CAPVT III.

Vocata à Chriſto, multipliciter inſtruitur.

VEni ò Spōſa mea, quia ego ſum, qui te à mente mea extraxi, & poſui in materno vtero, vbi in te mihi complacui. Veni, quia ego te de materno vtero eduxi, & tecum vnitus ſum, & in te mihi conplacui. veni electa mea, vt dem tibi regulam, & ponam terminum paſſionibus tuis toto vitæ tuæ tempore, quouſque ad me fruendum in terra viuentium te perducam.

Ego animæ tuæ ſponſus, & mei æterni Patris Verbum, do tibi regulam in eodem actu amoris, quem tibi conceſſi, teque participem magnitudinis meæ puritatis effeci. Dilecta mihi Dilecto, nota meam, & tuam regulam; meam quia do, tuam, quia à te obſeruanda eſt.

Primum, à te requiro, vt in omni tuo interno, & externo opere ad illā inſpicias puritatem, quam tibi intelligere dedi; omniaque tua opera, & verba tanquam nouiſsima cogita.

Secundum. Curabis vt iuxta tuū poſſe, & gratiam, quam tibi dabo, tot oculos habeas, quot animas tibi tradidero.

Tertium. Nunquam conſilium, aut pręceptum, quamuis tibi concedatur, dabis, niſi prius mihi in Cruce pendenti notum facies.

Quartum. Nullum in mortali creatura defectum adnotabis, nec reprehendes, niſi prius eàdem creatura viliorem te cognoueris.

Quintum. Sincera ſint verba tua, veracia, grauia, ab omni adulatione remota; & ſemper in operibus à creaturis perpatrandis, meipſum in exemplum adduces.

Sextum. Noli cum ęqualibus, vt benignitas ſuperet grauitatem, nec quod grauitas manſuetudinem, & humilitatem excedat.

Septimum. Sint opera tua tanta mãſuetudine, tantoque humili actu, vt Magnes ad trahendum ad me creaturas videantur; tanta verò prudentia, vt ſint regula membris meis, ideſt animabus religioſis, tibique proximis.

Octauum. Sis tanquam cerua, aquarum ſitibunda die, ac nocte exercendi per omne tempus in membris meis charitatem; tanti æxtimans corporis tui debilitatem, & laſſitudinem, quanti terram, quæ calcatur.

Nonum. Conaberis, quantum tibi dabo talentum, eſſe famelicis cibum, ſitientibus potum; nudorum veſtem; hortum in carcere detentorum, & refrigerium afflictorum.

Decimum. Cum ijs, quos in mundi mare relinquo, eris *prudens, ſicut ſerpens*, & cum meis electis, *ſicut columba*, ſimplex; illos velut faciem Draconis pertimeſcens, has vt *Templū Spiritus Sancti* diligens. *Mat. 10.*

Vndecimum. Eſto paſſionum tuarum dominatrix, petens à me gratiam hanc, qui ſum omnium creaturarum Dominator.

Duodecimum. Morem geres creaturis meis, quemadmodum ego in terris verſās cum illis ſumma ſum vſus charitate; habēs ſemper in auribus illā mei Apoſtoli ſententiam. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* *2. Corinth. 11.*

Decimum tertium. Neminem re aliqua cuius ſit tibi facultas concedendi, cū fueris requiſita, nec creaturam aliquam re ſibi conceſſa, priuabis, niſi prius in mēte habeas, me eſſe tui cordis ſcrutatorem, teque cū potentia, & maieſtate iudicaturū.

Decimumquartum. Tanti facies regulam, eiuſque conſtitutiones, ſimulac vota, quanti facias meipſum volo: ſtudens ſimul in corde cuiuſcumq; zelum vocationis, ad quam ego vocaui, & tuę Religionis imprimere.

Decimuquintum. Maximè omnibus ſubijci deſiderabis, & præferri etiam Minimæ horrebis. De-

Decimumſextum. Non intelliges tuũ refrigerium, requiem, ac delicias eſſe in alio, quam in contemptu, & humilitate.

Decimumſeptimum. Non efficies hodie, vt creaturæ tua deſideria, & mea vota cognoſcãt; ijs, quas tibi dedi, & meo Chriſto, exceptis.

Decimumoctauum. Omne deſiderium tuum, & operationẽ, ſimul cum membris meis in me iugiter offeres.

Decimumnonum. Ab illa hora, qua à mea Matre diſceſſi, ideſt à vigeſima ſecunda, vſquequò me receptura es, in iugi oblatione meę paſſionis, tui ipſius, & creaturarum mearũ, meo Patri, permanebis; & hoc erit tibi in pręparationem ad me ſacramẽtaliter recipiendum; & inter diem ac noctem corpus, & ſanguinem meum trigeſies viſitabis.

Vigeſimum. Vltimum erit, quòd in omnibus operationibus tam internis, quàm externis à me tibi permiſſis, ſemper transformeris in me. Hæc eſt regula, quã animæ tuæ Dilectus in actu amoris tibi dedit; idcircò illam recipies, & ea, quæ in ipſa continentur corde tenere, ac omnia exequi debes; niſi charitas, & obedientia viſitationem mei corporis, & ſanguinis impedierit.

Hæc eſt regula, quam animæ tuæ Dilectus in actu tibi dedit amoris.

CAPVT IV.

Amoris igne ſuccenſa, altiſſimis fixa intelligentijs clamitat.

1. O Amor, ò Amor, ò Deus, qui creaturas puro amore diligis; ò Deus amoris; ò Deus amoris, ò Domine mi, non plus amoris, nõ plus amoris, ſatis ſuperque eſt, ò Ieſu mi, amor erga creaturas; nec iam tuam excedit magnitudinem, tam vilis tamen, & infimæ creaturæ meritum excedit. Cur mihi tàm indignæ, vilique tantum amoris impendis, ò Deus meus? ò amor, ò amor, nec vnquam deſinam te Amorem, mei cordis iubilũ, ſpem, & animæ meæ fortitudinem vocitare. An neſcitis, ò dilectæ Sorores, quòd meus Ieſus aliud non eſt, niſi Amor? imò amore inſanus. Inſanum te amore dico, ò Ieſu mi, ſemperque dicam. Tu es totus amabilis, totuſque iucundus; tu recreatiuus, & confortatiuus; tu nutritiuus, & vnitiuus: pęna es, & refrigerium, labor, & requies, mors ſimul, & vita; quid tandem non eſt in te? tu ſapiens, & iucundus; altus, & immenſus; admirabilis, & indicibilis; incogitabilis, & irreprehenſibilis.

2. O Amor, ò Amor da mihi tantum vocis, ò Domine mi, vt vocitando, Amorem ab Oriente vſque ad Occidentem, & ab omnibus mundi partibus vſquead Infernũ regionem, vt cognoſcaris, & reuerearis, tanquam verus Amor. O Amor, tu ſolus penetras, ſuperas, frangis, ligas, regis, & gubernas omnia. Tu Cęlũ es, terra, ignis, & aer, ſanguis, & aqua. Tu es Deus, & homo; & quis vnquam valuerit tuam vel cogitare, vel exprimere magnitudinem, cum ſis infinitus, & æternus?

CAPVT V.

Ardentius inflammata, aqua frigida ſinum infundens clamitat. *Nequeo tantam ſufferre flammã*, indè rapitur, & alloquitur.

O Amor, ò Amor, quàm parum cognoſceris, & amaris? ſi vbiquieſcas nõ inuenis, totus in me veni, ò Amor, quia te benè hoſpitabor. O animę ab Amore creatæ, cur Amorem non amatis? Et quid eſt aliud Amor, niſi Deus? *Deus charitas eſt*. ò Amor à te quatior, & cõſumor. 1. Ioan. 4. Tu mihi mortem infers, & tamen viuo. Angor, dans mihi intelligere, quàm parũ amaris, & cognoſceris. Venite animæ ad meũ amandum amorem; venite ad veſtrũ Deum diligendum. *(Sororis obuiæ manum ſtringens, ſic)* ò animæ, ipſæ Amorem amatis? quomodo viuitis? non præ Amore cõnſumi, ac mori experimini? *(Tintinnabula pulſans, altè clamitat)* Venite animæ ad amandum Amorem, à quo tantùm diligimini.

CAPVT VI.

Genuflexa, recitatis Pſalmis. *Domine quid multiplicati ſunt, & Qui habitat in adiutorio Altiſſimi*, Spiritu rapta, in ſui examen ſic fatur.

1. O Ieſu mi, qualis fuit hodie prima, quam habui, cogitatio? doleo, quoniam de te nõ fuit, ſed timui, nè ad vocandum ſponſas ad te laudandum, hora tardior videretur; nec me tibi offerendi, nec etiam honorandi. Poſtea, mi Ieſu, vt me tibi offerrem, chorum petiui, ſed non totam, & in totũ me tuę remiſi voluntati.

2. Benigniſſime Deus, & quam miſericordiam à te recipere potero, cumme totam in te non relaxauerim? eſto mihi miſericors, Domine mi, quamuis nõ merear: potius enim mille infernos mererer. Cum verò ad te laudandum perrexi, magis angebar, videns eas in aliquo ceremoniarum debitarum, & inclinationũ deficiẽtes, quàm mihi curę fuit te honorandi, tibique meas laudes in vnionem eorũ Beatorum Spirituum offerendi. Bene à te miſericordiam petam, ò Deus, cum in eo quod ad te attinet, ideſt in laude tua, tot imperfectiones commiſerim. Poſtea cum ad recipiendum corpus, & ſanguinem tuũ veniſſem, cũ accedere toto poſſibili affectu debuiſſem, doleo, me non habuiſſe intentionem, id *in memoriam* tuę Paſſionis faciendi, vt dixiſti, nec animam meam tibi vnire cogitaui, ſed ſolum intenta quomodo quietem tribuerem cordi meo. Benè quidem Verbum tuum audiui, ſedmagis, ſi verũ erat, nos eſſe, vt Chriſto tuo dicere dediſti, cogitaui, quàm amorem tuum erga nos. Quapropter, Domine mi, nihil aliud à te poſſum, niſi miſericordiam petere. Cum ad recipiendum ſanguinem tuũ in Sacramento Pęnitentiæ acceſſi, maior mihi conſideratio inceſſit, eius, quod debebam Chriſto tuo dicere, vt quieti darẽ cor meum, quàm beneficij præſtiti, in tuo ſanguine animam lauando; nec in te confidi, qui auxiliũ præſtares, & gratiam, qua cor meum quieti daretur.

3. O Domine mi: quæ prima fuerunt verba, quæ protuli? repræhenſionis; & mea prolatio parũ manſueta, & dulcis, fuit in cauſa, vt cor illius inquietaretur; & quod peius, in charitate defeci: videns enim cor eius inquietum, quieti dare minimè ſum conata, adhoc, vt tibi per hoc vniretur. Ecce, Domine mi, quid ex tanta vnione, & lumine, quod mihi præſtas, elicio; quod ſi alteri creaturæ præſtares, ſe tibi magis gratam exhiberet; & ego miſera, & infęlix nullum fructum elicio, cum ergà tuas Sponſas in charitate deficiam: parce mihi per tuam paſſionem. Cũ verò ad colloquẽdum illi creaturæ pergerem, doleo, quod magnã commiſi hypocriſim, faciens me, quod non eram, extimari, meipſam exhibens quod non eram, quamuis annuerim creaturis tuis, non tamen vt me ipſę intelligerent merui; oſtendi ſiquidem tibi eſſe vnitam, ſcis ipſe tamẽ quoties à te vagata fuerim: dedi me eſſe veram religioſã, qualis tamen ego ſim, tu ſcis. Huiuſmagnæ hypocriſis, ò Deus meus, à te veniampeto, offerens tibi ſanguinem tuum tanto amore effuſum. Si, ò Domine mi, in infernum immittis, iuſtè ſubtus Iudam me detrudere poteris, quia te tantum offendi. Acceſſi poſtea, vt darẽ neceſſarium meo corpori cibum, ſed te honorandi qualem habui intentionem? non tamen memini tibi tot, tantoſque offerre pauperculos, quiforſan multo tempore oſtia, vt bolum panis inuenirent, pulſauerant & forſan nemo dederat eis; & mihi miſeræ miſerabili, nullo meo labore, & quodpeius eſt, nullo merito meo, id, quo debeo corpus meũ ſuſtentare, eſt mihi à Religione prouiſum.

4. Neque ſolum in hoc offendi te, ſed etiam in eo, quod egi, vt tua ſpõſa tot verba proferret, ſciebam tamen eo in loco haud loqui licere. Ecce Domine mi, quomodo in omnibus meis actibus te offendiſſe reperio; qualis igitur coram te ero, ad dona, gratiaſque petendas, ad tibi creaturas commendandas, cum te tantum offenderim, vt tuam nequaquam meruerim miſericordiam? Sed amor ille, qui te mouit, vt in terram venires, tuumque effunderes ſanguinem, ille ad meæ animæ mi-

miſerendum te moueat. Cum verò ad ſimul te laudandum cum alijs ſponſis non adij, ſola in culpa fui, quia cum anima illa, vt non adirem, dixiſſet, ſtatim non adeundi aſſenſum præbui. O mi Ieſu, ſi à me charitatis actum expetijſſes, non tam citò aſſenſum præbuiſſem. O Domine mi, qua ratione me venturam ſperabo, quò ſimul cum Beatis ſpiritibus te ſemper laudatura ero? Deſijnamque cum tuis ſponſis te laudare. Tuum tibi offero ſanguinem, vt illo mediante, mei miſerearis: & in eo opere, quod patraui, quem te honorandi finem habui, ò Domine mi? magis enim dolui de tempore quod tu donãdo auſers, quàm de eo, in quo animam meam te offerre deſierã. Tuis innui, vt ſilerent, Virginibus; haud tamen cogitaui, quàm magis deberem, ad meam tibi animam vniendam.

5 Inde cùm Spiritum Sanctum inuocarem, ità meipſam à te, mente, elongaueram, vt modus à me tenendus, nec veniret in mentem; ac ita, in Religione recentiores, me prudentiores extitere. Ecce, ò mi Ieſu, quomodo in omnib; ipſa defeci, Qua ergo ratione bonitatis tuæ vultum tulero, cum tantum te offenderim? iterum tuum tibi ſanguinem offero, quo ſolo mediante indulgentiam ſpero; et quantum, ò Deus, in altero defeci opere, nè parumper ſollicita laborarem? defeci, inquam, in eo, quod debueram: alios vt mihi charitatem facerent requiſiui, & intantum animæ meæ defui magis, vt non parumper laborarem, quam ne tu à me elongareris. In eunctis meis operibus ſum deficiens, ò Deus meus, ſed tu nec tantas intuitus culpas, tua ſola ad te iterum me attraxiſti bonitate, vbi tantum luminis elargiris, quod ſi alteri præſtares animæ, magis proficeret, quã ego miſerabilis. Acceſſi tandem, vt corpus meum cibo reficerem, nec tot paupereulorum memini, cibo, quo ſe reficiant, indigentium; mihi autem, ò Domine mi, ſic largiter prouidiſti. Iterum tibi tuum ſanguinem offero pro tot à me perpatratis offenſis. Veh mihi, Domine mi, quia in tenebris ſumus, & ego ſine tui offenſa nihil ſum operata: quid igitur faciam? Deus meus, ſi te tantum hodie offendi, nolo iam vltimam addere, in te nimirum, & tuæ miſericordiæ minimè confidendo; ſcio enim Domine, me indulgentiam non mereri, ſed, à te pro me, ſanguis effuſus, ſpem indulgentiæ præſtabit, & veniam.

CAPVT. VII.

Deo vocante, *veni ſponſa mea, quies, & ſtimulus mei Spiritus*, Ipſaque riſpondente, *ecce venio, venio citò, citò venio*, in perſona verbi ſic fatur in raptu.

1 PRiuſquam ad admirabilem mei Sancti Spiritus cognitionem peruenias, tibi quod operari voluero, notum faciam. Scias, quod vſque ad diem in qua *Sanctiſſima Trinitatis.* vos hic deorſum feſtum agitis, in quo tam intrinſecè te mihi colligaſti, tibique tam copioſè, me dedi, ita mecum eris vnita, quod diuinarum diuitiarum particeps eſſicieris; ſcias etiam, quod per quinquennium guſtu gratiæ meæ, non iam gratiæ, te priuabo: talis enim priuatio erit ad meũ Patrem complacendum, ad Angelorum lætitiam, & omnium illorum Beatorum Spirituum, qui ante thronum Sanctiſſimæ Trinitatis aſſiſtunt, ad exemplum creaturarum mortalium, ad maiorem pœnam damnatorum, ad confuſionem Dæmonũ, ad refrigerium animarum purgantium, tuique ipſius conſolationem. Volo inſuper tecum eſſe velut ſtrenuus Dux, qui prius quàm ſuum militem ſublimibus exaltet honoribus, in multis, experitur; ita & ego prius tui experimentum faciam, quàm in conſpectu mei Patris attollam. Studebis teipſam noſcere, ſemperque, vt hactenus feciſti, internas inſpirationes, quas dabo, & ſequi, & exequi; & quamuis hoc magno effeceris ſtudio, maiori poſt hac tibi faciendum erit. Curabis, imò tibi præcipio, vt intus tot à me tibi præſtita documenta, omni ſinceritate obſerues,

2 Aliorum defectus reprehendes, ſemper tamen omnem enuncians veritatem. Inſuper addo, quòd in omnibus ſextis ferijs, ſi intenta eris ad horam, in qua in

Cruce

Cruce expiraui, ſpiritum, quem æterno Patri tradidi recipies,& quamuis nō ſenties,ſemper nihilominus in te quieſcet;& ſicuti abſque corde creatura haud viuere poteſt, ſic & ego abſque te eſſe nequeo. Quoties tuum non eſſe cognoueris, quod dum in te perdurauerit,eſto ſecura, quod ſemper mecum eris vnita, meaque pax erit in te,quamuis in iugi prælio videaris. In hac enim probatione,quam faciam,foras multi leones infernales egredientur,& aduerſum te aduenientes,te verberabunt, & affligent; nec ſolum maiori impetu internę te inſultare tentabunt,ſed vt poſſint te deijcere,à me nunquam erit eis permiſſum:ſemper enim mea eadem gratia, qua nunc muniris,munieris. imò quantò violentius contra te inſurrexerint, tanto magis meum in te,nullo tamen ſenſu,vel guſtu,ſuperabundabit fauorabile auxilium. *Addit ipſa.* Sufficit mihi gratia tua.

CAPVT VIII.

Sequitur in perſona Verbi eodem raptu.

1 NOn deſinent tibi cibum ſpiritualem afferre illi, quos in tui auxilium dedi: & ſub meæ puritatis vmbra velociter curres,extra quàm nec motum nec operationem facies; licet etiam hoc abſque vlla Gratiæ perceptione erit. Grauibus quinque tentationibus, quibus vexaberis, donis iam tibi communicatis teipſam armabis. In primo veritatem aſſumes:in ſecundo meum,tuumque cor: in tertio, mea impreſſa ſtigmata; in quarto ſpineam, quam à me accepiſti coronam: in quinto,maximum,quod habes de mearum creaturarum ſalute deſiderium. & ſi magno impetu omnes Dæmones, vt te terrerent,inſurrexerint, ob id nè pertimeſcas:ſicut enim eorum nunquam deeſt inuidia, ità & ego nullo vnquam tempore gratiam meam in te retinere deſiero. Tù vero ea,quæ in ipſa participabis, referre non deſines.

Anima 2 O Verbum vnigenitum, ò incarnatum Verbum,quis magna tua opera conſequi poterit? parua tibi, mihi verò ſunt magna;quis tamen tantis reſiſtet inſultibus, niſi qui in te traſformatus extiterit,ò Deus Meus,cæcus in videndo te,verax in loquendo de te,& de tuis creaturis? Quis cum tuis creaturis procul à ſcandalo, & tui amoris impedimento conuerſabitur? manſueti,pacifici,& patientes.

3 Nè dubites cariſſima filia: ſemper enim tecum ero; hoc de tui priuatione complacitum,clarum certitudinis ſignum erit,magnorum donorum, & gratiarum tibi conceſſarum; præterea medium, vt te ad maiorem perfectionem adducat. Si maximis eris circumdata prælijs,neſciens quo te vertas, nec me tecum eſſe adiudicans,ſcias verè me te nunquam deſertum. Sufficit mihi gratia tua, & in exceſſu mentis meæ non mouebor in æternum. *Verbum* *Anima*

CAPVT IX.

Lacum videt Leonum,eò breui ingreſſura, dæmonumque multitudine rugientium territa,ſic proclamat.

1 CÆlum, terram, habitatoreſque eius,vt mihi ſuccurrant inuito;& vbi eſt gratiæ tuæ Sol,ò Deus meus? mihi obſcuratus videtur, bonitas tua à me pænitus elongata. Nunc derelicta videor, veluti corpus abſque membris inualidum, ac truncus ſterilis, inſpiciens me tua gratia extorrem: meipſam adiuuare minimè poſſum. Acerbiſſimam mihi pænam maledicti infligent hæretici; nunc ſiquidem aliter eos nequeo vocitare, qui quamuis ſemel tuum receperint ſpiritum; in eo tamen minimè profecerunt. Inſuper tot ſponſæ ſuperbæ à te rebelles hos ferociſſimos contra me prouocabunt Leones,vt maiorem augeant pænam, & dolorem; Sed nihilominus,ò Verbum, ſi hæ infælices animæ ad te redirent, beatam me exiſtimarem,ac millies à Dæmonibus mallē cruciari. Vndique hac crudeli viſione ità videor circumdari,vt eorum feroces rugitus

tus audiens, meipſam continere nequeo, quin altius vocem meam attollam,& ſi id exterius mihi vetitum fuerit,quis vnquam interius qui verit prohibere, vt ita Deo exclamem,donec exaudiar? vellent, ò mi Ieſu,hi diabolici ſpiritus fidem euertere, nihilò dare humilitatem, puritatem contemnere,& vice reſignationis in te, pernicioſum velle in meo corde reponere.Nec miror,quod cum non poſſint id exequi, tanto ad me redeant impetu, ac ferocitate,ſtrepituque tam magno conentur, vt quod ab alto à Deo mihi aduenit,non percipiam:contingit ſanè mihi ſicut mortem expectanti,qui non minus affligitur viſa machæra caput obtruncatura, quam cum mortem crudeliter experitur. Benè,ò Domine mi,video,quod ſi tuæ manus potentiam relaxares,ipſi me vita priuarent:vellent ſiquidem mea viſcera euellere, ideo tanta ſuper me ferocitate cucurrunt.

2 Collocauit ſponſus meus in me cum alijs donis ſpiritum,& cor ſuum, & poſtea in hac probatione, & tentatione me poſuit:volens, vt ego prorſus patiar pro creaturis, vt conuertantur ad ipſum. Memini tamen, ò Verbum, aliquarum vmbrarum à te mihi datarum, ſub quibus fugere aliquandiù debeo, vt horribiles hos rugitus,terribileſque voces non audiam, nec tàm horribilem dæmonum viſionem inſpiciam. O Verbum Æternum, tu in magnum me perduxiſti lacum, in quo neſcio quò me vertam, vbi non videam, non ſentiam tot ferociſſimas beſtias, ad me deuorandum hiante ore currentes. Quid igitur faciam? melius eſt,vt eleuem me ſuper me, meque honorificem, efficiendo de neceſſitate virtutem,gloriabun-
pſal.118. da de pæna. *Redime me à calumniantibus*
me:Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt
Iſaia 38. *à me, Oportet me gloriari in varijs tentatio-*
pſal. 54. *nibus.Timor,& tremor venerũt ſuper me,&*
num 6. *contexerũt me tenebra.Extimata ſum, tum-*
pſal. 30. *quam mortuus à corde*, extende ò Domine
13. ſuper me dexteram tuam, & da fortitudinem.

CAPVT X.

Sponſum triſti vultu conſpiciens, cum Apoſtolo clamat.

1 *Domine quid me vis facere*, quod tibi placet iube, & ego exequar, Act.9.
dummodo fulgentes tui me reſpiciant oculi, vultuſque tuus non ſit amplius triſtis ergà me. (*Hinc ad Virginem*). O Maria iam puriſſimos,ac ſplendidos mei ſpōſi oculos video,non amplius turbato vultu in me reſpicientes.Sed oro,edicas, ò mi Ieſu, quid in tam breui temporis ſpatio, quo tàm dulcem, ſuauemque intuitum promeruerim,operata ſum? conformitas voluntatis (*è Cælo reſponſum*.)

2 *Inde nudulum geſtans,& eleuans Ieſu, ſic Æterno Patri.* Offero tibi Sancte Pater filium tuum,quem ab æterno genuiſti, & mihi in terram miſiſti.*Inde,Viuo ego,iam nō* Galat.2.
ego,viuit verò in me Chriſtus.Dilectus meus candidus,& rubicundus. Offero tibi æter- Cant.5.
ne Pater filium tuum, quem ab æterno in ſinu tenuiſti,& in ſapientia tua generaſti, & propter miſericordiam tuam, ac miſeriam meam in terram miſiſti. Iterum offero tibi filium tuum,æterne Pater, quem poſt reſurrectionem eius ad te attraxiſti, & ad dexteram tuam collocaſti:

Videns Ieſum ſpinis coronatum, ac purpura indutum,ſic alloquitur.

3 O Ieſu mi, cur ego tot labores,& ludibria, & iniurias pati non poſſum, quot video, te, hos proditores, populo oſtendentes,afficere? cur pungentem illam coronam,quæ te,tantum affligit, non potero à tuo capite auferre,meoque inferre, cum propter me illam retineas, meique cauſa has pænas,ac tormenta patiaris? *Inde paſ-* Cant.1.
ſionis inſtrumenta recipiens,inquit. Faſciculus mirrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Suos tandem leuiſſimos conſpicatus defectus,enunciat. Libenter infernum peterem,ſi, vt nunquam te offenderem,poſſem efficere,ò mi Deus.

4 *Inſuper,Angelorum cantu dignata,aiebat.* O vos benè dicitis; ab hijs, qui ſunt hic deorſum,differunt iſti cantus. *Sacramentali tandem refecta pabulo in hac verba*

eru-

cant.5. *erupit.Dilectus meus candidus , & rubicun-*
pſal.44. *dus.Specioſus forma præ filijs hominum,elec-*
tus ex millibus . Diffuſa eſt gratia in labijs
tuis . Collocauit ſe in anima mea . Dilata
cor meũ,vt inducat omnẽ creaturam ad
communicationem corporis,& ſanguinis
pſal.72. tui.*Quam bonus Iſrael Deus*.

CAPVT XI.

Dæmonibus reſiſtit intrepida.

pſal.30. 1 O Verbum,ò Verbum, *In te Domine ſperaui , non confundar in æternũ. Dæmoni inſultãs.* Quid à me vis,ò horribilis beſtia? O bone Ieſu,ad mearum offenſarum , & meorum aduerſariorum viſionem videor infernum deguſtare ; ſed ſi vos , ò Dæmones, me deglutietis,extramittere poſtea compelleremini . Tandẽ , ò terribilis bellua, cum me pro tuis votis
pſal.33. cruciauer|s, quid obtinueris ? *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.Exurgat Deus,& diſſipentur ini-*
pſal.67. *mici eius.*Vos tantum,quantum meus permiſerit ſponſus efficere poteſtis.Haud nego, te fortem eſſe , me verò debilem , ò horribilis beſtia ſed apud me Dominus meus te fortior,& valentior:non animaduertitis ò inſani, ignarique,me cum meo Ieſu eſſe,nec nocere vos poſſe?non attenditis me veſtris prælijs magis glorioſam fore victricem ?

Videns monialem in Cælum aſcendere , ſic eſt allocuta .

2 Vale ſoror,vale anima fælix, tu ſicut pura columba Cælum petis , nos omnes in imis relinquens.O quã glorioſa,& pulchra es, & quis poterit tuam pulchritudinem enarrare ? quam breui flammas illas experta es ? non dum corpus tuum eſt ſepulturæ traditum , & anima ad gloriam euolat Beatorum. Nunc clarè cognoſcis , quod cum verſareris in terris,enunciabã, nimirum, nil toleraſſe viſuram , reſpectu gloriæ,quam Ieſus præparabat in cælis.

CAPVT XII.

A Leonum, ideſt tentationum lacu liberata,Chriſto, & Sanctis Aduocatis alloquitur.

1 ERipuit me de manibus inimicorũ
meorum,& ipſi confuſi ſunt,*Tran-* pſal.65.
*ſiui per ignem,& aquam , & eduxiſti me in refrigerium.*Quaſdam habent ferociſſimæ illæ beſtiæ cartas, quibus cogitant , & ad eorum magnũ dæmonem redire,magnũque lucrum referre , ſed deuoti mei eas accipiunt, dilacerantque : iam enim omnia in ſanguine Domini mei ſunt purificata,& in eo quod acquiſiuiſſe cogitabãt, in eodem magis excruciantur:abſque vlla enim victoria reuertuntur; & quis ſatis intelliget,Domine mi,non eſſe offenſam , ſed iubilum, & animæ gloriam quod mihi offenſa videbatur ? *Inde ad Prioram , & Magiſtram manus earum trigens , conuerſa , concludit .* Venit , & tranſiuit, ideſt probationis tempus;eſtote mihi in auxilium ad gratias agendum,& magnificandum Dominum meum .

2 *Lætanter ad ſponſum .* Mihi videtur , ò Domine mi,te velle me propatratis offenſis munerari omnes Aduocati , quam mihi eſtis propitij?pergam ad omnia loca illa,in quibus me offendere meus voluit aduerſarius. *Dæmonibus ibi inſultans , ſic .* Vobis inuitis,in die Domini diem feſtum agam . Vos,corã eo,illius obuoluta pedibus,irridebo. De eo , quod mihi coram Deo accidit , veſter ſit dolor:gloriabor , coronamque capiti imponam, & corã ipſo humilis apparebo : ò deformes belluæ infernales,uociferate , ululate quantum uultis;anima enim mea , non magis uos , quam muſcam æxtimabit, quamuis de dono hoc gratias agere debeam Deo meo .

3 *Inde canit exultans.Quis nos ſeparabit* Rom.8.
à charitate Chriſti ? tribulatio? an anguſtia?
an fames ? nemo poterit me ſeparare à philip.3.
charitate Chriſti ; *Omnia arbitrata ſum vt*
ſtercora,vt Chriſtum lucri faciam . Dominus pſal.26.
illuminatio mea,& ſalus mea,quem timebo ?

O Ma-

O Maria puriſſima, non ſolum ea puritate, & innocentia meipſam tibi offero, donoque, quam à te, cum me tibi dicarem, recepi, ſed longe maiore, ac puriore. Recipe me ergo, & in te me conſerua, ò Maria.

CAPVT XIII.

Paruulum, ſed pulcherrimum videt Ieſum, quem ſic alloquitur.

1 O Sponſe mi, ita te vocitabo, citrà comparationem delectabilior eſt tui viſio, horrendo dæmoniorũ aſpectu: es enim, vt Propheta, ait, *ſpecioſus forma præ filijs hominum* , & quem admodum nullum antea erat tempus, nullus locus, vbi terribilem malignorum ſpirituum viſionem non haberem, ità modò ambulãs, ſtans, laborans, loquens, te ſemper Dilectum meum aſpiciam ; & ſicut illi præter uiſionem mentalem, corporalibus adhuc oculis diuerſimodè ſe inſpiciendos, præbuere, ità & tu non ſolum menti meæ eris præſens, ſed etiam, vt magis iubilem, & exultem, corporalibus meis oculis te oſtẽdes : & ſicut in tribus perſonis unus es Deus, ita , & tribus modis te uidere malim, ideſt quemadmodum eras in Ægipto, dicam, in infantia, inſuper, ut eras , cum mater tua in templo te amiſerat, humiliter quando paſſus es. *Exauditur: & ſtatim.* Oh, ecce meum triennem paruulum, aut quaternum. O rem admirabilem, tu paruulus, & tamen Deus; ò paruum , & magnum Deum, tàm pulchrum, & amabilem. Oh, ecce ſponſum meum, qui modò tàm paruulus ſe ſe oſtendebat, nunc duodemnem conſpicio, facie tàm pulchra, & admirabili, ut manſueta grauitas in ea refulgeat. O Deus meus, tè deguſtanti amabilis, & ſuauis.

Pſal. 44.

2 Mi Ieſu, nunc operando, nunc te laudando , nunc laborando in hac florida ætate conſpiciam, conſpiciã, inquã, in hac tàm pulchra, & decora ætate, in qua teipſum dediſti , & ſacratiſſimam pertuliſti paſſionem. Valde mihi conplacuerò, ſi te recipiam, quemadmodum nunc oſtendis, ideſt ſedentem ſuper fontem, ibi interrogantem, & illuminantem.

CAPVT XIV.

Animarũ zelatur ſalutem , itaut ſanguinem pro illis effundere vellet.

1 O Si mihi liceret extrà Indias, inter Turca progredi, eorum aſſumerem paruulos, & ad noſtram ſanctam legem attinentia, tanto docerem affectu , quod omnia ſubſtinuiſſe incõmoda, ſatis mihi eſſet iucundum: quæſo te, mi Ieſu, tãtum mihi concede animarum, quot paſſus hac die peregero. *Et Ieſum cruci affixum manu tenens, aiebat.* Tu Domine in Cruce mori, & totum ſanguinem tuum peccatoribus exhibere voluiſti, ego etiam, ò Deus meus, adhoc, vt conuerterentur, & proprium dare ſanguinem, & vita priuari vellem. Mundus mihi hodie, quod nunquam, videtur ad peiora redactus, cum in eo nec amplius charitas, nec dilectio , nec amor inueniatur. Auibus Cæli inuideo, qui omnia perluſtrare valent, & cuilibet dulces inſonant voces, indeſinenter cantus ſuos iterantes vbique. O Verbum ità efficere vellem; volare per orbem, vt audirer ab omnibus , poſſemque hunc amorem, & hanc dilectionem in cordibus creaturacum imprimere.

2 *Indè conuerſum ſacerdotem inſpiciens, ſic,* ò Verbum, preces meæ ſuum finem obtinuere. Inſpicis, ò Domine, harũ quanta ſit neceſſitas animarum : ſi enim qui ſunt mundi lux, in tenebris commorantur, multò magis in ijs, cæteræ commorobuntur creaturæ: & ſi ij, qui ſunt ſal terræ, inſipiẽtes ſunt, & ſtulti, quomodo, ò Ieſu mi, alios condire poterunt ? quomodo alios viam ad te perueniendi docere, ſi ijdem per oppoſitam deambulauerint ? infunde, ò Ieſu mi, tuum ſanguinem ſuper eos . Mallem enim pænas omnes purgatorij experiri, dummodò ipſi ſalutem conſequerentur: punias quæſo in me, internam, externamque inflige pænam : tantã enim eſſe ignauiam, vbi tanta eſt abundantia, ferre nequeo

queo. O me miſeram,& infælicem, curs ſuper me nequeo omnem pænam adducere?ſuper me,ò verbum, tantam ingratitudinem,tantam cæcitatem,ignauiam punias, vt oues errantes ad te redeant;omnes enim fælices,beatæque animæ,de eorum reditu,vt diem feſtum agant, expectant.

Aliquando æternæ damnationi addicto cõpatiens,inquit, Inferni carbo euaſiſti, citoque deliriæ in acerbas,ac ſempiternas pęnas tranſiere.ò Deus æternæ;hæc non intelligunt mundi homines.

CAPVT XV.

Varios propalat virtutum affectus.

1 ORemus Dominum,ò ſoror,vt nos illuminet, ne tàm frigidæ,ac gelidæ in Dei ſeruitio ſimus, & præcipuè in vitæ cibo frequentando, qui cum ſit totus amoris ignis, Eia Ieſum orationibus cõpellamus,vt Paſtorem hic ſemper concedat,qui Dei honorem zelet,& ità irradietur, vt dignè ad hanc Diuinam menſam admittat.

2 In hoc ſolum incapax ab hac vita diſcedo, ignorans quomodo ſponte poſſit creatura,culpam mortalẽ contra creatorem committere.

Eiulans,ſacram receptura ſynaxim. Ego creatura uiliſſima peccatis plena audeo Regem gloriæ in me recipere? ò Domine adiuua me,& miſerere mei.

O puritas,quam magna,mira omnimode,creaturis occulta, in altera manifeſtabis vita? occulta non iam, ijs qui te quærunt:magni ſiquidem exempli homines videbuntur, multis extitiſſe in mundo inferiores,qui ſolo nomine alios prouocabant ad riſum ſed quia pretioſiſſimo hoc theſauro diuites extitere: eodem verò illi indigentes,Deus hos magnificabit, illos deijciet.Puritatis pondere,ò meæ ſorores,vult Deus præmia in illa uita præſtare.Si putarem unico Verbo,alio,quàm Diuini amoris, intuitu, quamuis præter Dei offenſam,enunciato,me ardentem Seraphim euaſuram,illud nunquã proferrem.

2 Deficimus à puritate in operando, quia deficit Dei amor.

Si in omnibus curabitis ueſtram non exequi uoluntatem, potius ſemper pati, quam gaudere,eligendo; purè tandem operatas fuiſſe inuenietis: Verè etenim nihil proprij eſt,ideoque patiendi uia ualde ſecura eſt, ſuæque Diuinæ Maieſtati ualdè cara.

CAPVT. XVI.

In Dei voluntatem, & in paupertatis, & caſtitatis votum aſpirat.

1 O Domine,ſcis benè, me ab infantia tibi complacere exoptaſſe; nunc uerò ſi tuam ſcirem uoluntatem eſſe,me in ęternum infernalibus pænis cruciari,memetipſam in eaſdem flammas, vt tuum Diuinum velle perficiam, præcipitarem;

2 Quam dulcedinem contineat hoc nudum verbum, Diuina voluntas, non percipitis?gaudeo, & glorior Dei voluntatem facere,non ipſum,meam. Quantum ò ſorores,amittimus, quando negotium hoc non percipimus. Diuinum velle exequi,amabiliſſimum eſt.

O Deus meus,cur,vt ſim pro te paupercula,ita ſtimulas, cum tamen videas mihi non eſſe permiſſum oſtiatim proprium panem mendicare? quod magno mihi eſſet gaudio, imo inter omnia,quæ in mundo poſſem habere,gaudia, hoc maximum eſſet,idest,ò Ieſu mi,ut mihi præſtares, vt nuda in Cruce mori pòſſem, ſicut pro me mortuus es. Quid quæſo perſoluemus ſi Dominus ſingulare nobis hoc impenderet beneficium,vt nihil aliud, quàm parum panis tribueretur pro cibo?Ad quieſcendum lecto priuaremur,ad commutãdas veſtes,veſtimenta deficerent? Quantum ad me illud enuncio,quod ſi quis hoc mihi præſtaret, proprium pro eo effundere ſanguinem,me paratam haberem. E ia igitur benè virtutem hanc cognoſcamns, etenim poſſidentibus eam,Deus ipſe pro præmio datur.

O me

4 O me beatam,ſi totum,quod hoc indiget corpus,ipſi deficeret ; imò ſi pro ipſius refectione,ò mi Ieſu,incommoda , & iniurias ſuſtineret;tunc ſiquidem me pauperem,aliqua ex parte,pro tuo amore exiſtimarem .

Seis enim , ò Domine mi, quod nihil aliud, quàm te, nunquam concupiuit cor meum. Non vobis forſan videtur , me rationem habere ? Sancti enim hi parietes ab infælici me ſeparant mundo,& prætioſiorem tuentur theſaurum , quem poſſideo;quo mediante,ad Deum amandum mea accenditur anima, ad eum poſſidendum,& perfectè in æterna patria perfruẽdum .

5 Si mundani homines guſtus caperent,quos in alia vita,qui Virgines vſque ad mortem viuunt,expectant, veluti cerui ſitientes,in aſperioribus Religionibus , vt ſe intactos,ac puros ſeruarent , viuerent : eò enim ſecurior vinea , quo pluribus eſt circùmdata ſepibus. Deo vos eſſe dicatas recordemini, nec vnquam è cancellis ſoror diſcedet aliqua , vt non multum poſtea impendat temporis,adhoc , vt ad pacem illam internam,quam prius percepe rat,redeat;ſæcularium enim allocutiones candidum caſtitatis lilium interdum maculant,& obumbrant .

6 *Sorori lætanter ad cancellos pergenti,ſic affatur.* Non es adhuc integra noſtra:proprium enim monialium Sanctæ Mariæ Angelorum eſt,triſtari potiùs, quàm gaudere,quandocumque ad cancellos pergere inuitentur ; nil enim vtilitatis Chriſti ſponſæ ab hoc loco percipiunt , imò pro quiete turbationem ; potiuſque tentationes adauget,quam minuat .

CAPVT XVII.

Nouitias informat , & inſtruit ad virtutis profectum.

1 ATtendite,ò filiæ,quod noſtri Cõuentus Religioſæ nunquam propriam exequi debent uoluntatem,imò oppoſitum eius , quod ſuus concupiſcit appetitus.

Filiæ,ſolum vobis ſufficiat Deus;parẽtes poſthabere,& quodcunque terrenum: Sit vobis indubitatum, quod in illo omne verum bonum inuenietis , perfectamque veſtrorum deſideriorum ſatietatem conſequemini . Cor veſtrum vbi nunc inuenitur?quid ve cogitatis? Si cupitis,ò filiæ, breui ad magnam perfectionem peruenire,Crucifixum pro Magiſtro aſſumite , intentiſque auribus eius verba percipite:iugiter enim ad cor loquitur , precipuè vero cum Sanctiſſimum receperitis Sacramentum . Quid hoc mane Chriſtus Ieſus veſtris allocutus eſt cordibus? hoc ſiquidem à meis tenerioribus annis magni mihi fuit emolumenti. Neſcitis,nullum aliud ad acquirendam veram perfectionem eſſe efficax medium , quàm Sanctiſsimum hoc Sacramentum ? & ſi bono hoc rectè vſi fueritis, cæleſti quam primum amore repleremini .

2 Deum eſſe immenſam charitatem mementote,amanterque animabus , medio hoc amantiſſimo cibo, communicare ſe uelle:cauete,nè conſuetudine, ſed cum actuali deuotione ſumatis. Per acta verò communione,Domino omnia veſtra illius diei opera,& ſpiritualia exercitia offerte, in præparationem ſacri cibi , quem eritis die ſequenti recepturæ .

3 Ad pænitentiæ Sacramentum, filiæ mementote, vos ad Sanguinis Chriſti lauacrum pergere . Filiæ , vſque modo humana,cum creaturis ratiocinantes , perfeciſtis;nunc verò Diuina exequi debetis , cum ipſo Deo tractantes : ſæpius tamen parum hoc intelligimus,Diuinum cultum minus,quàm noſtra exercitia,æſtimantes.

4 Digna videris cætu tàm Sancto , & *Sorori.* Angelicum exequi miniſterium?ſi hoc cogitas,valde erras;Ideò dico tibi, vt ſtatim à choro diſcedas, & genuflexa,Dominum ores,vt tibi aliam cordis puritatem,quam nunc habes,concedat,adhoc vt poſſis Diuinas concelebrare laudes .

Si Diuinam cupitis adimplere voluntatem,cauete,nè veſtris ſuaſionibus ad uos ſuperiorum velle trahatis; ſed ſimpliciter eorum iuſſa exequimini;ac ita ad magnã perfectionem peruenietis .

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Beatum Aloyſium Gonzaga ſocietatis Ieſu in gloria intuetur.

1 O Qualem gloriam Aloyſius Ignatij filius habet? Niſi Ieſus meus oſtendiſſet, nunquam credidiſſem. Videtur mihi quodammodo tantam haud futuram in Cælo gloriam, quantam inſpicio poſſidere Aloyſium. Ego aſſero, magnæ eſſe Sanctitatis Aloyſium; Sanctos nos in Eccleſia habemus (*ideſt, Sanctorum Reliquias*) quos tantam habere gloriam haud opinor. Totum vellem perluſtrare orbem, & enunciare, Aloyſium Ignatij filiũ magnum eſſe Sanctum. Tantam habet gloriam, quia interiore operatus eſt; quis vnquam potuerit valorem, ac virtutem operum internorum enarrare? interiori ad exterius, nulla eſt comparatio.

2 Aloyſius in terris degens, ad Verbi intuitus aperta tenuit ora. Martyr incognitus fuit Aloyſius: qui enim amat, Deus meus, tàm magnum, & infinitè amabilem te cognoſcit, vt pro martirio ducat, conſpiciens, haud amare, quantum diligere concupiſcit, & quod non amaris, imò à creaturis offenderis. Seipſum etiã effecit martirem; ò quàm in terris dilexit? quapropter nunc, magna amoris plenitudine, Deo in Cælo perfruitur. Cum mortalis eſſet, Verbi cor iaculabatur, nunc, cum in Cælis verſetur, eædem ſagittæ ſuo requieſcunt in corde. Illas enim communicationes, quas amoris, & vnionis actibus promerebat (erant enim ſagittæ) nunc experitur, & fruitur. Ego etiam diligenter animas adiuuare conabor; ſi enim aliqua Paradisũ petit, pro me orabit, ſicut Aloyſius pro ijs, qui auxilia præſtiterunt, exequitur.

IN-

Digitized by Google

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS, ORDINIS CARMELITARVM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Iacula emittit amoris.

1 O Amor,ò amor,à nemine dilectus, notus nemini. Venite,currite vos etiam ad inuocandum Amorem : eſtote mecum;nunquam ènim hoc nomine ſatiabor,*Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*. Heia mi Ieſu,talem præſta mihi vocem , vt in omnibus mundi partibus ab omnibus audiatur,vnde amor iſte ab omnibus pariter diligatur, & æxtimetur.Sed peſſimum illud proprij amoris venenum,cum Diuino opponatur amori; altam hanc aufert cognitionem. Te ſolũ, & non alium expeto amorem. Quis igitur vnquam cogitare , vel exprimere tuam valebit magnitudinem? Tu es infinitus, æternus, & incommutabilis. Videte quo Ieſus noſter nos dilexit amore? ò Amor tu es magnus,omnique laude dignus, ſed quis te laudare ſufficiet? ſi cunctæ hominum ſimul, & Angelorum linguæ,omnes Cælorum ſtellæ, maris minutiſſimæ arenæ,terræ,plantæ,aquæ guttulæ,aeris aues, vt te laudarent,conuerterẽtur in linguas, nullus,& nullo modo ſufficeret.

Pſal. 83. num. 3.

2 Quomodo,ò ſorores meæ,cum meo amore,quem valdè percupio, pati poſsũ? Neſcitis,quod amor nulla poteſt affici pœna? ò amor,ò amor; da quæſo creaturis teipſum, & vt aliud,quam te Amorem nõ diligant,operare.Fac mi Ieſu, vt ij *(Iudaos intelligit)* qui magno te expectant deſiderio, non amplius in tali errore permaneant;ſemel enim veniſti. Fac quæſo,ò Ieſu mi,vt hoc agnoſcãt,cum vana,& fallax ſit illorum expectatio.Age inſuper, vt ij, qui à te diſceſſerunt,hæreticos dico, tanquam oues errantes ad te redeant, teque diligant,& tanquam ipſorum reuereantur Paſtorem. Fac,vt increduli ad te redeant ò amor;tuæ ſunt etenim creaturæ.O amor ſi anima,quid ſit,ſine te, poſſet inſpicere; non ſemel,ſed millies moreretur.

3 Veh mihi, quot ludibrijs à Iudeis afficitur,ad Pontifices ductus,meus amor? ò Maria, ò Magdalena,ſi nũc ipſum aſpiceretis,certè veluti duæ ferociſſimæ leenæ videremini,quãdo amiſſis filijs, ira percitæ,hinc inde diſcurrunt, quemcumque inuenerint dilacerantes,deuorantes.

CAPVT II.

Poſt raptum, hæc ex obedientia refert.

1 NEſciebam vbi eram, mortua, an viuens;ſi in corpore, vel in anima; Si in terris, vel in Cælo, ſed ſolum Deum totum in ſeipſo glorioſum videbãs ſeipſum purè amantem;ſe integrè cognoſcentẽ,ſuipſius infinitè capacem, creaturas omnes purè infinito amore diligentẽ; vnam eſſe in Trinitate vnionem,unamindiuiduam Trinitatem, infiniti amoris unum Deum,bonitate ſummum, incomprehenſibilem,inſcrutabilẽ. Quapropter

cum

cum in Deo eſſem,nil in me de me ſentiebam,ſed ſolum in illo me inſpiciebam;nõ me,ſed ipſum Deum intuendo, quantum Diuinorum miſteriorum attamen,creatura hac mortali carne ueſtita,rectè diſpoſita, diuinoq; amore flammigerans, inuenitur.Quaſi vnius horę ſpatium in hac cõſideratione conſumpſi, ſecundum quòd, cum in me rediјſſem, comprehenderam. Illud autem quod in pręfata deguſtaui abſtractione, impoſſibile omninò eſt me exprimere poſſe, cum,mea fragilitate,capere non potuerim, id quod mihi datum eſt videre, intelligere, deguſtare.

2 Percepi tamẽ,quòd determinato illo Iudicij die vellet Deus in tãtã ſublimitatem, & magnitudinẽ hæc noſtra attollere corpora, vt mihi, & vobis edicere, & me cõprehẽdere impoſſibile foret. Quapropter in mẽte,illa Diui Pauli reſonabãt verba. *Quæ oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*,Et cũ in hac conſideratione aliquantulum temporis immoraſſem, magno erga creaturas, quas omnes poſtea, Ieſu cõmendaui,diuino cõſiderato amore,redij ad meipſam.

1. Corinth. 2.

CAPVT III.

Poſt Communionem, ſibi reddita, hæc iuſſa enunciat.

1 VIdi hoc tempore, quod amor vnitiuus me coniunxit,vniuitq; cum Ieſu,dans mihi magnitudinem,puritatẽq; ipſius amoris,iuxta mei captum,agnoſcere. Quamuis tunc mihi videre datum ſit rem adeo magnam,vt mihi prorſus in intelligibilis eſſet, dicente mihi Ieſu, quòd ita ſe mihi ad cognoſcendum præſtaret, vt ſemper poſſem ipſum diligere, & diligendo,me nunquam ſatiam fore. Intellexi præterea, quod taliter hoc in meo vellet corde imprimere, vt ſemper vnũ meminiſſem, dilexiſsem, & quòd hanc mentis abſtractionem tribueret,adhoc,vt anima melius cum Deo vniretur: multa,quæ deinceps,oſtendit, dixitque hæc propria verba,ad meũ pertinentia amorẽ,ad hoc, vt magis in corde amor imprimeretur.

2 Se velle, inſuper addidit, vt ego veluti triſtis Turtur iugiter gemerem, condoloremque,quòd ipſe parum à creaturis amaretur,& cognoſceretur. Simul etiam intellexi,quòd omnes illæ animæ Ieſu sãguine participantes, ideſt in hoc mundo, illius amore patientes,decoræ,ac pulchræ appareant in Dei conſpectu; etſi anima, in qua magnitudine ſit,Deum amãdo, cognoſceret, ſeipſam præ dulcedine liquefieret, & è contra; ſi Diuino priuata amore, ſuam inſpiceret deformitatem, in puluerem, & in puluere vilius cõuerteretur. Ita,more meo, poſthæc omnes creaturas Ieſu commendaui.

CAPVT IV.

Verbum caro factum contemplans,rapitur, & eructat.

1 VErbi magnitudo ſinus eſt Æterni Patris;nunc autem paruulus effectus eſt,& Mariæ vterus magnus:quomodò ergò, ò Verbum, ad te ſublimes non humiliabuntur valles, cùm ineſcrutabilis ſit tua magnitudo,incomprehenſibilis tua paruitas? Pulchra es,& decora,ò Maria, omnique gratia,propter illum,plena. Nõ amplius figuræ, ò Iſaias, impletæ enim ſunt in ventre Virginali. Patris voluntas à ſuo te traxit ſinu, ò Verbum, & in Mariæ ventre concluſit, & Ipſa in hoc carcere me lætificat; ſi verò tot non viderem offenſas,iucundarer; hæc ſiquidem impedimenta me cogent corporis ſeparationẽ appetere. Quod ſi aliquid me paſſuram oſtendis,fac,vt re vlla disiungar à te.

2 Redi anima mea, redi in Virgineum ventrem, vbi omnis deficit intellectus,affectuſq; nutritur; *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, & gratia Sponſi conſolabitur nos. *Tu es gratia plena* ò Sãctiſſima Virgo, *Et benedictus eſt fructus vẽtris tui;* magnifica nunc noſtrę virginitatis Sponſum;vocabis eum Ieſum, ſed Alpha, & Omega; tu lac dabis,nos verò ſi non actu,ſaltem in deſiderio ſanguinem;tu faſcijs ſtringis, nos pectore;tu omne præſtabis obſequiũ, nos propter ipsũ omnia relinquemus; tu ab ore illius triſtia audies verba; nos internis

ternis inſpirationibus inuigilabimus ; tu latus aperire conſpicies,& nos in eo nidificabimus : tu mortuum habebis in vlnis, nos Deum, & hominem in noſtris cordibus;tu ſepulchro dabis, nos creaturarum cordibus, illum æterni Patris ſinui offerēdò:Tu prima ſuſcitatum videbis;& primæ ad præmia erunt Virgines : Tu in Cælum aſcendentem aſpicies,nos in ſua tranquilla,& ſerena æternitate videbimus : Tu cū Apoſtolis Spiritum Sanctum recipies,nos cùm Templum Dei ſimus, & Sanctiſſimæ Trinitatis corona, incomprehenſibilem, inſcrutabilem, in excogitabilem Trinitatem laudantes,eidemquę gratias agentes, & benedicentes, illum eumdem recipiemus Spiritum:Tu lac amantiſſimo offeres filio, nos verò ipſius ſanguinem æterno Patri offeremus: Tu peccatoris offenſas retardabis,eo quod Verbum ex tuo puriſſimo,immaculato, immarceſcibili,& Virginali ventre carnes, lac,ſanguinemque ſuſceperit;nos amore, prontaque voluntate ſupplebimus, eam coæternæ! incomprehenſibili,coæquali, inſcrutabili Trinitati offerentes : Tu in terris illum radijs tuæ puritatis,ac tuæ humilitatis funiculis attrahis, & nos ſenſualitatis noſtræ flammis,à nobis elongamus; proprijq; amoris cultro diſſoluimus. O quantū in te ſibi cōplacet Verbū. Propter ſuam magnā charitatem,ò Maria, & in nobis propter ſuam ſibi complacet charitatem: Maria ergò cęleſti reſponde,Nuncio. Tronus Sanctiſſimæ Trinitatis hunc tuum expectat conſenſum,ò Maria, ò Maria,nec tardes dicere : *Ecce Ancilla Domini*, omnes enim Angelorum Chori hunc tuum expectant reſponſum. Da tandem tuum, ò Maria, aſſenſum. O Sancte cooperans ſpiritus,aſſumes puriſſimum Mariæ ſanguinem,& pulchrum,ac rubicundum Ieſu Corpus formabis,& organizabis ; non iam paulatim vt homo,ſed propter tuam cooperationē in inſtanti. Tu es Paradiſi ſolatium, ò Sāctiſſima Virgo,ſcutum noſtrum, debilium fortitudo, &, quod maius eſt,mater, & ſpes noſtra.

3 O quantum noſtra humanitas ſublimatur in Verbo? Ecce quod homo in viſione,ac vnione Angelos ſuperabit,quodque iniquus ſerpes, Dæmon,diſſipauerat, recuperabit. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio*. Prouerb. 8. O Maria, tu rectè fuiſti à principio,cum eo, qui erat abſque principio,vndè rectè iuſtum erat,vt tu cōciperes eum, qui nec principium habet, neque finem.

CAPVT V.

Verbum caro factum eſt cordi inſcriptū ab Auguſtino fatetur: & Quomodo idem Verbum mirabile ſit in ſe, in Patre, & in Spiritu Sancto.

1 SAnguis,ideſt atramentariū eſt apertum,ne tardes Auguſtine. Non plus amoris,non plus amoris, ò mi Ieſu; poſſibile eſt,te tanta perpeſſum? me nihil paſſuram? ò Ieſu mi,quis, tanto amori ſe reddidit gratum? Sancti magna operati ſunt;ò Ieſu mi,ſi poſſem,meam profunderem vitam : Age ſaltem,vt, procul tua offenſa,contemnar.Si mille haberem vitas, omnes pro te profunderem ; omnia ad tuam bonitatem comparata,nihilum. O fælix illa anima,quæ tibi viuit vnita, fælix eſt qui te paſcitur, & nutritur. Procul à te nulla quies,in nullo ſatia;in te autem vera quies,& requies : quò pluries te reperio, ò Ieſu mi,eo magis te quærendi ſitio.

2 Tu in mea humilitate,Verbi altitudinem ſcripſiſti. Ioannes mundo notum fecit,tu aliqua ex parte, ò Auguſtine, mihi notum facis. O Maria, oculi tui ſplendore refulgent:O puritas,ò puritas, puritas eſt exercita,& poſſeſſa humilitas. Nunquam erit ſine humilitate puritas,& ſine puritate humilitas. Tu eum,qui nobis notam fecit puritatem,qui eam creauit, & qui eam eſt remuneraturus,genuiſti. *Beati mundo corde*. Puritas adeò digna eſt,adeò magna, & incomprehenſibilis, vt creatura ſit incapax ad eam intelligendam : O puritas inenarrabilis,quàm mundum, purumque eſſe oportet ad te recipiendum. O Verbū, quomodò deſideria, affectus,& propoſita reſpicis noſtra,antequam illo ſpiritu puritatis vniantur? Exiſtimant poſtea hi mundani

dani,& ſenſules, ipſorum immundis ſenſualitatibus, & malitijs ad hunc ſpiritum Diuinum,& puriſſimum peruenire. Magis decipiuntur,quàm dæmon, quando Dei æqualitatem ambibat.

3 O Verbum,quàm mirabile es in Patre,mirabile in ſpiritu Sancto, mirabile in teipſo,in omni tua operatione mirabile. Es in Parre mirabile,in eo placando, cum erga nos iraſcitur, ſi tamen in ſe poteſt iraſci:& quid excellentius, quam illum ſe ad iram prouocantem placare, nimirum ſanguine? Imò id nobis mirabile reddis cogitantibus,quod infinitus,tàm magnus, ac potens, vt omnia in ſe contineat, à re tam vili,& humili, vt eſt creatura,offendi ſe ſinat,& offendatur;Poſtea vero ita faciliter ſola ipſius creaturæ humilitatione placetur.Mirabile quidem opus, per te,ò Verbum,apud tuum æternum Patrem,tuo medianre ſanguine,operatum, ſed quis illud percipiet? Solummodo qui experitur, intelligit, ille verò experitur,cui, diuina tua bonitate,datum eſt experiri.

4 Mirabile es,ò Verbum,in Spiritu Sācto,illum in animam infundendo;qua mediante infuſione,illa vnitur Deo, de Deo guſtat, & in ſolo Deo delectatur. Mirabile es inſuper in teipſo,ò Verbum, mirabile,inquam,in teipſo,in tuo ad nos deſcenſu, in te comprehendendo, in te poſſidendo, in teipſum nobis relinquendo. Negant hoc tuum eſſe mirabile, qui tuam nolunt fateri magnitudinem,nec tua iudicia pertimeſcunt;nullo timore, nullaque reuerentia iugiter peccata patrantes;è cōtra vero eletti tui, hoc tuum eſſe mirabile confirentur,cognoſcentes,rem vllam moueri abſque Diuina tua voluntate,ac prouidentia,bona omnia, quæ habemus impertiendo;nec ad peccata noſtra, quibus infinitas pænas meremur,attendendo. O magna tuorum gloria electorum. Intolerabilem pænam experitur in anima, qui huius gloriæ,cunctos non poteſt reddere certiores.O eſſe mirabile verbi,quod pauci norunt,pauciſſimi confitentur. Hoc eſſe mirabile eſt veluti mare, quod omnia in ſe recipiens flumina,illa terminat, illorūque nomina obliuioni demādat; vndè nō amplius flumina dicuntur,ſed mare,quod lapides prætioſos gignit, & piſces,qui in ipſorum ventre Margaritas, lapideſque maximi valoris abſcondunt; in mare, ò Deus meus, tui eſſe mirabilis iugiter nauigamus,continuis mergi vndis maximè periclitantes, quando rectà poſt ipſas haud vela dirigimus, tuum eſſe mirabile, quod nos ſaluare cupit, minimè cognoſcētes;noſque,propter noſtra peccata,indignos eadem ſalute, quam præſtare vellet,conſtituimus.

CAPVT VI.

Chriſti intenta paſſionibus, affligitur; iiſdemque Diuinitus conformatur.

1 O Ieſu mi, tantum de tuis paſſionibus participare non valeo.

Ieſus Veni, & vide operationes animæ, quas ego facio inter me,& ipsā,quod nemo intelligere poteſt,niſi qui mūdus eſt corde.

Anima Abſconde me in vulneribus humanitatis tuæ;oculi mei maneant in oculis miſericordiæ: Aures meæ in auribus tuis, vt intelligant, & comprehendant vocem ſponſi mei: Os meum in ore tuo, vt os meum loquatur, quod meus ſponſus loquitur. Pectus meum in pectore tuo, Dilecte mi,manus meæ in manibus tuis, ſed in cauerna ſpoſi mei, vt ſint participes cooperationis eius: Venter meus in ventre tuo, vt præſens ſit, & particeps cooperationis ordinationis, quam operatur charitas in cella vinaria.

Nil foret,ò mi Ieſu, omnia mea membra collocaſſe in te,ſi poſtea cum interiori in te permanere non quærerem.

2 Memoria mea in memoria ſuauitatis ſanguinis Verbi tui, pro redēptione omnium credentium. Intellectus meus non in intelligentia æqualitatis tuæ, ſed in intelligentia deſcendentiæ Verbi tui. Voluntas mea in voluntate Verbi tui, vt voluntas mea conformis ſit voluntati Verbi tui, quæ eſt tàm conformis voluntati tuæ, ſumme Pater,quàm eſt æqualis æternitati Trinitatis tuæ.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Ieſum diuerſimodè patientem ſtupens intuetur, & lacrimatur; ab eoque Sacra Stigmata recepiſſe enunciat.

1 DOminus meus ſanguinem ſudat;ò Amor,non ſufficit à toto tuo corpore ſanguinē ſcaturire, amplius ab oculis, viua lacrimarum ſtillicidia emittis? ò Amor,terra ſaltem illa fuiſſem,quæ hunc recepit ſāguinem: ò Amor, age,vt ſaltem corda eum recipiant creaturarū.ò Amor, tot pęnis affectum,te amplius reſpicere nequeo, nec iam, vt inquit Propheta *Non accedet ad te malum,& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*: ò Amor, cur ità te verberant creaturæ? quid feciſti? quid tibi deficit, Amor? deficit Sapientia? deficit Bonitas? deficit Miſericordia? deficit Pietas? deficiet forſan amor? oh quomodò corpus verberant, video tamen,mi Ieſu, benè video, quòd tu magnam, quam ſuſtines, pęnam, me ad plenum penetrare non finis, quia nullo eam modo ferre poſſem. O Amor plures ſunt ſagittæ, quæ cordibus creaturarum infigis, quam verbera ab ipſis inflicta. O Amor, ſpinis coronari voluiſti, vt tuas ſponſas in paradiſo gloria coronares? O Amor, cui magis conuenit hanc coronam ità pungentem habere, Amori, an Amanti? mihi conuenit,ò mi Ieſu? da eam mihi, da eam mihi, ò Amor, non amplius nunc de te poterit dici, quod ſicut de me dictum eſt: *Induit me Dominus cyclade auro texta*. Non iam aurea,tua,ſed ſpinea.Sed quid agendum, vt tua hæc pęna minoretur? magnā puritatem, profundamq; humilitatem in corde retinere.Necdum ſacram illam faciem, *Quam deſiderant Angeli proſpicere*, verberare ſatiantur:adhuc enim ludibrijs eam afficiunt. ò Amor,iam non vales dicere modo. *Delicias eſſe cū filijs hominum*, ſed magis, inter ludibria, & opprobria.

Pſal.90. — *Quando profeſſione amiſit* — *1.Petr.1.* — *Prouerb. 8.*

2 Pilatus illam iniquam protulit ſententiam;Qui omnes iudicaturus eſt creaturas, nunc ſuſtinet iudicari. Nunc vos lęti eſtis,ó Iudæi,Satiamini,ſatiamini,nūquam amplius ſatiaturi. O Amor,ideò te derelinquūt, quia nō nouerunt; fac amor vt ego ſim ſemper tecum, & nunquam te relinquam. O Amor,fac me tecum crucifixam, vt te, qui vita es, moriente, etiam & ego tecū moriar. O Deus, meus amor. Veh mihi,quàm doleo; in terra crux extenditur, & meus Amor ſe ſeipſum expoliat.Veh mihi: ſaltem percuterēt planius: video innocentem occidi, veh mihi, veh mihi, ego amplius non valeo; veh mihi Amor, veh mihi:nolite tantum trahere,ò Iudæi: feciſsent parumper viciniora foramina; veh mihi amor,non amplius valeo,ſed pręſta mihi vires ad pęnam,quam ſentio ſuſtinendam. Amor,crucifige me in te, vel te crucifige in me,vt nunquam te relinquam. Ieſu mi, dicere poſsum. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* *Matt.26*

3 In contemplatione SS.Paſſionis,poſt duas interni, externique doloris horas, vidi Ieſum plagas ſuas mihi præbentem; immittebat enim mihi aliquos in manibus, in pedibus, & in dextero latere radios, qui ignei videbantur, & ingrediebantur in medio vbi plagarum ſunt latera, itaut impreſſionem relinquerent; ſtatimque à me triſtitia, ac dolor omnis diſceſſit,imò læta mihi videbar,plagas Domini mei in me conſpiciens, quas iugiter hoc tempore mihi videre videor, quamuis ad extra, quod mihi carum, non appareant.Videbam inſuper,quod Ieſu me vniebat amor vnitiuus, ipſique totaliter vnita, nihil aliud ſciebam efficere, quàm meipſam in bonitate,& amore illius erga animam mergere. Fui in hac mentis abſtractione vſque ad quintam noctis horā; illud quod deguſtaui, nunqnam, vel ad paruum tempus,exprimere poſſem.

CAPVT VIII.

Viginti ſex horarum ſpatio rapta Chriſti paſſiones deguſtat.

O Maria tantò tempore deſideraſti: ſed ſicut Turtur, cùm ſuam amiſerit ſociam, efficies: ò ſeparationem doloroſam: illam præbe benedictionem, Domine, quam Iſaac dilecto filio ſuo Iacob imper-

impertiuit, non, *in pinguedine terræ*, ſed in fructibus tuæ Diuinitatis. Deſiderio deſideraui, vt adimpleantur Scripturæ; Mirabilis Deus in operatione Diuinitatis ſuę: Eructauit cor meum humilitatem, fundauit eam in humilitate abiectionis. ò humilitas, quam nemo imitari, benè tamen poterit admirari; cur tantæ humilitati non admirantur Cęli, non extollitur terra? Tuis exuiſti veſtibus, ò mi Ieſu; quòd ſi tuam eximiam non depoſuiſſes magnitudinem, tantam nunquam operatus fuiſſes humilitatem. Humilitas, quæ exaltas quod non eſt, deijcis quod eſt; ideoque exaltas hominem, qui nihil eſt, humilias Deum, qui totum eſt. O victrix humilitas, & eleuata, perueniens vſque ad thronum Sanctiſſimæ Trinitatis; Veritas
Luc. 14. namque ait. *Qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur.*

2 O humilitas, quomodò nutris, & ex tuis vberibus cum ſinceritate puritatem, cum puritate ſinceritatem producis? Tu tanquam Mater pauperes ſpiritu lactas, & ſub Verbi vmbra perducis: ignaros amplecteris, & ad Eccleſiam ſponſam adducis: puſillanimes nutris, coronas Virgines, palmam præbes martiribus, Chriſtos tuos in Cęlo, diademate ornas, Eremitis; ac Sanctis omnibus viſionis tuæ ſatietatem impartiris; & in huius vitæ peregrinatione patientes reddis, & cõſtantes. Sume, & pete aquam ad lauandos. Tu, ò mi Ieſu, cui cuncta creata ſe inclinant, & reuerētur? *Non lauabis mihi pedes in æternum.* O Petre tu non penetrabas? quoties nos infinitam volumus docere ſapientiã, & noſtra, ſuis ęquiparare iudicijs? *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* At Ioannes tacet? qui penetrat, ad omnia ſilet, & Diuinam altius cõtemplatur bonitatem. O Proditor, proditor, ipſo dęmone peior.

3 O vita vitalis, dulcis, & amabilis, ſemperque delectabilis. O dulcis veritas, veritas omnem tuam veritatem, omneq; noſtrum mendacium expreſſura; Veritas, Veritàs, quæ corda humilitatem poſſidẽtium penetrat; Vita vitam tribuens; Veritas Verbum manifeſtãs; Via dirigens cęcos: Via in qua multa reperiuntur itinera ad nutriendam animam, ad delectandum corpus, ad illuminandum intellectum, ad ſatiandam voluntatem, ad memoriam exringuendam; ſed ad animam nutriendam, Turturem neceſſe eſt euadere; ad delectandum corpus, ſeſe in Columbam conuertere; ad ſatiandam voluntatem Aquilam euenire; ad illuminandum intellectũ Ceruum oportet eſſe velociſſimum. Turtur ad gemitum conducit, & planctum; Columba ad cauernam, ibique nidificat ad eſſentiam Deitatis; homo peruenit ad Diuinitatem, Ceruus ad æternitatem cõducit. O qui amæni colles: ò quæ ſuaues viæ. *Glorioſa dicta ſũt de te Ciuitas Dei*, ſed Pſal. 86.
glorioſiora de te dicuntur, ò Verbum.

CAPVT IX.

Ieſum in Horto ſudãtem, traditum, contemplatur.

1 RAtionabiliter, ò mi Ieſu, dicebas. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* O Deus, qui tanta pro tuis electis pati voluiſti. O Ieſu mi, in horto tanta paſſus es pro peccatoribus? *Transeat transeat à me calix iſte.*

Veh mihi: Angelorum conſolator, ab Angelo conſolatur, cupitque ſibi pęnam appropinquare? ò mi Ieſu, ſãguineum ſudorem emiſiſti, & cur omnium creaturarum voluntates ligare, & ad te adducere nequeo? ſi poſsem eas tibi præſtare, te aliquantum conſolaturum arbitrarer.

Veh mihi, veh mihi, proditor in proximo eſt, ecce proditor. O mi Ieſu; vt videam te traditum, ac ligatum tota dolens hic permanebo. *Amicè ad quid veniſti?* At, ò Deus, quid agis, eum vocans amicum? vt tuas edoceas creaturas, ſeſe offendentes, diligere. Pacis *oſculo*, quantum pacem amabas oſtendiſti, vt nos etiã ipsã amaremus, & requireremus edocuiſti, quàm etiam in Paradiſo, antequam tu in terris venires, effeciſti; *Iuſtitia, & Pax oſculatæ ſunt. Beati* ergo *pacifici, quia Filij Dei vocabuntur.*

2 *Quem quæritis? ego ſum*; illi ter dixerunt, *Ieſum Nazarenum*. Itaque ter Sanctiſſimam offenderunt Trinitatem. *Veniſtis ad me ſicut ad latronem*? ò Petre velles om-

les omnem noſtram, & tuam ſalutem impedire;quot,odij cultrum foris educunt, qui non iam paſſionem tuã,ò Deus meus, ſed fructum eius impediunt?

Veh mihi, ligatus eſt ille, qui omnia ligat;ſubſannant ſapientiam,bonitatem offendunt; magna eſt patientia, tales homines valdè tibi diſſimiles circa te ſuſtinere;ſed non minor illa, in nobis perferẽdis. Ligant manus tuas,& nos etiam tuas operationes ligamus; ò quàm reuerentiã merentur manus iſtæ? & procidẽtes adorauerunt manus Domini dicentes:iſtæ dignæ ſunt accipere potentiam in hoc loco dominationis Patris eius.

3 Timetis, nè vobis deficiat tempus? ideoque tanta eum adducitis ſollicitudine:veh mihi;in illa facie, *in quam deſiderant Angeli proſpicere*. Faciem tuam illumina ſuper ſeruas tuas: non eis ſufficiũt lachrimæ, volunt etiam inijcere colaphũ. ò tàm rubicundus ille vultus, modò inuenitur ſuo colore priuatus? & obſcurata eſt facies Virginis, & obſcurata eſt facies Sponſi. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Non abſcondas faciem tuã à me. Et procidentes adorauerunt faciem eius dicentes: iſta eſt digna accipere ſplendorem Diuinitatis ſuæ.

1. Petr. 1. *Iſa. 50.*

4 Sed,ò Petre, promiſſionum, ac meritorũ tui dilecti Magiſtri minimè recordaris? non enim ſemel, ſed ter ipſum negas. Sed veh mihi. Nos etiam illum negamus. Nonne forſan eius negamus potentiam, cum non poſſe bonum operari, nos ipſos, & fragilitatem noſtrã permultum excuſamus? nonnè ſapientiam, magnitudinem, ac eius diuitias negamus, cùm erga res huius mũdi trãſitorias inordinatè afficimur? ſed cum Verbum ſuos eleuat oculos,interna penetrat,& cognoſcere facit. O oculi, quorum intuitus glorioſum reddunt Cęlum, terramque trementem.O Petre,tu rectè oculos mei Ieſu poteras adorare. Et procidentes adorauerunt oculos Sponſi mei,dicentes. Iſti ſunt digni accipere viſionem Diuinitatis, & æternitatis tuæ.

Galat. 2.

CAPVT X.

Coram Pilato, & Herode Sponſum ſuum compatitur.

1 VEh mihi, tanquam inſanus interrogatur, qui eſt Sapientia Æterni Patris. O iniqui, vos dicitis, illum eſſe iniquum, ſed in hoc magis, ac magis veſtram ſatemini iniquitatem; ipſe autem eſt ſummę bonitatis, & vos pleni malitia, & iniquitate. Murmuratores eamdẽ perpetrantur offenſam. *Pone Domine cuſtodiã ori meo, & oſtium circumſtantiæ in labÿs meis.&. Nõ declinet cor meum in verba malitię,ad excuſandas excuſationes in peccatis.* *Pſal. 140.* *Herodi*

2 O tu gaudes malo tuo. Videre deſideras, vt illuderes: ita faciunt,qui ſe de bono gaudent, operibus verò condemnant. *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. O altitudo diuitiarum, ſapiẽtiæ,& ſcientiæ Dei.* Vos vultis eum illudere, & contemnendo, magis, ac magis illius innocentiam declaratis. *Pſal. 118.*

3 Ecce, ecce meum Ieſum, ecce ſuam ſponſam in ciſterna: ò mi Ieſu, vt barbæ tuæ capillos euellerent pertuliſti, ad ornandum nos ſplendore tuæ Diuinitatis. O mi Ieſu,vt te in faciem ſpuerent permiſiſti, ad ornandam ſponſam tuam,ad reddendam eam tuo ſanguine rubicundam. O mi Ieſu, vt capillos euellerent pertuliſti, vt nobis præſtares meritum, valeaſq; pro omni minimo opere meritorio præmia dare,ſicut tu ipſe promiſiſti:*Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt.* *Matt. 10.*

4 *Non inuenio in eo cauſam.* Si ipſe eſt impeccabilis,credendum eſt non eſſe culpabilem. O mi Ieſu?Tu te finis Barabbæ æquiparari,cum ſis ille,qui *mortificat, & viuificat?* Malitiæ, & ignorantiæ pleno poſtponi permittitis,tu qui es Deus Deorum,& Dominus Dominantium? Scio te velle populum ſatium reddere,ſed nihilominus minimè ſatiabis.Columnę,retrò ligatis manibus,meus Ieſus, *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores iniquitatem;* O ſi te virtus non ſuſtentaret, primis verberibus mortuus fuiſſes. *Flagellatus ſum tota die, & caſtigatio mea in matutinis.* Tu *1. Reg. 2.* *Pſal. 128.* *Pſal. 72.*

 domus

domus,vbi Diuinitas requieſcit,plagæ verò ſunt cellæ:*Conſiderabam ad dexteram,& videbam,& non erat qui cognoſceret me*.Reperientur certè,ò mi Ieſu, qui alternatim te verberabunt, ſed amor non iam poteſt eſſe reciprocus. Flagellauerant corpus tuum,vt confortarentur. Tu certè dicere poteras. *Vnam petij à Domino,hanc requiram*,vt liberem de flagellis corpus Eccleſiæ meæ. Miſericordiarum tuarum non eſt numerus, nec quaſi numerus eſt etiam tuorum verberum; Sed age,vt bonorum noſtrorum operum, noſtrorumque deſideriorum deuotorum non ſit numerus. O Maria,ſi quę tanto affectu vberibus lactaſti,cõſpiceres,prima morereris: Et ſi hoc animæ penetrarent,deficerent prę amore. O Proditores,vos eum non vultis aſpicere; eoque amore, ac compaſſione careatis.

Pſal. 141.

Pſal. 22.

5 Crudeles præparant Spinas ad faciendam ſponſo meo coronam. Spinæ inueniuntur in eo, qui corpus ſuum nobis præſtat in cibum:acutiſſimis ſpinis meum coronauerunt ſponſum, iucunditate, & gloria animam coronantem. Veh mihi, arundinē loco ſceptri dant manibus Ieſu mei,& percuſſerunt caput eius arundine, caput illud Diuinum, & Sanctum: Veniet autem tempus, quandò conculcabuntur; huius enim Domini pedes,hos conculcabunt proditores. Abſcondere volunt lucem,ipſe autem inſpicit,vbi ipſi inſpicere nunquam poſſunt:ſimile operantur,qui in te non confidunt, ò Verbum, dicentes, Deum non reſpicere creaturas. Vos Regem Iudæorum confitemini, & certe ipſe non ſolum eſt Iudæorum, ſed etiam Cæli, & Terræ;abyſſus,& inferni, & omnium in ipſo exiſtentium. O filiæ Sion *Egredimini* modo, & *videte Regem veſtrum in diademate,quo coronauit eum mater ſua ſinagoga in die deſponſationis eius*.

Cant. 3.

6 Sed veh mihi: ecce homo;ecce homo. Ecce homo,qui fecit Deum hominē. Ecce homo, qui totum quod operatur, Diuinitas operatur;ecce Rex veſter.Quid agitis ingrati?Dixiſtis. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, nunc autèm dicitis, *Crucifige, crucifige eum*. Adimpletum eſt illud,quod ipſa veritas dixit,*Populus meus labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*.

Mat. 26.

Luc. 23.

Mat. 15.

7 Pater,nè reſpicias horum impiorum cogitationes, ſed ſalutem humani generis intuere;Pater, tui Verbi anguſtias, & pænas ſuſcipe in auxilium, & ſolamen tuorum electorum.

Tu dicis,defectum,vndè ipſum damnare debeas,in eo non eſſe, ipſum nihilominus morti damnas? *Pilato.*

8 O,Æterne Pater, Saltem ſanguis iſte pro tot fruſtra minimè effunderetur. Ecce ſententiam Ieſu meo enunciatam,magnaque celeritate Crucem præparant, gloriā nobis præparanti. *Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt,& non aperuit os ſuum. Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas*.Pater:offero tibi iſtam operationem Redemptionis pro omni creatura, *Conſumatum eſt*, & *inclinato capite tradidit ſpiritum*.

Iſaie 53.

Luc. 23.

CAPVT XI.

Viſa culparum deformitate affligitur, indè à Chriſto,annulo deſponſatur.

1 *Circumdederunt me dolores inferni, dolores inferni circumdederūt me*; comedit me dolor inferni præ multitudine iniquitatum noſtrarum.Deficio,ò Domine; & ſi tot peccata à ſe abijcere nolunt peccatores,tolle à me,quæſo, iſtarum iniquitatum viſionem;non enim amplius valeo. O magna infælicitas,reſpiciunt vanitatem,& cadunt in iniquitatem;reſpiciunt eleuationem, & cadunt in profundum abyſſi. Non habitabit in domo tua, qui blaſphæmat nomen tuum. Comedi ego iniquitatem eorū, *Dolores inferni circumdederunt me*.O bone Ieſu, relaxabo me in bonitate tua: O Deus fac,vt morte viuente moriar,vt tua opera exequar. O Ieſu mi,omnes declinauerunt à te, & non congnouerunt te, & noluerunt te intelligere, vt benè agerent: Omnimode poſtea te cognoſcent,quia *mors depaſcet eos*. Oſtendiſti,ò Domine,plagas tuas, manus,& latus,vt non eſſemus amplius increduli,ſed fideles. O ingratitudo,& quàm es in creatura abominabilis: O mors vitam largiens; ego viuendo morior; O glorioſa

Pſal. 17.

pæna

pæna, glorificans,& affligens.

2 *Non coronatur, niſi qui legitimè certauerit*. O Ieſu: manus tuæ ornatæ sunt. & plenæ annulis ad ſponſam tuam deſponſandam. Inſuper dies Illius eſt, quam *S. Catarina Senenſis.* tu deſponſaſti. Tu mihi, ò mi Ieſu, promiſiſti, quod quemadmodum te ipſum abſcondiſti, ita & ego; attamen fiat Diuinum tuum velle.

Quis autem annuli, quo me deſponſareuis, valorem percipiet, & pulchritudinem? Tacebo tamen illius pulchritudinem, ſolummodò Donatorem contemplabor. Sponſæ ſponſum recipientes, aliquam ab illo gratiam petunt. Petam & ego, ò Ieſu mi; Ieſu, boni augumentum, & Spirituale lumen in tuis creaturis, ſingulariter verò pro tuis ſponſis, vt ſtent promiſſis tuis. O bone Ieſu illis annulis, quos in manibus, & latere retines, totum ornatum te video. Largire quæſo ex ijs, qui in latere. Solum vnum deficit, ò Deus meus, quod doni huius dignam me nequaquā reputo: adhoc ſanguis tuus ſufficiet. Tui igitur humanati Verbi ſanguinem offero, donoque, ò Pater æterne. Offero tibi, ò Verbum, offero tibi Sancte Spiritus, & ſi aliquid deficit, tibi offero ò Maria, vt illum æternæ Trinitati, ad ſupplementum omnium meorum defectuum, ſi qui forēt in anima mea, & etiam ad ſatisfactionem omnium culparum, quæ in meo corpore forent. Catarina, & Auguſtinus manum ſuſtentabunt. Sinite ſponſo Ieſu meo annulum dare. Deſponſauit me in dulcedine ſuauitatis, & liberalitatis amoris ſui in vnione Sanctiſſimæ Trinitatis. O Catarina, tu benè hoc ſponſalitium cuſtodiſti, ego verò quomodo conſeruabo? Illo pro lucidiſſimo vtar ſpeculo, in quo iugiter inſpiciens, immenſam liberalitatem, ſuauitatem, & dulcedinem amoris Ieſu mei, quo ſibi meam animàm deſponſauit, videbo. Dominum in me conſpexero, & ego in eo morabor; ipſe erit in me crucifixus, & ego crucifixa in eo, vt amatus *Galat. 2.* aiebat Apoſtolus, *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*: Annulum hunc aſpiciens, magnum in me Diuini honoris deſiderium, iugemque zelum creaturas ad Deum perducendi excitabo: Quod vt exequatur, non ſolum orationibus, ſed etiam verbis, & operibus curare debeo; & cum opus foret, effundere ſanguinem, vitam ponere, ſicut pro nobis meus dulcis ſponſus effecit.

3 In hoc lucido ſpeculo, Dominum meum in Mariæ vtero, tanquam in placida, amænaque puritatis valle quieſcentē videbo, & ab illo egredientem, tot mirabilia, & ſtupenda opera perpetrare, quibus etiam de Cælo Angeli admirantur. Tanquam ideam meorum operum ſponſum meum aſſumam, & ad plenum pro mea fragilitate illum imitari non valens, gratitudinis gratias referam, quod hæc omnia mirabilia opera amore mei effecerit. Ex illo regulam eliciam, quomodo in virtutis via ambulare, & operari debeam. A profunda eius humilitate, quomodo in omnibus me ipſam humiliare, ac deijcere debeam addiſcam, talique deiectione, in vilitatis meæ cognitionem peruenire: Ab eius obedientia, nil me ſecundum meum velle, ſed iuxtà aliorum voluntatem exequuturam: Ab eius charitate, quomodò debeam proximum meum diligere.

4 In hoc etiam ſpeculo euiſceratū, ac ſummum erga nos amorem videbo, quo ſeipſum in Sanctiſſimo Sacramento reliquit, vt cum ipſo iugiter vniremur; donūque hoc mihi miſeræ miſerabili copiosè impartitur: quapropter ex hoc iugem gratiarum referam actionem pro ſua ergà me, omneſque creaturas dilectione; ſimul etiam, & pro omnibus donis, & beneficijs, cum ſit hoc Sacramentum ſui amoris Enchiridion, & omnium, quæ in ſua paſſione, ac morte operatus eſt. Hic etiam videbo ſanguinem ab eo effuſum, vt balneū efficeret, in quo iugiter animas noſtras à culpis, quæ paſſim committimus, lauare poſſimus, vt in totum pulchræ in conſpectu eius apparere valeamus: Ab illo pariter iugem memoriā obtinebo, eius, quod meus Ieſus pro me indigna creatura voluit operari.

5 Veſtiam igitur, meque totam pretioſiſſimo ſanguine ſuo cooperiam, illiq; omnes meas cogitationes, verba, & opera, vt acceptiores, gratioreſque reddantur, adiungam. Inſuper in eodem annulo, tanquam in ſpeculo amorem aſpicere po-

tero

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

tero, quo Dominus ad præparãdam gloriam properauit; gloria autem hæc ſimiliter in Domino ipſo redundat; animæ enim noſtræ, humanato Verbo maximo ſunt ornamento. Præceſſit, ad hoc, vt cum ad ipſam gloriam fruẽdam perueniemus, dignam inueniamus eo, qui illam præparauit, qui tàm magnus, & magnificus, imò Dominus eſt ipſius gloriæ: ſicuti enim ſtellæ ſunt in Cęlo, eiq; ornamento ſunt, & ſplendore mirabili; ita Beatorum animæ in Paradiſo, in gloriæ amplitudine collocatæ, Verboque vnitæ, ſunt illi, veluti ſtellæ, ornamento, magnoque ſplendori; ſplendidiorem gloriam ipſius reddentes, in oſtendenda ſua ergà illos liberalitate; cum illos ità exaltauerit, ſibiq; vnierit. Quælibet verò dictarum Beatarum animarum modo quodam peculiari ponuntur, & in vno humanati Verbi ſenſorio, quæ altior, & quæ inferior, iuxtà merita eorum, conſolantur. Aliæ ponuntur in pectore, in fronte aliæ; aliæ in ore, in manibus aliæ, aliæ in pedibus, & aliæ in Diuino illius corde. In latere morãtur Virgines eius ſponſæ, ſpecialiter enim propter eas ædificatum eſt; ſuntque Verbo peculiari ornamento, quàm cæteri Sancti. Poſtea quælibet aliarum Beatarum animarum iuxtà earum merita ſunt ornamento, & pulchritudini, reſidentes in illo æterno Domino ſecundum quòd in terra meruerunt: & quemadmodum ſtellæ, & planetæ Cęli, ipſorum motibus, varios operantur effectus, quibus creaturæ terrenæ magna vtilitate afficiuntur, ac delectatione; ita Beatæ animæ Verbo amanter vnitæ, eas ad quamdam commouent complacentiam, in totum Paradiſum redundãtem; quapropter in ipſis gaudium, ſolamen, iucunditas inenarrabilis, & maior gloria oritur; à qua (præter alias rationes) mouetur Verbum ad ſibi iugiter complacendum in ipſis, vt creaturarum in terra degentium miſereatur.

6 Ex quo iugem mei relaxationem in Ieſu meo eliciam, ita vt opera, quæ ego fecero, non ego, ſed Ieſus meus efficiet, vt operentur. Videbo inſuper in hoc ſpeculo modum, quem tenuit ad perducendas ad ſe animas, ideſt ad ſui viſionem, & fruitionem: & quemadmodum varias per vias, & modos illas ad ſe conducit, ſic finaliter ſola vna eſt via, quæ eſt Amor. Secreto amore Prophetas attraxit, ambulãtibus illis per fidem huius Verbi ad ſaluandas creaturas ipſis promiſſi. Quod quamuis reuelationibus pręcognouiſsẽt; certum attamen hoc, prophetiæ dono, exiſtimabant, quòd alijs, reſpectiuè ad hanc lucem, ignotum dici poterat.

7 Apoſtolos, amore forti, cùm illos exẽplo, ac verbis fortes reddidiſſet. Martyres amore feruenti, qui, ſanguine mediante ab humano Verbo effuſo, ità eos inflammauerat, vt pro illius amore ſanguinem, & vitam profũdere minimè pertimeſcerent.

Confeſsores, quieto traxerat amore, nàm in omnibus ipſorum tentationibus, tribulationibus, ac laboribus in eo ſemper quieuerant.

Virgines puro amore, cùm eas puro amore purificaſſet.

Ex hoc item ardens deſiderium ergà meum Sponſum excitabo, vt quantocius poſſim pergere ad videndam eius fruitionem, & de ea gaudendum.

8 Videbo pariter in hoc ſpeculo Mariæ puritatem, & donorum à Sponſo Ieſu meo præbitorum recordabor. *Eructauit cor meum Verbum bonum*, non *cor meum* Pſal. 44. ſed, latus tuum. Conſerua me Domine, quoniam innocentia regenerauit me in ſanguine tuo. Dixiſti iam, Ieſu mi, vt deſideria non ſpernerem, eo quòd rogari vis, exaudi nunc me miſeram, miſerabilem, vt memoriam, intellectum, voluntatem, intentionem, & omnia tandem habeam in te poſita; Et quomodo recepti doni tibi gratias egero? ſolus ſanguis tuus ad hoc erit ſufficiens, omnes guttulę effuſæ, erunt tot linguæ ad agendas tibi gratias; ideoq; guttas ſanguinis, tanto amore pro me effuſas, tibi offero.

CA-

CAPVT XII.

Spineam à Chriſto recipit coronã, à quo & plurimæ intelligentiæ communicantur.

Pater 1 VEni vnigeniti mei Sponſa, nàm Verbum perficere vult in te ſuæ promiſſum veritatis, donis ſuis te locupletando, ſicut intelligens videbis, & guſtando experieris.

Anima. 2 Ancilla ſum Patris, ſponſa filij, & Templum Spiritus Sancti. Quis vnquam Rex fuit, qui ſublatam propriam capitis coronam, ſponſæ capiti, vt efficeret illam Reginam, imponeret? & quamuis tibi, ò mi Ieſu, ſpinea corona fuerit ad illuſionem impoſita, illamque, pęna, ac tormento receperis, vt ludibrio haberetis, non vis tamen, vt ita mihi eueniat, Vis enim mihi illam in conſolationem, vnionem, & exaltationem præſtare. Sed, ò Verbum, præteritis diebus intellexi, quatuor fuiſſe illos, qui tuam regebant coronam, minor in hoc erit ſponſa tua ob amorem tuum ergà eam? minimè. Qui ergo coronam, quam intendis mihi dare, tenebunt?

3 O Domine, cur in alijs fuere tres, huic dono quartum addes? Tu, ò Ieſu mi, eam in capite collocabis, quamuis non omni modo, ſenſu exteriori. Aſſiſtentes ergo erunt Maria, Catharina, Auguſtinus, & Angelus; oportet autem ad recipiendum tale donum, me eſſe omnimodò puram; Et quo pro tali purificatione ibo? ſolitum adibo refugium, ad id, quod purificat, omnemque alleuiat pęnam, omneque affert ſolamen; tuum ſanguinem dico; quia tamen ignoro, *vtrum amore, an odio digna ſim*, ad eos me vertam, qui *Eccl. 9.* coronam sũt collocaturi, rogans, vt eumdem pro me offerãt ſanguinem. Vnus ergo à dextris, alter à ſiniſtris mei capitis, alij verò duo iuxta te, erunt, ò Ieſu mi, ad vniẽdam, trahendamque creaturã Creatori ſuo, ſponſam ſponſo. Hinc Auguſtinus, & Angelus ſtabit, hinc Maria, & Catharinà. *Domini eſt terra, & plenitudo eius,* *Pſal. 23.* *orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in* *Pſa. 113.* *eo; Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in Cęlo, & in terra*, & ſponſa ſua, vt coronet eam corona ſua ſpinea, quæ pro regeneratione generis humani poſita fuit ſuper caput ſuum. Canticum meum cantate potero. Suauis Deus, ſuaue Verbum, in communicatione ſanguinis ſui, ſuauis etiam Pater, qui fecit, vt Chriſtus pro nobis ſanguinem ſuum traderet.

4 Deſcẽdat ſuper me corona, quæ fuit poſita ſuper caput Spõſi mei in deriſum, opprobrium, improperium, & dolorem.

Collocauit ſuper caput ſponſę ſuę coronam ſpineam Spõſus meus, quæ poſita fuit ſuper caput ſuum pro regeneratione humana.

In hac corona magni Dei vnitas eſsẽtiæ repreſentatur, Mariæ puritas, iugis in laudem Angelorum aſſiſtentia, Patriarcharum fides, ſpiritus, & illuminatio Prophætarum, Apoſtolorum charitas, patiẽtia Martyrum, lumen, & ſapiẽtia Doctorum, vigilantia, & continentia Confeſſorum, candor, & plenitudo Virginum, inter quas vnam coronatã aſpicio, Catharinam ſcilicet Senenſem; video ſimiliter in hac corona caſtitatem, & ſanctitatem Viduarum, honeſtatem coniugatorum aſpicio. Et diſtillauerunt guttæ ſanguinis à facie tua, quæ ornauerunt faciem ſpõſæ; & quamuis corona hæc pęna fuerit Sponſo, refrigerio erit ſponſæ: & quantò acutiores fuerunt ſpinæ ad ſacrum caput perforandum, tantò erunt ſponſæ tuæ placidiores. Non omnes coronæ ſpinæ ſacrum ſponſi caput pupugerunt, aliquæ enim foras remanſere; has, ò ſpõſe mi, pro tuis electis conſeruaſti, ad hoc vt ipſi tecum de tua pęna participes eſſe poſſent, earumque pęna tuę pęnæ vnita, meritum acquireret, & valorem. Voluiſti, vt ſpinæ caput tuum perforantes, & extra remanentes, partim à dextris, & partim à ſiniſtris penderent, vt eſſent ſecundum locũ electorum: neque omnes tuo fixæ capiti, quia electi tui, etiam volẽtes, earum omnium participes eſſe, minimè potuiſſent, iiſque quodammodo theſauris priuarentur, qui in Diuino tuo capite abſconduntur; illæ verò, quæ ſacrum hoc caput perforarunt, aperturas fecere, vt indè animæ ſecreta, & tuæ ſapientiæ theſauros ibi abſconditos aſpicere poſſent; Nec defuit locus,

cus, vbi animæ quieſcere, & in pace manere poſſent,& hic erat inter ſpatia vnius, & alterius ſpinæ.

5 Inſuper voluiſti,vt ſpinę aliquę Cęlũ verſus, ad ornatum,& gloriam Beatarum animarum ibi collocãdarum eleuarentur, & quamuis ſponſæ tuæ, quæ tibi debet eſſe conformis, ſolum illæ impreſſæ fuerint, quæ caput tuum perforauerunt; omnium tamen particeps ipſa efficitur; vndè prædicta corona eſt eius gloria, conſolatio, & fruitio; nam, vt Sanctus Apoſtolus ait, *Charitas omnia facit communia, omnia ſperat, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet*. Nunc oculi mei, ò Ieſu mi, ſunt participes,delicatiſsimum, pulcherrimum, & Diuinum caput videndi, vt in eo cum alijs electis animabus intendere, & magnam tuam cognoſcere valeam bonitatem.

1.Corinth.13.

6 O pulchra, & pretioſa corona, quæ humanati Verbi capillos tetigiſti; illius perfuſa ſanguine, quæque cerebrum mei Ieſu,tanto ſuo dolore,penetraſti.O Sponſe mi, quâm pulcher es, corona hac? ò Sponſe mi pulcher, ò amor, & dulcedo animæ meæ, corona hæc ſpinea inter cæteras aperturas, ſex fecit digniſſimas in tuo capite Diuino cauernas;Et licet quaſi abſque numero in tuo capite ſpinarum puncturæ fuiſsent, ſex tamen in eo maximæ aperturæ veluti cauernæ ſingulariter videbantur. Tres enim erant in parte anteriori, vna in pulchra fronte tua; à dextris vna;altera à ſiniſtris; tres à poſteriori parte, vna in medio capitis; & aliarum duæ, hinc vna,altera illinc, veluti ſertum caput tuum Diuinum circumdabant.

CAPVT XIII.

Rapitur, Sponſi mortem contemplatura. Et primo in perſona Virginis ſic fatur.

1 ADoro, filium meum, & Vnigenitum tuum; offero tibi Pater pro omni creatura ſanguinem, quem effudit ipſe Vnigenitus tuus pro redẽptione humana. Date mihi filium meum, & ſponſum meum, qui fuit conſolatio mea; hac hora eſt afflictio mea; conſolatus,& contriſtatus eſt me. Cur in latere hoc, ſic aperto, magnaque amoris cauerna omnes non intrant?ò æterne Pater, tibi offero ſanguinem tui vnici filij,pro humano genere. O fili mi, ſciebam, cum adhuc in vtero te portarem,te hoc modo viſuram; rectè magno lactabam amore, nec minori te nunc aſpicio; ſi poſſem os meum ſupra oſſuum tenere,ſicut os tuũ ſuper mea vbera collocabas, libenter efficerem: te lacte nutriebam: tu ſanguine vis nutrire. O quàm libẽter meum ſimul cum tuo dediſsem. O veritas æterni Patris, ò vnigenitus, & primogenitus meus; ò Verbum Patris,ſpõſus,& filius meus,Patris æqualitas, & humanitas mea. Dicent;Vide ibi Crucifixi matrem.ò Ioannes,tu ſuper pectus eius recubuiſti, ipſe nũc ſuper tuum quieſcit. ò Magdalena eadem,quę antea, præſtas in pedibus obſculãdis, obſequia, egò verò idem efficere non valeo, ideſt nutrire, lactare,faſcijs cingere, viuentem oſculari, meumque amorem audire loquentem.

2 Date mihi ſemel in brachijs Ieſum, priuſquam ſepulturæ tradatis.Eia illum ſuſcipite, nunc opprobrij locus paradiſus euadit.Tu vnicus es in eſsẽtia, & vnicus ad cor meum vulnerãdum.Cur creaturas omnes inuitare non poſſum ad celebrandas exequias Creatori? Angelos inuitabo.Venite vos Angeli ad meum filium, & veſtrum Deum ſepeliẽdum, omnia inclinentur elementa,laudent,& cum iubilo cantent omnes aues: completum enim eſt verbum, ò mi fili, redemptionis à te patratæ, incomprehenſibile opus.

3 Cur tecum huc intrare non poſsũ,ò mi Domine? quia verò hoc mihi non datur, intra tu in me,neque poteſt nũc amplius dici. *Exultate filia Syon, ſed Plorate*.Et peterit rectè dici, *Virgines eſſe ſqualidas abſque rubore vultus, Sacerdoteſque plorare*. Tu enim, qui es ſummus Sacerdos,non ſolum ploras, ſed etiam es mortuus, & ſepultus, ego verò Virgo, & Mater tua ſqualida, cum vultus meus à iucũdiſſimo tuo,& delectabili intuitu amplius minimè aſpiciatur. Gloriabar, & credebam, me Virgines,de immortali ſponſo gaudẽtes,ſequi velle, nunc verò te video

Sepulcro

Thren.1.

terræ

terræ mandatũ: gloriaturas opinabar pro pulchriori,& ſpecioſiori ſpõſo ſup filios hominum, nunc autem vidi, in te non eſſe nec pulchritudinem, nec decorem. Tu es Virginum corona, nunc autem es ſpinis coronatus. Nunc rectè dici poterit plures eſſe Paradiſos, nam vbi tua eſſentia, ibi Paradiſus; Paradiſus ergò ſepulchrum, Limbus Paradiſus. O Sponſe, ò fili mi, quantum pro vili creatura humiliari voluiſti? prius in meo ventre clauſus, poſtea in ſepulchro? claudite ergo meum vnigenitũ filium. Quomodo hinc abſque meo ſponſo,& filio diſcedere potero? ſed quid dicam? à fide deficiam? nõ credam, & in ſepulcro, & mecum eſſe? nunquam.

Magnus Deus noſter, tu ſine fine, ò Verbum, & incomprehenſibilis à creaturis, ò ſi ego creaturas ad te perducere poſſem, ò mi Ieſu.

CAPVT XIV.

Ieſu corde digna efficiciur, ſicque alloquitur Mariæ, Chriſtum è mortuis expectanti.

1 ORa pro nobis Sancta Dei Genitrix, ora pro nobis Sancte Pater Angele, ora pro nobis Sancta Mater Catharina. Collocaui cor meum in anima ſponſæ meæ. Sponſa Vnigeniti Verbi mei quidquid vis à me pete. *Pater*

O Æterne Pater, nec audeo aliquid petere, peto tamen boni augmẽtũ in nobis omnibus, omneſque creaturas tibi offero, pro quibus qualibet hora, ac libenter ſubirem martyrium, & millies morerer, ſi poſsibile foret. O me fęlicę, & fortunatam, ſi donum hoc, quod valdè cupio, concederetur. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.*

2 O Maria, qua anxietate filium tuũ ut reſurgeret expectabas? quot nomina, ut eũ vocares, ad inueniebas? dicebas enim; *Exurge gloria, exurge pſalterium meũ.* Erat quidem gloria tua, ſed & noſtra; exurge gloria mea, *Exurge pſalterium, & cithara, exurge pſalterium*, ità benè ab illis pu- *Pſal. 56.* ris, commodiſque Mariæ manibus pulſatum. Benè ò Maria fide illum poteras expectare, fide enim conceperas. Pſalteriũ hoc, velut illud Dauidicum, decem conſtabat chordis; *In pſalterio decacordo pſallam tibi, adorabo ad Templum ſanctum tuũ*, *Pſal. 91.* & quis laudandus erat? laudanda erat in te Humanitas, & Diuinitas tua, & Pater tuus, ò Verbum. Pſalterium hoc decem conſtabat cordis, quibus extentis benè in Cruce, quæ pulſari, quæue laxari debebant, oſtendit, quas etiam quælibet creatura anxio deſiderio inſpicere, & admirari deberet. Primæ duæ, Sancti eius perforati, ac plagati pedes ſunt; duæ aliæ, dextra, & ſiniſtra manus acutiſsimis clauis ambæ transfixæ. Quinta eſt latus tàm magnum, vt in eo duæ ſint efformatæ, ideſt latus, & cor: aliæ duæ in ſuorum excompaginatione membrorum conſpiciuntur. Duas tandem aſſumite alias, quæ ſunt in ſpinoſo ſuo capite, & ita pſalterium complebitur, *In decacordo pſallam tibi.* Ideò in filij tui complexu, ò Maria, pulſare, & ſaltare volebas, ſonum armonioſum, ac ſuauem redddendo, qui magno erat gaudio animabus.

In decacordo pſallam tibi. Hoc ſono Angelicos omnes Spiritus, creaturas, & quæ in Cęlo, & quæ ſuper terram, inclinabas. O quàm magna erat fides tua, ò Maria. Tu à dextris, & à ſiniſtris reſpiciens, ſi dulcis tuus Ieſus totus glorioſus appareret, obſeruabas; potẽtiſſimum eum eſſe ſciebas, & quod dum aliquis eiulans à ſepulchro rediret, eidem ipſi viuens, & glorioſus, cum ſit ipſe per omnia, poterat apparere.

3 Reſurgat igitur hic fortis armatus, & confundat omnes illlos armatos, *Qui cuſtodiunt ſepulcrum*; Ioannes, & Magdalena petierunt ſepulcrum, ut ſuum reperirent Magiſtrũ, ſed ipſe iam totus triumphãs reſurrexerat. Inſtruunt nos, ut cum Dominus à nobis gratia ſua diſceſſerit, quaſi mortui debeamus illum magno deſiderio requirere, ardentiſſimiſque ſuſpirijs vſque ad *Patris dexteram* penetrare, & nunquàm ab incepto deſiſtere, quouſq; illum inuenerimus. Internis inſuper vocibus euocare, quibus illum, veluti iugibus ſagittis amoris, arcu ſagittemus; ipſe *Luc. 11.*

autem velut auis, cadens vulneratus in terram, capietur; conuenit igitur, vt ſuo contentus ſit nihilo: Verbum enim æternum vnico ſuſpirio, vel interna voce mouetur, cùm tamen hoc rectè in ſinu, vel ad dexteram Patris emittitur; quantò magis anima interna interni verbi voce debet ſe mouere? O maria, quodlibet inſtans, annus tibi videbatur, cum filium tuum dilectum expectares. Eia igitur veni, ò Verbum, veni ad Mariam, veni ad me, ò Spóſe meus.

CAPVT XV.

Chriſto alloquitur à mortuis reſuſcitato.

1 OMnes videntes eum admirati sũt in ſplendore gloriæ eius. *Vbi ſunt plagæ*. Vbi verbera? Vbi ſputa? Vbi opprobria? O quam pulcher es, ò mi ſpóſe Ieſu? Mariæ prius apparere voluiſti eo quod te conceperat, erat Virgo, fidem ſeruauerat, maximo te expectauerat deſiderio, fueratque omnibus alijs creaturis humilior. Mariæ inſuper prius apparere voluiſti, vt prius gloriæ tuæ participationem præſtares; ſimiliter, qui primò à te, ò Domine, viſitari deſiderat, neceſſe eſt, ad inſtar Mariæ, te, anxia, dolentixque pæna concepiſſe. Inſuper, & continua noſtra operatione peperiſſe.

2 Qui vult ad tuæ vnionis ſublimitatem aſcendere, oportet eum tantam habere fidem, vt quaſi præ certitudine non ſit fides, ideoque anima, ſi ſui ipſius oblita eſt, ſuoque vnita Creatori, prima eſt ad vnionem illius participandam, & prima, vt in fide confirmetur. Et cum ſit Deus bonum optimum, infinitum, immenſum, imperſcrutabile; quantò magis hoc anima credit, tanto magis de illius bonitate participat. Et quis multũ nollet credere, vt magis cum ipſo internè vniatur? Oportet inſuper velle primum viſitari, nec ſolum corpore, ſed etiam mente eſſe Virginem, vndè nihil cordis puritatem impediat, & ità prius exultabit talis anima, Verbique primitias obtinebit.

3 Prima lætata eſt B. Virgo propter humilitatem, qua Verbum de Cælo in Terram traxit, ideò humilitas tuam ſollicitat viſitationem, ò Verbum: Animam enim hac virtute ornatam vt non viſites, teipſum continere minimè potes.

4 O Deus. O quam pulcher es? Quid præſtas animæ, quam primò viſitas? Tuã concedis viſionem, vnionem, fruitionem, temetipſum, & omnia, quæ in Cælo, & in terra ipſi conuenit. O Deus, totus es Diuinus, nec vlla amplius affligeris pæna. Meritò mater tua prima omnium lætata eſt, cum fuerit tuæ volontati conformis, ſimiliter animam, quæ lætari vult, oportet hanc voluntatis conformitatem habere; & qui magis de hac virtute participat, tuipſius efficit, vt ſit particeps, tuam viſionem, fruitionem, & glorificationem ei impertiendo.

CAPVT XVI.

Ad intelligenda media, ad puritatem conducentia, eleuatur.

1 QVatuor ſunt, ò Deus meus, quibus anima poteſt hanc puritatẽ acquirere. Dic ergo illa, Domine mi. Primũ eſt, quod oportet, vt anima, quæ cupit hanc puritatem habere, & poſſidere, ſit totaliter mortuã, & extra ſeipſam, quod nec intelligere, nec ſcire, vel aliquod velle habeat, ſed totum ſuum velle, intelligere, & ſcire ſit in me. Oportet totum, & totaliter omne ſuum eſſe perdere, hoc meum eſſe, modo, quo poteſt, aſſumendo. Nec oportet in re vlla cognitionẽ, & intelligentiam habere, ſed veluti extrà ſe, ſibique totaliter mortua, in me, ſuo creatore, & Deo, ſolum viuat. Hi ſunt qui propter ſuam magnam puritatẽ terreſtres Angeli appellantur: poſſedunt enim eam perfectiori, ac ſublimiori modo, quo poſſibile eſt à viatoribus poſſideri. *Verbum.*

2 Secundum, quod pro hac requiritur puritate, eſt, vt anima curet omnes ſuas cogitationes, affectus, ac deſideria valdè purificata, iugiterque ergà me ſuum Deum, & creatorem directa habere; nec permittat in corde, vel in mente maculã-

tem

tem cogitationem intrare. Curet à ſe omnem rerum terrenarum, ac vilium imaginationem expellere, quæ poſſet eam à me ſeparare, aut maculam aliquam in corde, vel in mente imprimere, pro ſuo poſſe, ab omni vel minimo peccato ſe cuſtodiendo: & hi ſunt de quibus dictum eſt *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*.

3 Tertia, eſt munditiες, & puritas corporalis, Sanctam dico Virginitatem, in quo ſtatu omnes poſui Religioſas, cùm de ea conſeruanda votum emiſerint: Expedit eam ſtrictiſſimè conſeruare, curantes eam veluti pretioſum theſaurum cuſtodire, quo valdè aptæ ad puritatem recipiendam reddantur; cùm propter ipſam Virginitatem mei ſimiles efficiantur. Et per ipſam ad priſtinum innocentiæ ſtatũ, in quo eas creaui, redeunt, primumque Purum eſſe, quod eis dedi, recuperant.

4 Quarta, & vltima res, quæ ad acquirendam puritatem requiritur, eſt humilitas ſancta, quæ ita eſt mihi grata, quod nulla alia virtus mihi placeret in anima, ſi hac ipſa careret humilitate, quæ mater eſt puritatis, & puritas humilitatis: humilitas enim generat puritatem, & puritas humilitatem. Humilitas hæc, animæ eam poſſidenti, tantæ eſt vtilitatis, vt poſſit hanc puritatem obtinere, quamuis amiſerit Virginitatem, quæ, vt dixi, medium eſt ad talem virtutem conſequendam efficaciſſimum. In inferno enim per multæ erũt Virgines; nunquam tamen ibi animæ humiles, & hac ornatæ puritate adducentur, quæ, ipſa mediante humilitate, acquiritur, conſeruatur, imò & amiſſa, iterum obtinetur.

5 O puritas, infunde te citius, & ſi poſſibile eſt redde tui participes omnes creaturas; cuilibet attamen, dono à te procedente, ò Verbum. Illos conuenit intereſſe, qui in alijs fuere præſentes, ideoque ad hoc, modo iubilantes, & lætantes accedunt. Maria Aurora, mediante ſua humilitate, venire minimè dedignatur, Verax Auguſtinus, purus Angelus, & amore capta Catarina.

CAPVT XVII.

Quid eſſet hæc puritas operatura, intelligit.

1 INtellectus humilis, mortuus, & viuificans nil intelligit, nil quærit, & Deum quærens, omnia quærit: vnde ſibi mortuus, viuet, illuſtrabitur, & mortuo lumine cæteros ipſius cognoſcendæ puritatis cupidos illuſtrabit; extra ipſam puritatem, omne intelligere, ignauia ipſi videbitur, eritque eidem glorioſa pæna, quod eadem puritas minimè percipiatur. Volũtas tota in eo Verbo humanato Veritate infallibili immergetur. Deum voluerit, ſed nihil extrà ipſum Deum. Intuebitur proximum, & in ea puritate quieſcet, quam videt minimè conſpicatam. Memoria, cum ſumma in Spiritu Sancto ariditate, erit tota fæcunda.

2 Anima talem poſſidens puritatem non cogitat, niſi puritatem, nonniſi puritatem deſiderat, nonniſi de puritate loquitur, non alicuius, quam puritatis vult meminiſſe: non ſapit, non expetit, non amat, niſi ipſam puritatem. Quilibet minimus volendi gradus talem offendit puritatẽm; in poſſidendo inordinato affectu, parum pulueris harum rerum terrenarum, læditur ipſa puritas: Verbum non benè cogitatum talem maculat puritatẽ: omnis animæ intuitus ad ſuum eſſe, quod eſt, non eſſe, talem condemnat puritatem: Talis puritas omnem guſtum, omnẽ ſenſum, omnem imaginationem, quæ eſt extra Deum, abhorret. Adeo pura eſt iſta puritas, vt nolit animam habere, nec velle, nec intelligere, neque ſcire, ſed ſuum velle, ſcire, & intelligere totum eſt in Deo. Facilius eſt creare Cælum, & Terrã, quàm cum ſemetipſo puritatem poſſidere; difficiliuſque eſt folium verti, quàm puritatem ab anima ſibi ipſi emortua minime poſſideri, Fælix igitur, & glorioſa anima, quæ ſibi ipſi mortua, nam vno inſtanti ipſam apprehendit puritatem.

7 Abeo, qui me cæpit, puritatem recipio; induar illa, & anima mea ab ipſa nun-

quam ſeparabitur. Quis autem eam conſeruabit? nō creatura, quæ ſe eſſe cognoſcat, ſed oportet, vt in animam te transformes, ò Verbum, eam conſerues, confirmes,& ſtabilias.

Pſa. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* nec aliud, mea fragilitate, valens, me totam in te relaxabo, ò Ieſu mi.

CAPVT XVIII.

Plura de Chriſto in Cęlis aſcenſuro, de Maria,& de Virginitate intelligit, ſic à Patre vocata.

1 MIxta sãguine Verbi mei,veni ad congregationem mei Vnigeniti, tuique Sponſi: Mariæ Matris ſuæ, ſuorumque dilectorum Apoſtolorum. O fęlix congregatio Apoſtolorum, in qua tu ſpecialiter,ò Ioannes, reciproco alloquio quæris, & intelligis multa. Vbi Ieſus,ibi, & Paradiſus,Conuenit ergo hic eſſe Angelos, vbi Ieſus inuenitur.

Anima.

O magna fęlicium, & ſplendētium ſpirituum multitudo,& quis eam poterit numerare? Hierarchiæ cateruatim deſcendunt. O quàm magnā faciunt Verbo præparationem, ò quæ ſuauis vmbra?

2 O Verbum, quid eſt colloquium illud cum Maria? Tu Mariam à te ſeparatam relinquis, quoad corpus, ſed eam poſtea confortaſti, non quod confortatione indigeret; quamuis enim veſtita mortali carne remaneret,ità nihilominus erat tuę voluntati conformis, quod ſi tua fuiſſet voluntas,æternè in terra remanſiſſet. Cōfortaſti, ut ipſa voluntatem confortaret Apoſtolorum, & Virgines oblectaret. Ita confortata remanſit, vt qui in eam intuetur, in omni ſuo labore, tribulatione, ac pęna,denique victor in omni tentatione confortetur. Qui enim miſericordiam nō inuenit, ad Mariam recurrat; qui iugiter vexatur duello, ad Mariam recurrat,quę eſt mare pacificum; qui huius mundi ſuffocatur delicijs,properet ad Mariam,quę eſt mare amarum: qui a dęmone poſſidetur, ad Mariam feſtinet humilitatis Matrem, nihil enim humilitate efficacius ad dęmonem propulſandum. Ad Mariam igitur unuſquiſque recurrat, properet ad Mariam.

3 Magna, & mirabilia ſunt ſecreta, quæ confert Mariæ meus dulcis ſponſus, Magnus eſt Deus noſter. O Maria, colloquium,quod cum filio tuo ad patiendum properante habuiſti, conformitatis fuit: illud Reſurrectionis, gaudij; hoc verò cū ſit nouiſſimum, glorioſius eſt: ſed in quo delectabaris in hoc colloquio ò Maria? forſan in eo, quòd Verbum,ſponſus Virginum eſſet, elegiſſetque in ſui coronam Virgines? ita; quia tu Virgo eras; ipſum Verbum Virginitatis amore adeo captū eſt, ut æquum eſſet, ut nouiſſima hæc delectatio Virginibus tribueretur. Hæc sūt, quæ in relinquendis omnibus, eius potētiam; in ſeipſis abnegandis eius liberalitatem, in relinquendis ipſorum genitoribus, & alijs, eius ſapientiam; & in ſpernēdis rebus omnibus, Verbi diuitias manifeſtant; noluntque aliud amare, vel audire, quàm ſponſum. O quantum Virginitatem Verbum adamauit, honorauitque in ſeipſo? Quantum illa ſibi eſſet cordi oſtendit, in homine recreando: eandem enim,dum pateretur in Cruce, vni Virgini commendauit, Tantum ſplendorem Verbum Virginibus tribuit, vt cordi ſuo attrahat, ſibique ipſi vniat, & ad virginitatis fulgorem ſol obſcuretur; huius etenim lumen comparatione illius, nequaquam fulgere videtur.

4 Cùm pergeres ad patiēdum, ò Verbum, Maria tota dolens: cùm reſurgeres tota confidens: cùm ad Cęlos aſcenderes tota admirans remanſit. Similiter & anima ſponſa tua, cum tribulationibus eam viſitas,tota remanet dolens, ſed non impatiens,dolet de eo quòd meretur, non de pęna.

Confidens remanſit in Reſurrectione Maria, ita & confidens anima per gloriæ receptionem, poteſt dicere; *Omnia poſſū in eo, qui me confortat.* Nunc, *cuiuſuis manus pugnet contra me.* Cum enim ipſa in Cęlis eſt,nec amplius dolet,nec confidit; ſolummodo admiratur: Deum ſiquidem guſtando, reciproco ſermone Deum ipſum miratur, ideſt illius magnitudinem,

Philip. 4. Iob. 17.

nec

nec vnquam clamare deſinit, o magnus Deus,ò admirabilis Deus.

5 Confirmas inſuper in hoc colloquio Apoſtolos,ò mi Ieſu, tuaque ſapientia adhortaris, quippè Eccleſiæ tuæ columnæ futuri erant; In tua Paſſione exemplũ, in Reſurrectione pacem, in Aſcenſione gaudium præbuiſti, dona eis Spiritus Sancti promittendo. In Paſſione exemplum dediſti,vt oſtenderes, ſeruos tuos, amanteſque fideles debere alijs patiendi exempla præſtare: multi enim dicunt, & non faciunt. O beatus, fælix, & glorioſus pro tuo amore patiens, ò Verbum; maius enim eſt, audeo dicere, pro tuo amore pati,quam te poſſidere: cùm enim te habeamus, te amittere poſſumus, pro tuo autem amore patiendo, *in libro vitæ* aſcribis,vbi nunquam ammittitur.

6 In Reſurrectione pacem præbuiſti: Statim enim ac reſurrexiſti,inter Deum, & creaturam facta eſt pax. Vbi in corde pax,& Paradiſus; ibi enim tu, ipſaque pax neminem quærit offendere, de proximo loquitur,quantum,ad tuum ſpectat honorem:Cor pacificum,& humile vnionem ſemper intuetur.In hoc Aſcenſionis colloquio gaudium eis præbes, Spiritum Sanctum promittendo, modumque edoces illum recipiendi, ijdemque magna tuo nomine operabuntur, Teipſum inſuper promittis,te futurum, cum ipſis dicens *Vſque ad conſumationem ſæculi*. *Mat.28.*

7 Promiſſum certè, quod creatura nulla poteſt adimplere,nil ſuum habens, neque ſemetipſam. Tu in eo,quod præſtas,teipſum dediſti; meam à me vitam auferre potes, teipſum à me auferre non vales:es enim veritas, & mecum ſemper fore dixiſti.

O Verbum, ò ſponſe mi, quàm pauci te agnoſcunt,diligunt,poſſidentque.

CAPVT XIX.

Sacramentali refecta pabulo, ad intuendum ſponſum in Cælos aſcendentem,rapitur.

1 VEni columba mea ad videndam Sponſi tui humanitatem,addexteram ſui æterni Patris aſcendentem.

Chorus,& chorus: Aſſumunt victorias, & inſignia ipſius verbi.

Maria videt ad Cælum humanitatem à ſe deſumptam, puriſſimis ſuis ſanguinibus formatam,ac ſuo lacte nutritam, peruenire. Maria videt Angelorum multitudinem,& pulchram, & numeroſã Sanctorum Patrum ſocietatẽ, inter quos ſpecialiter Ioannem Baptiſtam, quo mediante laudata fuit,fecitque eum in vtero exultare. Multi prophetauerunt de Verbo,haud tamen opinor, aliquem tantam incomprehenſibilem gloriam penetraſſe: Cur ergo nunc,ò Dauid,cantica non renouas,& prophetias? Si tamen in Cælo renouas,cur nobis nõ innoteſcere facis? O Verbum, cur tuas Sponſas tecum non aſſumis? Aſſume,quæſo,ò Verbũ, & quẽadmodum Maria cum Apoſtolis Spiritum Sanctum *in cænaculo* expectarunt, ſimiliter,& illæ hic expectabunt: idẽ enim illis,ſi non obiecerint,concedetur. *Act.1.*

2 O quale gaudium ſurſum erit: nos verò,ò Maria, deorſum in terra remanſimus.O puri Angeli aſſumite etiam nos, ſi enim ille veſter eſt dominus,eſt etiam noſter Sponſus. O æternum Verbum, ò Sapientia infinita quid pro te creatura operata eſt, pro qua tantum effeciſti? Nunc verò pro eius gloria in Cælum aſcendis? Dic,ut ita illam ames, quid pro te fecit? Quid ei præſtas? Quid quæris ab illa? tantum diligis,ut & teipſum des,qui omnia es,& extra te nihil eſt: Ab illa ſuum uelle,& ſcire uis, & hoc tibi præſtans,totum quod habet impartitur, O Sapientia infinita,ò sũma bonitas,ò Amor,ò Amor parum notus,minus dilectus, poſſeſſus à paucis. O amor incarnatus: ò humanatũ Verbum,ò Sapientia æterna, ò noſtra ingratitudo totius mali cauſa,ò puritas parum nota, parumque concupita.

3 O Sponſe mi,ò mi Sponſe:nunc cum ſis in Cælo cum tua humanitate ad dexteram æterni Patris reſidens, *Cor mundum crea in me Deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* *Pſal. 50.*

CA-

CAPVT XX.

Plura de Diuina bonitate erga creaturas intelligit.

1 EIa Verbum amabile, eia dic oro, cur tot, quæ inter me, & teipſum ſolum contuliſti, nunc vis, vt ego manifeſtem? Ah, agis hoc, videns quàm difficulter ad ea propalanda me adduces: debile enim meum agnoſcis figmentum; inſuper, quia facilius tibi, cum in me loqueris, credunt; item ad manifeſtandum eorũ bonum, hac tibi complaces via, cum alia efficere poſſes. O Deus tam magnus, qui intelligi nequis, & minimæ creaturæ te ſubdis. Deus meus, O quàm varij ſunt, qui te quærunt, quam variæ reſponſiones eſſe poſſent à quærentibus te. Vellem tamen pro omnibus veritatem edicere. De me vero, veritatem quærere, affirmare non poſſum, alia enim eſſent opera mea, O, de quot poſſet nomen mutari, & non veritatem, ſed vanitatem exprimere. O veritas infallibilis, tibi ipſi, animæque ad veritatem aſpiranti, deficere non potes. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontẽ aquarum.* Pſal. 41. Tu humanatum Verbum ceruus es ſitiens, & talis eſt creatura tuum velle intelligens. O Deus, nemo expetitur, nemo intelligit; Sitiens ad fontem reuertitur, & minime ſitientes admiratur. Quomodo autem poteſt anima à perficiendis alijs animabus ceſſare, quas, vt ita dicam, plusquam ſeipſam diligit? Qui quanti momenti eſt anima penetraret, minimè admiraretur, illam ad intelligendum velle & opus tuum iugiter, redeuntem. Hanc ardentem ſitim in ſua quærenda creatura Verbum habuit humanatũ, ſemper aſpiciens in eo, quod ipſum mouit ad eamdẽ creaturam quærendam, quod aliud non fuit, quam Amor. Nec minimum temporis dum in terris nobiſcum viueret, pertranſiuit, in quo die, ac nocte ad reducẽdam ſibi creaturam, ſuumque perficiendum opus, non laboraret.

Pſal. 83. 2 *Reſpice in faciem Chriſti tui:* Tuus iſte intuitus eſt veluti ſol qui calefacit, fructuſque reddere facit; Similiter, & tu animam reſpiciens, eam facis, in corde tuo ſecundum tuum velle, proficere; nullumque cor eſt adeò congelatum, quod à Diuinis, & Sanctis oculis tuis inſpectum ab intima tua non calefieret charitate. Gratum, & magnum, magnum, & gratum eſt opus tuum; grandia, & innumerabilia ſunt opera, quæ in tuo opere continentur, Deus meus; Proſint verba, ſanguiſque tuus penetret, ò Ieſu mi, Deus bonitate ſummus, potentia incredibilis, ſapientia infallibilis. Deus æterne cordium noſtrorum ſcruator, tui eſſe ſubſtantia. Dic eia, quantum creaturam à te productam dilexiſti? Quantum diligis, quanto proſequeris amore? Tanto, vt preſtares eſſe, creares, recreares. Qui ſeipſum non amat, nec à Deo amari recognoſcit: Nequaquã à Deo amari dignus eſt, qui omni ſimulatione poſtpoſita, cum Deo, & creaturis omni ſinceritate non verſatur. Nec amari, & glorificari à Deo, qui in omnibus, non ſolum à Deo, ſed etiam à creaturis perpatratis rebus minimè quieſcit, quãuis inferni confuſionem experiretur.

3 Oportet ergò in omnibus quieti ſe dare, & hoc modo apta redditur, vt diligatur, & glorificetur à Deo. O bone Ieſu, cæci, & obnubilati ſunt oculi noſtri, nec inſpicimus lumen; & quis tot laqueos euadet? Vt non capiamur, oculum oportet eſſe purum, fortemque ſe gerere, vt nõ ſuperetur. Præbe ergò lumen Deus meus. Cæcitas noſtra ab humore quodam, ſuper oculi noſtri pupillam cadente, oritur, ideoque oportet iugiter lumen, & peculiarem inſpicere gratiam. Superfluitas verò huius humoris, ab intimo terrenarũ rerum amore ortum habet, nolo autem amorem uocare, ſed odium: uero etenim nos priuat amore; & hæc ſuperfluitas uel eſt à natura, uel à complacentia Spiritualium guſtus, uel à ſapientia, aut ſcientia acquiſita. Naturæ ſuperfluitas, nihil aliud eſt, niſi appetitus, & proprij commodi deſiderium: ſuperfluitas complacentiæ Spiritualium oritur à deſiderio unionis, & guſtus rerum Spiritualium, & Diuinarũ, nec ultra procedit. Qui habet hoc deſiderium perfectus non eſt, ſiſtit enim in donis, non in Donatore. Superfluitas ſapientiæ, uel ſcientiæ humanæ, aut aliorum do-

no-

norum, maledicta vanagloria eſt. Omnes hi tres humores ſunt veluti craſſus pannus ſuper pupillam oculi intellectualis, Dei cognitionem impediens. Quapropter ſi virtute flāmigerātis ignis in Diuino pectore ardentis, haud, media Verbi humanitate, diſſoluitur, nunquam noſtrorū cordium cęcitas, quæ omnes afficit creaturas, auferetur. Ad hoc autem nullum aliud, vt dixi, remedium reperitur, niſi tua charitas, Deus meus, tuus ſanguis, ò mi Ieſu.

CAPVT XXI.

A S. Ignatio Societatis Ieſu fundatore, Virgine præſente, de humilitate inſtruitur.

1 EGo Ignatius à Sponſi tui Genitrice electus ſum, ut tecum de humilitate pertractem. Audi igitur verba mea. Humilitas tanquam oleum in lucerna in nuperis Religionis plantis infūdi debet: & ſicut oleum totum occupat vas, in quo infunditur, ita humilitas vera, & illius cognitio debet, ita animæ potētias occupare, ut à dextris, & à ſiniſtris ſe voluentes, aliud, præter humilitatem, & manſuetudinem, non aſpiciant; Et quemadmodum elichnium abſque oleo ardere non poteſt, ita & nuperæ plantæ, Sāctitatis, & perfectionis ſplendorē in Religione non dabunt, ſi in quolibet temporis momento ipſius humilitatis notitiam non habuerint, niſi probentur, & in ipſa exercerantur, ad veram Religionem, ipſius virtutis neceſſitate oſtēſa. Quæ virtus nihil aliud eſt, quàm ſui non eſſe continuata cognitio, iugiſque in eis, quæ ad ſui contemptum inducere poſſunt, iucunditas; ita ut planta nouella gaudeat, rectè ordinatam eſſe virtutem potētiarum animæ ſuæ. Curare autē debet, ut in ijs abiectionibus ipſa in hac iucunditate perueniat, ſtet firma, & immobilis; memor non propter aliud habitum aſſumpſiſſe. Nè vero dęmon in hoc participet, debet earū nutrix ſanctè artificioſè curare; ut ſcilicet earum iudicium, vel voluntatem, ipſis vel repugnantibus, vel ad impatientiam ſe mouentibus, deicere volens, debeat eas ſeuerè reprehēdere; idque magnifacere, quamuis minimum ſit.

2 Dum autem oleum humilitatis infundit, debet ex alia parte ſuaue tenere balſamum; ipſis, quantum in his actibus Deum honorent, ingentes profectus, magnumque opus, quod patrauerint, oſtendendo. Itaut ipſius humilitatis capiantur amore, & ad nihil aliud, quàm ad illam aſpirent. In exteriori humilitas debet eſſe, & in omnibus verbis, geſtibus, & operibus effulgere; & ſicuti blaſphemiæ vetantur in ſæculo, ſic omne verbum, quod humilitatem non ſapit. Geſtus omnis ab humilitate alienus, eſt in Religione vitandus, ſicut in ſæculo actus contra honorē, & famam abominantur. Debent opera abſque humilitate patrata abhorrere, quemadmodum Rex, filium veſtimento cuſtodis beſtiarum indutum abhorreret: tanta in ſuperioribus debet eſſe humilitas, cuius iam prius exemplū dedimus, ut in eorum reprehenſionibus, exhortationibus, vel alijs, non aſtringantur actus humilitatis oſtendere. Quælibet ſponſa, aio, Religioſarum, ſit ita, ut valeat tranſplantari; poſſintq; ſuperiores nūc in monte, nunc in valle pretioſiores earum, dulcioreſq; fructus trāsferre; minus tāmē pretioſos, hinc indè plantare, minimè prætermittentes. In ſpiritualis perfectionis ædificio ſponſæ eſſe debēt, veluti lapides Templi Salomonis fabrica coaptati, in quibus malleorum ſtrepitus non eſt auditus. Quæ, cum ædificio adaptantur, ora aperirent, adducantur ad fontem, ibique partim amoris, partim ſeueritatis actu inebriētur; itaut ora aperire nō valeāt, ſed veluti ebriæ, dulci capiantur ſomno: repugnanti vero tali humilitati, Spōſus detur Crucifixus in manibus, illum imitari debere, oſtēdendo. Nemo uſque ad mortē ab hoc humilitatis quieſcat exercitio; qui verò curam habet animarum, nunquam prætermittat eas, eadem virtute exercere, quoad caro ſimul, & oſſa cum vita vniuntur. 3. Reg. 6.

3 Hæc enim eſt ſcala tot gradibus cōſtans, ut nunquam eius finiatur aſcenſus, eoſdemque gradus multoties multiplicatis actibus debeamus aſcendere. Animæ

hac

hac humilitate carentes, à ſeipſis egredi minimè valent;in ipſis enim mille,& mille paſſiones,plerçque curioſitates,in quibus occupantur, inſurgunt; ac ita quemadmodum incarnatum Verbum Apoſtolos hominum piſcatores conſtituit, ita ſponſas, ut prædam facerent animarum. Multum te humilitate nutriui, te linquo, ut cibum capias paupertatis.

CAPVT XXII.

A Sancto Angelo Carmelita,coram Dei Matre, de paupertate edocetur.

1 EGo Angelus habitum tenens Genitricis Verbi Incarnati, gloria, & corona mea, prælectis, aio, ſponſis. Quod Ieſu ſponſa, quæ fuit paupertas, eſſe oportet earum mammilla, nouiſque ſponſis dona dari debeant: & quemadmodum terrenæ ſponſæ,quo plura dona habent, & munera, eò fęliciores ſe reputant, ita multum perfecta, & fælix ſponſa Chriſti nouella, ſi ab omnibus alijs ſponſis fuerint exempla paupertatis exhibita. Eius ānulus,totalis expoliatio rerum omnium debet eſſe, & ſicut ānulus eſt circularis, ita nihil ipſi remaneat, quo implicetur,ſed nuda nudū Chriſtum ſequatur.

Qui eam recipit, curare debet, vt ipſa tractare non videat, nō aliam audire vocem, non de alio, quàm de ipſa paupertate,gaudere. Qui verò hanc non diliget paupertatem,ut leproſa vitetur,& ut talis teneatur;hęc veſter debet eſſe theſaurus, veſter cibus, veſtra requies; & quemadmodum quotidiè, ne corpus deficiat, cibum ſumitis,ita neque dies eſt tranſigendus,in quo ſponſis nouellis haud de paupertate tractetur, nunc laudando, nunc magnificando, nūc ad illius amorem impellendo, nunc, ſi verè eam diligunt, experiendo:curent ut earum filij, ideſt opera, non alio,quàm paupertate,veſtiantur.

2 Paupertatem hanc debetis magnoperè in victu diligere,ut in veſtitu reſplēdeat curare,vbique magnificare,& attollere. Tantum diligi debet, vt deficientibus cibis, & veſtibus, gaudeant, & præ lachrimis cibus ipſe deſipiat, ut ſimul cū ſponſa,paupertas moriatur. Adeò paupertatē diligit Deus, ut animæ eam poſſidenti non poſſit non ſeipſum,& regnum ſuum præbere ad poſſidendum. Anima paupertatem,poſſidens martirij coronam vſurpat.Totum autem in anima ab aureo canali debet imprimi, ideſt pectore, charitate pleno, in ſuauitate ſpiritus, in verborum dulcedine.

3 Duabus his virtutibus,humilitate ſcilicet, & paupertate veluti balſamo inungi debent animæ, quæ ad Mariæ accedūt habitaculum, ut ſeruent innocentiam, quem in habitu aſſumendo receperunt:& quemadmodum cum balſamo inungimur, manus applicantur, ità non debet vnum dici, alterum verò fieri. In harum duarum virtutum exercitio, obedientia, primum votum noſtrum,perficitur. Humilitatem,& paupertatem poſſidentes infernum confundunt, habentque poteſtatem portādi in manibus caput Oloſernis. Has animas humilitatem,& paupertatem poſſidentes, Verbum, veluti ſua propugnacula ponit. Qui hāc humilitatem, & paupertatem diligit,ut in aliquo doleat,haud ſua verba profundit. Poſſidens paupertatem ſemper de Chriſto paupere cogitat, tantique corpus ſuum æſtimat, quanti & Rex,araneæ telam facit. Maria verò has animas blanditur, ſuo amplectetur ſinu, ſuumque lac diſtillabit in illis;etſi perſeuerauerint uſq; in finem, curabit, ut Verbum habeant uſque ad conſumationem ſæculi. Eia age, ut non ſatietur tuos appetitus ſolo huius virtutis amore, ſed exercitio; non enim famelicus præparata tantummodò menſa,ſed cibis copioſa ſatiatur. Cum grauitate humilitas exerceri debet, cum iucunditate paupertas.

4 Veh nobis ſi erga humilitatem, & paupertatem à Verbo prædicatam, exaltatam, & dilectam haud erimus ſtudioſi, hoc enim eſt, quod à nobis requirit. Gratiæ, laudes,& magnificentia tibi Deo virtutū,qui dignatus es, Maria, Ignatio, & Angelo mediante, ſublimis huius exercitij Ancillæ tuæ præſtare notitiam.

CA-

CAPVT XXIII.

Purgatorij pęnas, in quibus & fratris animam, contemplatur.

1 O Miſer, ſed beatus, ô afflicta, ſed glorioſa anima, atroces ſunt pęnæ; ſed tamen tolerantur. O quis illas penetraret? cùm hic ſurſum eras, meis nolebas annuere vocibus, nunc cupis, vt te audiam. O miſer, quid igitur à me velles? quod à me petis, quotidiè exequi poſſũ. O quantum temporis, ut talis deleatur pęna pertranſibit? me verò beatam exiſtimarem, ſi vbi moraris, me transferrem, vel ſi creaturę amplius deorſum non abirent. O Deus bonitatis infinitæ, plus creaturam diligis, & ad te cupis perducere, quàm ipſa ad te venire. Alleuia pęnam, ô iuſte, & miſericors Deus, eius, qui te, paruulus, aliquãdo laudauit: reſpice, oro, tuam bonitatem, & miſericordiam impartire. O iuſtiſſime Deus, ſi quod eſt tibi gratum haud operatus eſt, nequaquã tamen contempſit tuum beneplacitum exequentes; contra te egiſſe verum eſt, nunquam tamen opus tale laudauit. Veritas eſt, nec mecum tuã bonitatem collaudaſſe, nouerat tamen conuenientem eſſe tuam laudem. *Laudate Dominum omnes gentes &c. Laudate pueri Dominum &c. Laudate Dominum de Cęlis &c.* requiem æternam &c.

2 O Mater, ingentes ſunt illæ pœnæ, quas in Purgatorio animæ patiuntur; tales nunquam credidiſſem, ſi earum aliquid luminis minimè habuiſſem. Talia videndo, ô Deus, animus non ſufficit, in terra viuere, & cum creaturis verſari. Nõ amplius vos dicam pęnas atroces, ſed glorioſas, cùm animas ad tàm fęlicẽ gloriam perducatis.

Quot præces, Deus meus, pro miſellis animabus ad tui gaudium perducendis, vel à te ſeparandis deberemus effùdere?

3 Circumdabo totum. Pietas, pietas, miſericordia, deſcende, ô ſanguis, & has libera animas. O vos miſellæ, tantùm patimini, tantumque gaudetis? cuncta Sanctorum Martyrum tormenta, veluti amęnus hortus ſunt reſpectu Purgatorij. Beatam me exiſtimarem, ſi amplius deorſum non abirem. ô Deus bone, & Religioſi in his pęnis? ſed vbi eſtà me dilecta anima, mihique coniuncta? ô miſella, tantum cruciaris, & gaudes? vreris, & lætaris? Sed te aliundè beatam, te fęlicem: heæ ſiquidem pęnæ ad ingentem, & inenarrabilẽ gloriam te perducent: meque beatam, ſi amplius paſſura non eſſem. Hic igitur ad completè purganda peccata remaneas.

4 O quàm horribilis eſt locus iſte, terribilibus, & deformibus, pęniſque intolerabilibus plenus? qui ſũt iſti tàm aſperè cruciati? acutiſſimis cultris trãſuerberãtur, & ſic crudeliter inciduntur? Mendaces etiam in inferno poſiti ſunt, & valdè torquentur; liquefactum in ipſorum ore plumbum immittitur, eodemque tempore, & ardere videntur, & contremiſcere; ecce qui in mundo coli, ac honorari cupiebant, & modo in hac obſcura nocte ita cruciantur.

5 Veh mihi, exiſtimabam vos, qui per fragilitatem peccaſtis, eſſe inter ignorantes collocatos: quamuis aliorum comparatione pauca toleretis, ardentem nihilominus flammam experimini. Hi, qui nũquam ſatiati ſunt terrenis bonis, tantis etiam pęnis ſatiantur. O immundi, ecce locus veſter; veluti plumbum remanent liquefacti: ſed hic eorum pęna minimè terminatur, quia iterum integri, iterum beſtijs ad deuorandum traduntur. Locum hunc mereri videor, ô Domine mi, quia ingratitudo fontem pietaris exiccat. Eia, Ieſu mi, cur hoc ſero talem dediſti viſionem, cum hactenus tale nõ habuerim lumen, neq; hoc modo penetrauerim? fortaſſis enim meo ſatiſfacere deſiderio voluiſti, ſciendi, vbi fratris mei anima moraretur, vel ut pro ipſa feruentius pręces funderem Etiam, etiam, hæc eſt cauſa. Inſuper ut clarius tuam agnoſcam puritatẽ, illudque odio habeam, quod tanto ſponſa tua Catharina proſequebatur odio, peccatum, ſcilicet, virtuti contrarium; ſit tamen, ô Domine cum tibi placuerit. Sed te fęlicẽ, ô dilectè frater: citius enim erit; & quamuis ingentes, & indicibiles tui ſint cruciatus, condigni tamen haud ſunt ad futuram, inenarrabilem, & incompre-

henſibilem gloriam in Cęlis præparatã.

6 Oportet ſeipſo totaliter ſpoliari, teque veſtiri, ò Domine mi; pura, munda, & ſincera intentione oportet ambulare, & veh illis, qui aliam, quàm tibi ſeruiendi, teque honorandi, ò Ieſu mi, vel etiam ſeipſos ſaluandi, intentionem habent.

CAPVT XXIV.

Plura de Virginis Aſſumptione intelligit, & enarrat.

1 IN corpore leuitas, in corde iucunditas, in voluntate libertas, in intellectu nuditas, in memoria beneficiorum continuatio, in intentione puritas, in operatione ſimplicitas, in verbis veritas, in ſenſibus mortificatio, neceſſaria eſt in eo, qui ad Mariam cupit aſcendere. Cor dona recepturum, purum, fulgens, robuſtum eſſe oportet. Purum in integritate obſeruantię mandatorũ, religioſorumq; quantumuis minimorum conſiliorum; fulgens debita pace, ſplendenſque in recordatione ſanguinis in Sancto Baptiſmo recepti: ſit robuſtũ, vt nihil præter Deum cupiat, etſi dæmones, & inferni millies plus eſſent, quàm ſunt, ut aliud præter Deum, velit, nequaquam valeant prouocare. In hoc igitur puro, ſplendido, & robuſto corde poteſt ſua dona, & gratias Maria infundere. Puritas, humili in conſpectu Dei, creaturarumque deiectione, humiliq; confeſſione acquiri poteſt; ſplẽdor poteſt, conformi Diuina, & Superiorum voluntate conſequi. Fortitudo, Spe, iugi oratione, & confidentia in Deo.

2 O quot ſunt dona, & gratiæ, quas Maria vult creaturis conferre? & quis nõ vellet omni virtute ornari ad recipienda Mariæ dona? veh autem mihi, quia in petendo perſeuerantia deficit. At, Maria, quid tibi gratum dare, & offerre potero? Si tibi voluntatem obtulero, cum non ſit conformis, ne eam deſpicias pertimeſco. Si intellectum, non eſt plenè illuminatus: ſi memoriam, beneficiorũ eſt immemor: ſi affectum, non eſt purus: Cor Vnigeniti tui offero, & quis donum maius offerre valuerit? ò Maria dulciſſima, quàm pura, & quàm pulchra es: tuo enim intuitu Angelos lætificas, peccatores confortas, lætas, & exultantes reddis creaturas. Permanens in Cęlo, intuitu tuo agis, ut ira Diuina ergà peccatores mitigetur, undè creaturę miſericordiam Dei admirantur, quod pro anima vna, ut ad ipſum redeat, tanto tempore expectat, in eam minimè animaduertens.

3 In oculorum tuorum plenitudine, ò Maria, totus ſibi complacuit Paradiſus. Aſcendens in Cęlum, ò Maria, Paradiſũ in terra relinquis: relinquis enim inauditum illud caſtitatis exemplum, quod aliorum ſtatuum comparatione, eſt Paradiſus in terra: & quemadmodum cunctæ perfectiones, gratiæ, & virtutes clauduntur in Cęlo, ità in virginali ſtatu omnis perfectionis virtus, quæ in terra poſſit haberi, conſiſtit. Non quia ipſa virginitas cunctarum virtutum perfectio ſit, ſed quoniã ipſa ad illam acquirendam ſit aptius inſtrumentum.

4 O Maria, pergis, ut fructu vętris tui gaudeas; creaturarum corda adorna, ò Maria, vt ſimul cum tuo, Sanctiſſimæ Trinitati valeant offerri: Nemo autem ſit, qui tale detrectet ornamentum: procul enim dubio, cor noſtrum Sanctiſſimæ Trinitati oblatum, nec cogitabit, nec operabitur, nec protulerit Verbum, quod in Diuinæ Maieſtatis honorem, proximique vtilitatem non cedet: Eia ut Mater benigna tuas filias edoce, vt mente in Cęlo verſantes, procul à negligentia operentur in terra; præcipuè verò, vbi proximus ſubleuandus eſt. O Maria, ò amantiſſima Maria; nunc in Cælum aſſumpta; quàm glorioſa Maria es. O Glorioſa Maria? Maria fons eſt ille ſignatus, Verbi immaculato ſigillo, vbi Virgo declaratur, & Mater. Irrigat fons iſte totum Cœlum, in terra fructificat, lætificat Angelos, & Purgatorij animas refrigerat. O Maria, tu es Porta illa per quam nos ad cęleſtem introducimur patriam, & per quam Deus deſcendit in terram.

5 At videamus Mariam caſtiſſimum pallium relinquentem, & rubicundum aſſumentem, ut ambo poſtmodum reaſſumat. Relinquit caſtiſſimum ſui puriſſimi corporis pallium, quod Apoſtoli ſpecialiter

cialiter Virgo Ioannes amplectebantur. Rubicundum, ò Maria, ideſt cunctorum præteritorum, & futurorum martirum merita aſſumis;nullus enim vnquam tanto cruciatus eſt martirio,quantum in vnigeniti filij tui Paſſione perpeſſa es. Ideoque Virgo,& martir,ſponſa,& Mater: Filia,& electa,Turtur,& Columba;

6 O glòrioſi Apoſtoli,vos Mariæ corpus accuratius, quàm Verbi humanitatē cuſtodiebatis;euenit autem hoc, quia nōdum Spiritus Sancti plenitudinem receperatis.O quale gaudium in amplexu ſui Vnigèniti filij experitur Maria.Quot gratiæ,ò Maria, ad nos propter tuam in Cælum Aſcenſionem venerunt?eos autem ò Maria,eos qui ſe idoneos reddere volūt, vt tecum aſſumantur in Cælum,vt te imitentur, oportet : Prius mori; cum vero mors in noſtra non ſit poteſtate, ita mori debemus,vt tamquam mortui operemur, non videntes,non audientes,non guſtantes,nec niſi quemadmodum tu feciſti, à duodecim Apoſtoli tangi permittentes, ideſt regere nos debemus ſuper duodecim Spiritus Sancti fructus, virtutemque noſtram in Sarchophago extendere,ideſt in Chriſti Cruce,ibique requieſcere.

CAPVT XXV.

Alia Plura de Virginis gloria, & coronatione proſequitur.

1 O Glorioſa Maria, & quæ te ſequitur,glorioſa eſt: Sed ad conſeruanda dona,& gratias, ſicut egit Maria, oportet habere, quod habebat Maria, quæ poſtquam in Cælo aſſumpta eſt, vita viuit durabili,& æterna. Similiter facere debet anima,quæ mortua, & in Sarchophago fuit,ſicut Maria, ideſt deinceps viuere in conſeruandis donis, & gratijs à Maria receptis, habereque perfectum intuitum,incredibile auditum, & perfectū, nec in minimo deficientem tactum. Perfectum debet habere intuitum,in intuendo ſolo Deo,auditum incredibile,vt cuncta opera faciat,vel magna, vel minima iugiter Deum intuendo. Debet tandem ſaporoſum guſtum habere: Si enim dulcia,vel amara,tribulationes, aut fælicitates eueniunt, cuncta in Crucifixo deguſtet. Perfectum,nec in minimo debilem, aut infirmum tactum debet habere, vt ſciat calidum à frigido diſcernere, nec decipi in accipiendo pro viuo mortuum, & pro mortuo uiuum. Ac ita anima hæc dona, & gratias in Mariæ Aſſumptione receptas conſeruabit. Cum dona,& gratias cum Maria conſeruauerimus, quod ipſa efficit,efficere poterimus. Videlicet ſupplicationes pro terrenis neceſſitatibus Deo porrigere, eumque ſuo ſanguine quodammodo aſtringere, ad miſericordiam faciendam animabus. Inſuper vellem,vt anima,quæ cum Maria in conſeruandis donis, & gratijs à Deo conceſſis,operatur, apta redderetur ad coronā recipiendam cum Maria.

2 Apta redditur anima,vt cum Maria coronetur,ſi omnem gloriam,honorem, & creaturarum,quæ ſub Deo ſunt, beneuolentiam contemnit,ſi tamen non eſſent ordinatæ à Deo. Anima illa ſpiritualiter coronabitur à Maria, quæ omnia illius merita,ſimul,& laudes animæ illius glorioſæ exhibitas, cum meritis Sanctorum omnium offeret,cupiens gloriam eius accreſcere, quamuis ipſa glorioſa exiſtat: hoc modo cum Verbo coronabit Mariā; quàm verò grata erit illis talis oblatio, quis comprehendere poſſet? O Maria quando ſemel ad te honorandam non verbis,ſed factis veniemus? Non ad horam,ſed in æternum? O quàm breue tunc apparebit,pertuliſſe,

3 O cur omnis creatura,omnis ſponſa Chriſto dicata,omnis Mariæ filia iugiter præ oculis tempus futurum, & præſens adeò breue,non habet? Non enim Deum in aliquo,quamquis minimo, offenderet. Fælix enim,quæ erit præſens ad coronationem Mariæ,& pro ſuo poſſe talia operabitur. Aſcendente Matre noſtra in Cælum,debet in nobis auiditas, ardenſque deſiderium ad eam ſequendam remanere.O gratiſſima Maria,tolle animam meā, & velle meum, & velle tuum præſta. O glorioſiſſima Maria Mater noſtra, nè permittas abire in Cælum,& in Terris corda noſtra relinquere. Volo,dum viuo de te gaudere,nec aliud operari, niſi in te admirari.

CAPVT XXVI.

Ad religionem, tamquam Virginem ab ea viſam, complura valdè proficua edocet.

1 NVllum tibi aptes pallium, quod prius mihi conuenire non videas, videlicet nè deſideres, vel aliquid opereris, quod Regulæ, & conſtitutionibus à te electis minimè ſit cōformis. Calculus iſte tria continet, cognitionē, & intelligentiam quanti ſit Deo grata puritas: Anima enim ad Religionem veniens, viam omni alia lucidiorem aſſumit. Continet inſuper iſte calculus primum ipſius vigorem, qui prius in Spiritus feruore, & in ſui ipſius cōtemptu fundatum erat, qui nūc propter defectus Religioſorum turbatus eſt. Tertio tandem includit in ſe menſuram, qua Religioſus debet Regulæ ſuæ, & conſtitutionibus reddere ſe conformem.

Cibum præterea à te ſumendum, des mihi prius ad deguſtandum, & quamuis ſit amarus, accipe, tanquam dulcem; nec debes liquorem alium, quàm qui ab vberibus meis emanat, deguſtare. Nec alibi delectari, nec tua membra quieſcere velis, niſi vbi, & ego requieui. Si comam tuā ornare volueris, non alios aſſumes flores, quàm à ſpinis productos, ſi verò ſpinis ornari vales, linque flores.

2 Nunc Religio ſtatuit illam ante ſe; & primo à purgatione incipit oculorum, præbens ei, oris habitu, ſplendidiſſimam lucem, ita perluſtrantem, vt omnia conuertantur in lucem; eodemque flatu feſtucas aliquas ab oculis tollit, ſtatim poſtea claudens, vt aliud, quàm Ieſum Chriſtum non reſpiciant. Lux hæc, quæ halitu ſuo animæ dat Religionem, qua mediante omnia conuertantur in lucem, eſt, vt Religioſa ſuam regulam, & conſtitutiones à Spiritu Sancto dictatas obſeruando, lucem acquirat interiorem, qua mediante omnis etiam paruæ imperfectionis à ſe feſtucas auferat, & in omni, quod in conuerſationibus intuetur, etiam ab ipſis imperfectionibus, profectum eliciat ſpirituale.

4 Religio limam habet in manibus, qua labia, & linguam eiuſdem animæ purgat, quæ aliud non eſt, quàm timor Domini. Nec contenta, vt pura, ac munda ſint verba, adeò ſuaue balſamum præſtat, quod, vt ipſa deguſtet, non loquitur, niſi neceſſitate coacta: hoc verò ſilentium eſt. Tubam poſtea in eiuſdem animæ auribus perſonantem aſſumit; & ità optimè purgantur. Tuba hæc, præcepta, iugiter in auribus veræ Religioſæ reſonantia, repræſentat; & per recordationem in regula, & conſtitutionibus contentam, ducitur in cognitionem, tantum ipſam debere audire, & operari, vt nunquam ad audiendū ne dicam obtrectationes, quas veluti animæ peſtem fugiat, ſed neque verbū otioſū, immoretur; & ita illius aures purgantur. Inſuper, vt manus animæ nullatenus deturpentur, Religio eam rudi veſte induit: hæc verò eſt, vt Religionis opera ſint ſimplicia, abiecta, & humilia; cum enim Religioſa pulchra, & delectabilia operatur, ſimplicitatem, & abiectionem omittens, ſtatim læditur proximus, vel enim in hac delectatur, vel idem facere concupiſcit, vel in eo aliquid inuidiæ pullulabit. Duplicia, ſed aurea, in pedibus habet calcaria; quamuis enim ipſa perābulet, vult, tamen, vt ſeipſam extimulet, quantoque tardius progreditur, eo magis ab illis inſtigatur. Calcaria ſunt præteritorum, & præſentium exempla, aurea ſunt animæ charitate feruentes; quæ in omnibus Religionibus inueniuntur. Illæ verò animæ, quæ prius veſte hac ſeſe non induerunt, oculis ad videnda præterita, & præſentia carent.

4 Cum ad hanc perfectionem perueneris, ualdè mihi placebis, manu te ducā, ibique figes pedem, unde meum attollo. Beatæ animæ illæ, quæ ita ſinūt ſe à Religione tractari; oportet igitur locum in corde noſtro Religioni dare, vt in ipſo ſublimis hæc perfectio valeat reſidere.

CA-

C A P V T XXVII.

Spirituale exercitium ab ipſa compoſitum,& quotidiè executioni mandatum.

1 PRius ter ſigno Crucis ſignata, dices, Benediſta ſit Sancta Trinitas &c. Poſtea tuā examinabis conſcientiam, Verbo ſanguinem offerendo; poſtmodū Sanctiſſimam Trinitatem adorabis, prius Patrem Æternum adorando, ipſum Deū confitendo:teipſam,addandam vitam, & Sanguinem pro tali confeſſione, offerendo. Similiter æternum Verbum, & Spiritum Diuinū adorando, idem facies, quālibet ipſarum trium perſonarum exorando, vt velint in te Diuinam ipſarum voluntatem adimplere. Poſtea humanatum Verbum adorabis,ipſum totum,Deum, & hominem confitendo;teipſam offerens ad dandam vitam, & ſanguinem pro tali confeſſione, & veritate. Poſteà Sanctiſſimæ Trinitatis vnitatem reuerenter adorabis, teipſam ſimiliter offerendo. Poſt hæc maiori puritate,& ſimplicitate affectus poſſibilis tuam profeſſionem renouabis,promittens inſuper,fore tuæ Regulæ, & conſtitutionis obſeruatricem. Poſtea teipſam Sanctiſſimæ Trinitati conſecrabis, tuipſius perfectam oblationem, & holocauſtum exhibendo, omnem tuam cogitationem,intentionem,verba,& interius, exteriuſque opus, Diuinæ puritati exhibendo,ipsā exorans, vt in te perfectè Diuinum ſuum, & amantiſſimum velle,quo te creauit, & ad perfectū Religionis ſtatum te vocauit,adimpleat.

Poſtmodum in te ipſam reflectens, te nihilum eſſe cognoſces, eleuanſque in Deum mentem,de illius infinitis perfectionibus exultabis, qui ſolus eſt inexcrutabilis; quique,nec intelligi, nec capi à creatura aliqua poſſit. Gaudens,eo quod cunctæ creaturæ,quæ ſunt in Cælo, & in terra,& omne, quod eſt,det illi gloriam, laudem,& magnitudinem;exultans de ſua infinitate,quod operantes ipſæ creaturæ totum,quod valent, comparatione illius magnitudinis nihil agunt, quodque ipſe ſit Deus,qui eſt;& cognoſcēdo eſſe ſuum bonum perſeipſum infinite amabile,diligere eum cupias,ea perfectione,qua cuncti Beati amant,amauerunt, & amant, & in æternum cunctæ creaturæ ſimul cum Beatis,amabunt,omnique ea perfectione Diuina,qua ſeipſum amat,amauit, & eſt in æternum amaturus:Diuinæ eius maieſtati gratias agendo,quod ſeipſam amans noſtro debito ſuppleat.

2 Iterū Sanctiſſimā Trinitatē adorās, omnes Diuinas ſuas perfectiones offeres. Inſuper,& perfectiones,gratiæ plenitudinem,& merita humanati Verbi, Mariæ Virginis,& omnium Beatorum,& electorum;cupiens pro ſuo honore, & gloria poſſe pati,& operari totum, quod paſſæ, & operatæ, & in æternum patientur, & operabuntur omnes creaturæ. Apperens omni vitæ tempore,& hac die particulariter,poſſe ipſum exaltare,laudare, magnificare,& honorem deferre, quantum exaltant,laudant,magnificant,& honorāt cunctæ creaturæ,cunctiquè Beati,& quātum ipſe ex ſeipſo amoris actu operatur.

3 Iterum interioris amoris actu, quo poteris, Sanctiſſimam Trinitatem adorans, gratias Maieſtati Diuinæ ages,de bono, quod ipſa poſſedit; gaudens,& in ipſo tibi conplacēs; ac ita gratias referes de gloria humanati Verbi, perſonæ Mariæ,cunctiſque Beatis collata,& à cunctis etiam electis receptura. Simul etiam gratias referes de cunctis beneficijs, gratiis, & communicationibus conceſſis, & in æternum concedendis; Item quod te ad imaginem,& ſimilitudinem creauit; ſanguine vnigeniti ſui redemit: ſponſam;& ſibi dicatam voluit;quotidiè ſeipſum dat; & de omnibus gratijs, & communicationibus iugiter exhibitis, illas in eum lætanter reflectendo; Non quia talibus es locupletata gratijs,& donis,ſed quia talibus beneficijs fortior eris ad eum ſeruiēdum,& honorandum; offerens Verbum humanatum, & eius ſanguinem Patri Æterno in gratiarum actione,pro tot miſericordijs,

4 Hic

Digitized by Google

4 Hic, ſpiritus feruore incaleſces, eritque tibi in votis, ut cum hoc tuo amabiliſſimo Deo vniaris, quẽ agnouiſti, agnoſciſque eſſe tàm magnum, & immenſum, ſciens etiam, viuaque fide credens, Ipſum ſua infinita potentia, & liberalitate poſſe, ac velle cum creatura vniri. Deijcies teipſam, tuam ipſius vilitatem agnoſcendo. Indè ad æternum Patrem te volues, vt tibi ſuum Verbum Diuinum cōcedat exorabis; cum eum tibi dederit, in ipſius corde te clandes, ibi te relaxabis, in vnione illius relaxationis, quam Verbum ipſum in Cruce præſtitit, videlicet, expirauit. Ipſoque Verbo veſtita, voluntatem tuam in manus æterni Patris depones, dicens. *Fiat voluntas tua*. In vnione conformitatis Verbi in hotto. Tandem, vt tibi concedat, firmetque ſuum æternum velle in te, exorabis, teipſam pro filia offerendo. Poſtmodum amorem à Verbo poſtulabis teipſam in ſponſam exibendo, Diuinoq; ſpiritu te in diſciplulam tradens, humilitatem efflagitabis.

5 His peractis, Verbum, & teipſam in Verbo, vna cum ſuis Diuinis perfectionibus, anima, ac humanitate, verbis, & operibus, ſimul cum faſciculo mirrhæ ſuę Paſſionis, pretioſoque ſuo ſāguine, æterno Patri offeres, intendens dictam oblationem in Diuino Templo cordis ipſius Verbi efficere, in vnionē vnius ex oblationibus, quas effecit, nobiſcum verſans in terra: cupieſque hanc offerre hoſtiam ingentiori charitatis affectu, quo oblata, vel offerenda foret ab omnibus creaturis. Quia verò æternus Pater in hac valdè ſibi complacet oblatione, in eadem complacentia tu quieſces; ſimulque cum Verbo Crucem tolles, eum ſequi vſque ad mortem proponendo.

6 Tandem tuo Patri Deo, Sponſo, & Magiſtro ſequentes proteſtationes efficies.

1. Proteſtor altiorem humilitatem eligere.
2. Sanctiſſimæ Trinitatis vnitatem, pro ijs, qui eam non adorant, adorare, & confiteri.
3. Semper paupertatem in omnibus exaltare.
4. Præ omnibus afflictis, ac tribulatis maioribus eſſe pręuentam beneficijs
5. Opera omnia interiora, & exteriora in Chriſti vulneribus ædificare.
6. Eſſe refugium imperfectionum, quæ in Mariæ habitaculo committuntur.
7. A me ipſa, & mundi rebus abeſſe, quantum terra diſtat à Cęlo.
8. In contemptu, & confuſione gaudere quemadmodum Deus in ſeipſo lætatur.
9. De Diuino eſſe, & de ſpiritus paupertate gaudere, patique quodlibet extremum, quam proximum impedire, nè valeat Deum poſſidere.
10. Affligi cum Deo de offenſis contra ſuam Diuinam Maieſtatem patratis.

Hoc cum Deo tuo peracto exercitio, Sanctiſſimam adibis Virginem, eamque cōuenienti adoratione adorabis; rogabis poſteà, ut præſtet, te ſimul cum ea, eſſe Matrem, filiam, & ſpōſam Magni Dei: Matrem mediante conformitate, & vniformitate tuæ voluntatis cum Diuina; filiam pro bono, rectoque amore: ſponſam pro fidelitate, firmitateq; proximorum.

7 Offeres deinde totum habitaculum ſuum, exorās, ut illud eo amore cuſtodiat, quo incarnatum Verbum, ſuamque puritatem, ac virginitatem cuſtodiuit: Et tādem hanc facies proteſtationem. Proteſtor tibi Mater puriſſima, & Mater mea amabiliſſima, me eſſe potius infernum, quàm obſeruantiam, & perfectionem in meipſa, & in toto habitaculo tuo, ideſt in cunctis filiabus tuis præſentibus, & futuris, iugiter non zelare.

8 Vbi libuerit, ter Salutationē Angelicam recitabis: indè Angelo tuo cuſtodi te offeres, illum exorans, ut iugiter te cuſtodiat, cum proteſtatione, internis inſpirationibus, Diuiniſque illuminationibus correſpondendi.

Sanctis tuis deuotis, totique cęleſti Ieruſalem hanc aliam efficies proteſtationem. Honorandi, & reuerendi dies feſtos, ac reliquias veſtras, & ſuper omnia in veris, & ſanctis virtutibus imitandi.

CA-

CAPVT XXVIII.

Humiliationis actus ad Deum, ab ipſa conſcripti.

1 IBis ad Chorum Sanctorum Angelorum, quos deprecaberis, vt ſanguinem humanati Verbi ad thronum offerant Sanctiſſimæ Trinitatis, veram ſpiritus humilitatem efflagitantes. Tu verò anima mea, tantum te humiliabis, ut te pręſuperbia, & ingratitudine, dęmonibus ſimilem reputes.

2 Ad Chorum Archangelorum, & ut ſupra, orabis. Tu verò anima mea, putitatem ſitiens, ab ipſis expoſtulans, ita te humiliabis, ut ad laureolam virginitatis recipiendam, & ad Deum purè ſeruiendum indignam te exiſtimes.

3 Ad Chorum Principatus, deprecãs, ut Verbi humanati ſanguinem æterno Patri offerant; ipſiſque perfectiſſimam obedientiam Diuino velle, cunctiſque creaturis, pro Creatoris amore, ſubiectionem expoſtulantibus. Conaberis ad hanc humilitatem peruenire, ut te indignam agnoſcas, cui aliquando obedientia aliqua imponatur, ac in cętu verè obedien. tium numereris.

4 Ad Chorum Poteſtatum perges, illoſque orans, ut humanati Verbi ſanguinem, ut ſupra, offerant; tu verò anima ſenſualibus tuis captiua appetentijs, gratiam efflagitabis, omnem tuum ſenſualẽ appetitum refrenandi; & iuxtà tuum poſſe ad hanc humiliationem peruenies, ut te indignam repures, in hoc ſancto collegio habitare, tuam laudem cum ſponſarum Ieſu laudibus vnire. Et quid plura? ipſas libenter auſcultare, etiamſi curioſa, ac pudebunda in te verba iactauerint.

5 Ad Chorum Virtutum, rogans, ut ſupra; & tu anima omni virtute priua, ab eis firmitatem, ſubtilitatem, & conſtantiam ad benè operandum poſtulabis; ſicq; te humiliabis, vt omni gratia, cęleſtique dono, vel poſſe in terris proximum tuum charitatis obſequijs adiuuare, & omniũ credentium bonis eſſe participem, te indignam agnoſcas.

6 Chorum Dominantium adibis, rogãdo, ut offerant prout ſupra: & tu anima mea, petens ab illis perfectum in omni tua interna paſſione, & terreno affectu dominium, teipſam deijcies, paupertatem ſpiritus, omnemque aliam virtutem poſſidere, indignam exiſtimando.

7 Ad Thronos recurres, qui amantiſſima humanati Verbi brachia petẽt, ibiq; te offerent: & tu anima tantum te deijcies, ut indignam te repures, ſicuti verè indigna es, iugi vnione cum Sponſo, in Sãctiſſimo Sacramento, qui affectu tãto venit ad ſedendum in medio tui cordis.

8 Ad Chorum Cherubinorum peruenies, ipſiſque in puriſſimis amantiſſimi Verbi humanati oculis te offerent; & tu anima mea tuas proſequeris humiliationes, lucem efflagitans ab eis, ut in te Diuinum velle, gratias quolibet momento receptas, & quàm male erga eaſdem te geras, intuearis; reputans teipſam omni lumine, cęleſtique inſpiratione, ac a Diuina miſericordia conſeruari, indignam; digniſſimam vero, utpote luci Diuinæ minus gratam, à Deo in tuis tenebris, & erroribus derelinqui.

9 Ad Chorum Seraphinorũ accedes, qui te dulciſſimo, pientiſſimo, & amabiliſsimo humanati Verbi cordi te offerẽt; & tu anima ab eis Diuini amoris puritatem petens, ſimulque in iiſdem charitatis flammis, in quo ipſi in æternum exardeſcunt, ardere, tuum proſequeris exercitium. Conaberis ad hanc humilitatem peruenire, ut indignã teipſam agnoſcas, quam Deus conſeruauerit, tuleritque nè infernalibus deiecerit flammis, ob tuam frigiditatem, tuique cordis glaciem inter tot Diuinæ charitatis incendia: & in centro tuæ vilitatis, & deiectionis redacta, te ſolam, ob tuam ingratitudinem inter omnes creaturas, Diuina prouidentia, & amore, indignam recognoſces; teque ipſam, veluti quid immundũ, & ſupra quàm dici poteſt abominabile, abhorrens, gratiam medijs illis puriſsimis amantibus ſpiritibus, expoſtulabis, ut cum Iſaia purgeris, ac munderis: & quid aliud? ut tribulationũ flãmis in terra purgeris, ut ab anima tua omnis defectuum rubigo tollatur, nec amplius puriſsimo illo amore totaliter ſis indigna.

CA-

CAPVT XXIX.

Amoris affectus ergà Deum ab eadem exercentur, & adnotantur.

1. Delectari, gaudere, ſibique Diuinis attributis complacere, ideſt de potentia, ſapientia, bonitate, amoreque infinito, quo Deus ſeipſum, cũctaſque diligit creaturas.
2. Velle Deo totum bonum, gloriam, & honorem, quod habet, habebitque in æternum.
3. Gaudere de reciprochis communicationibus inter tres Diuinas perſonas exiſtentibus.
4. Gaudere, quod Deus adeò magnus, & infinitus ſit, ut nequeat à creaturis intelligi.
5. Gaudebis de amore illo infinito, quo Deus ſeipſum diligit, dilectus eſt, & in æternum diligetur. Sibique complacere, quod creaturæ omnes, beatiq; ſpiritus non ſufficiant pro illius dignitate diligere. Gratias Diuinæ Maieſtati agendo, quòd ſeipſam diligat infinitè.
6. Gaudere de omnibus theſauris, gratijſque infinitis humanitati Verbi ab æterno Patre communicatis, veluti de gratia perpetrandi miracula, & ad ſe creaturarum corda trahendi.
7. Gaudere, quod nos creaturas æternus Pater humanato Verbo pro hæreditate ſuſcipit, & de complacentia, quam habet de Iuſtorum animabus.
8. Gaudere de Verbi humanati amore erga Virginitatem.
9. Deum ipſum offerre Deo in gratiarum actione totius gloriæ, honoris, & poſſeſſæ beatitudinis, necnõ omnium donorum, & gratiarum cunctis creaturis communicatarum.
10. Dicere Domino: ſi nunc poſſem totam gloriam, honorem, & laudem tibi præſtare, quam ſimul ad præſens omnes beati ſpiritus, omneſque Iuſti in terra exhibent, libenter efficerem; ſed quia nõ valeo, animum accepta, quem erga veſtram Diuinã Maieſtatẽ habeo.
11. Seipſam offerre Deo, totamq; illam perfectionem velle, de qua ſibi complacet, & habeatur prout vult.
12. Voluntatem inclinare ad amandam creaturam, ſolum quia Deus illam diligit, & de eodem amore, ac communicata perfectione gaudere.
13. Poſito autem per impoſſibile, quod Deus vellet creaturæ concedere, ut nos offendat, & diſplicceat, attamen deſiderare, ut ipſa omnem perfectionem, & gloriam Seraphinorum, quamuis in noſtram offenſionem impenderet, conſequatur; in hoc Deo concordes, nihil aliud velle, quàm quod ipſe Deus vult.

Digitized by Google

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS, ORDINIS CARMELITARVM

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Plura de anima, & Eccleſia intelligit, & eloquitur.

1 QVis abſque ſcandalo, & amoris tui impedimento cum creaturis verſabitur? Manſueti, pacifici, & patientes. O bonum. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Et animas proximorum veſtrorum: ità, ſi poſt modũ ſcandalizantur, ſufficit, quod ſcandalum non detur. Manſuetudo in verbis eſſe debet; Ità tamen, vt non ſit ſtultitia, nec inſipientia. In corde pax. Veh enim inquieto cordi, quia ſe minimè poſſidebit, ò Verbum: Patientia in tolerandis, & operiendis defectibus, non tibi, non, ſed nobis: tibi quidem manifeſtandi, anxio, vt emendentur, deſiderio: tecumque de offenſis à tuis creaturis perpetratis condolere, ſimulque curare, vt eædem creaturæ à propriis eorum defectibus eripiantur. Luc. 21.

2 Quis tua dona cuſtodiet, conſeruabit? Qui in iuſtitia permanẽt, & charitate. Iuſtitia, quod alter auferre vellet, retinebit; charitate, ſibi ipſi magis eos aſtringet. Igitur in tentationibus, & probationibus tuis pro tua gloria, animarum beneficio, & Sponſæ tuæ Eccleſiæ augmento mihi conuenit gloriari. Ità, Verbum; Sic enim vis, vt membrum inutile toti corpori ſit vtile, fiat voluntas tua; Et quomodò erit hoc? Sponſa namque anima à ſacratiſſimo ore tuo concepta, & nutrita eſt. Sponſa verò Eccleſia à tuo Sacratiſſimo latere, & in eo omnium membrorum Sanctorum recipit expreſſiuum tui amantiſſimi cordis, vt ità dicam, calidius inſtillatum, & vi ardentiſſimi ignis accẽſiſſimæ charitatis inſtillans. Hic ergò videtur, ò Verbum, quod ſponſa Eccleſia ibi ſit, vbi quod copioſius eſt influxus, & ſtillamenti membrorum, deſcendit, fucinæ vicinius, qua totum diſtillat, quod eſt cor tuum, lateris plaga apertum; & in latere manet Eccleſia, ſponſa anima in ore, vbi tàm magnum non videtur inſtillatũ: Sed non eſt ita; Cum enim hæc altiori, ac ſublimiori ſit loco, capitis vicino, aio, quòd magnum illum influxum, & ſtillamentum donorum tuæ Diuinitatis, modo quodam peculiari, ac magis intrinſeco recipit, quod alij non percipiunt. Quamuis è tuo latere omnem gratiam Eccleſiæ tuæ communicaueris; aliquam nihilominus gratiam, nec omnibus communem, nec notam, alicui electæ tuæ conſeruaſti, ac ità inſtillamentum hoc particulare erit, ac quoad peculiares fauores, commune maius, quod pluribus Eccleſiæ tuæ præſtitiſti, cùm per hos, illud recipiat Eccleſia, modo capaciori, vt intelligatur ab omnibus, & hoc ita, vt aliqui pro ſua culpa, & errore ſcandalum patiantur.

3 Ego verò quid faciam? Tuum erit hoc opus, non meum; meum erit pati, & in eorum defectum cedet ſcandalum, quod ex operatione tua ſuſceperint; in hoc tamen ſcandalo, tu totius boni Author, remedium porrige, & vt æqualia ſint alterutrius inſtillamenta effice. Æqualia, aio, nam ſi ſponſæ Eccleſiæ omnium mẽ-

Digitized by Google

brorum inſtillamentum præſtatur, multorum attamen membrorum calor ablatus eſt, cum non omnes ad amoris fucinam per charitatem accenſam, & conſtantem patientiam, quæ eſt in corde tuo, approximentur. Sed anima Sponſa totum per ſe guſtat, cùm in nullo, diſtillamentum, quod in ſe recipiet, diuiſum ſit. Nunc ad animæ Sponſam in ore conceptam, nutritam, ac genitam, oris affectus producere attinebit; & quemadmodum in ore ſunt dentes, & labia, hæc ad te laudandum, illi ad totum corpus ſuſtentandum: Labijs, dulce, ac ſuauiſſimum lac ſugitur, & attrahitur, dentibus verò panis omneſque alij cibi ſolidi comeduntur, ità ſimiliter pauperi, glorioſæque tuæ animæ efficies; oportebit namque ſolidos deorſum immittere bolos: omnes enim inferni dæmones aduerſum me inſurgent; Sed quomodo aduerſabuntur, ſi tecum vnita, & in te remiſſa ero, ò Verbum?

4 Euenire etiam poterit, vt aliqua inſurgeret creatura, & ita ageret, vt oporteret ſolidum aliquem bolum molle, dulce, & amarum ſimul deorſum immittere. Labia inſuper ad bibendum, quod eſt pariter corporis nutrimentum, inſeruiũt: Et ego vinum dulciſſimum bibere debeo, quod eſt pura, ſincera, & nuda laus tua, quæ ad tui honorem profertur, & ad proximi ſalutem confertur, & hoc eſt Sponſæ animæ nutrimentum. Totum hoc, Sponſa anima in tentationibus, & probationibus, pro tuis faciet creaturis, dum ad illas ſuperandas tantam non haberent virtutem, quantã ſponſæ tuæ elargitus es. Mihi confuſio, tibi gloria, qui in viliori, & deiectiori huius mundi creatura, qualis ego ſum, magnitudinem, & immenſitatem theſaurorum tuæ liberalitatis, & miſericordiæ vis oſtendere.

CAPVT II.

Iterum ab æterno Patre vocata, & edocta reſpondet.

Pater. 1 Veni ò Sponſa Vnigeniti mei nũc ad intelligendam cauſam, quæ me impellit, vt ſtarem promiſſioni, quam Vnigenitus meus ſuis fecerat Apoſtolis de mittendo ſpiritu Sancto: O filia, & Sponſa Verbi mei, vt oſtendam quantum mihi complacui in eo, quod meis documentis à Verbo meo pro tua probatione edoceri, & inſtrui voluiſti, etiam ego pro maiori tua delectatione, illa replicare volo, prius quam in eo, ad quod te vocaui, ingrediaris.

Anima O magnus Deus: ò purus Deus, ò æternum Verbum, ò concupita, & iterum probata probatio.

Pater 2 Iterum dico, quod gratiam meam à Diuinitate, & vnitate eſſentiæ meæ procedentem, congregabo; & ſicuti cordi omnia membra, vt vigorem aſſumant, cõgeruntur; ità gratiæ meæ vigor diffuſius in te concurret, & copioſius, licet abſque ſenſu, abundabit.

Anima O æterne Pater: ità contentus eris, ità fiat; ſed à ſuo latere, vt poſſit Sponſa tua dicere, Mortuus erit ſenſus? Sed quid ſentire poterit mortuus ſenſus? Et ſi mortua eſſe debeo, non ſentiam, & iam mortua, tua adimplebitur voluntas; ita fiat, quid tibi placet, de me fiat.

Pater 3 Scis filia quomodo volo, vt facias tu, debeant facere ij, à quibus gratiæ perceptionem ſubtraho? Sicut ſponſa, quæ primogenitum ſuum cum timore, dolore, ac pæna parturit: Prius in te debet eſſe timor, veluti infimus, & vltimus, ſed filialis; Poſtmodum dolor de offenſa; gaudium vero, quod de pæna reſurgere uides, fac vt ſit vnigenitum, ideſt ad ſolum meũ honorem, & creaturæ ad me redditæ vtilitatem. Opus hoc, ad me reducendi creaturas, mihi gratius eſt, quam ſi omnia, quæ ego in mundo feci, tu feciſſes, quam ſi Cælum, & terram, & quantum Cælum, & terra complectitur, recreaſſes. Tibi etiã dico, quod ſi anima abſque mea offenſa infernum ſibi acquireret, quod eſſe minimè poteſt, vt ad me creaturam adducat, deberet gloriari, ſi hoc pura gloria, & puro amore mei perpetraſſet.

Anima 4 O Deus pure, commemorauit, memorans Verbum, tibi Eterno Patri, promiſſionem Apoſtolis factam, ſua mediãte paſſione, ſuas quinque plagas oſtendendo: Cum verò illa lateris, cordi, amoris tui nido, vicina ſit, tibique propinquior,

magis

magis te impulit ad mittendum Spiritum Sanctum, Tum quia eſt contra ſinum tuũ, tum etiam quia in latere, cum ſit cor ſuũ Diuinum, inſpicis in eo ardens mundi ſa-
Mat. 6. lutis deſiderium; Quod ſi veritas infallibilis inquit, *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*, cum creatura ſit Verbi theſaurus, in ea erat etiam cor ſuum; & conſequenter theſaurus tuus, Pater, quinam erat, niſi Verbum?

CAPVT III.

Diuinum Verbum horto comparatur.

H*Ortus concluſus*. O quod amoris miſteriũ? rectè hortus concluſus erat tuum Verbum Diuinũ, in ipſo enim continebantur, continentur, & continebuntur virtutes omnes à te Patre procedentes. Et ſicuti in horto multi flores concluduntur, ita in illo virtutes omnes concludebantur, imò omnia ardentia ſalutis noſtræ deſideria, virtutumque, ſuorum membrorum tibi capiti vnitorum, ò vniuerſi Pater. Cur autem, ò Verbum, pluuiam deſideras Spiritus Sancti, niſi vt in membris tuis germinent, & foris exeant virtutum flores, qui à ſecreto tui cordis horto, poſtea tranſibunt (tranſplantabuntur, dicam, nec ne? iugiter enim in te permanebunt), in alium, qui erit patria Paradiſi. O qui flores, quamque olidi. *Chriſti bonus odor ſumus*. O qui hortus ſecretus, quia multis incognitus, hortus concluſus. Erat inſuper, & eſt, & erit Verbũ digna illa habitatio, quæ in ſe cunctos diuinarum gratiarum cuſtodiebat, cuſtodit, cuſtodietque theſauros. O qui poſſet in ea ingredi, & furari? haud, haud: liberaliſſimus enim eſt, magiſque optat dare, quam nos recipere, & quilibet pro ſuo velle deſumere. Ah, nec profero, quod ad eius delicias proferre vellem. Qui largiſſimè
1. Teſſal. 5. vellet dare. O cur? *Hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra*. O ſi ita nos vellemus accipere, quantum ipſe in corde noſtro
Apoc. 3. vellet effundere? *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*, Ad nos excitandum, vt eum quæramus, ſimulque cum eo ità dignam habitationem ingrediamur. *Quam dilecta tabernacula tua?* Quam dilecta cauerna ſponſi mei? Pſal. 83.

CAPVT IV.

Spiritum Sanctum in throno ſublimi contemplatur, & de illius operationibus plura eloquitur.

Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui: In Matris Genitricis ſuæ *Exaltabuntur cornua iuſti, & cornua peccatorum confringam*. Luc. 1.

1 VIdi hoſpitem in ſublimi throno ſtantem: Thronus autem nubiũ artificioſe, apteque compoſitarum vniformitate conſtabat: aliquibus circundatus ſplendoribus, ſuauique aura commotus. In quo throno nobiliſſimus hic, & digniſſimus reſidet hoſpes, qui eſt Spiritus Sanctus; & pondere, & leuitate ſuæ bonitatis, & charitatis ergà nos, raptim in omnibus locis aptis, & præparatis ad eum recipiendum, mouetur. Quis enarrare valet, quid, vbi per gratiam recipitur, operetur, & agat? Loquitur, & nihilominus tacet, & in ſummo ſuo ſilentio auditur ab omnibus. Immobilis eſt, & ſimul mobiliſſimus, & in ſua mobili immobilitate omnibus infunditur. Semper quietus, & ſemper operans; & in ſua quiete, magna, & mirabilia operatur. Firmæ ſuæ ſtabilitatis paſſibus, ſemper ſiſtit, ſemperque ingiro progreditur, & vbicumque pedem figit, firmat, conſeruat, & omnia deſtruit. Immenſo ſuo, & penetrãti ſcire, audireque, audit, & penetrat omnia, & nihilominus nihil audit, non audiens penetrat, & omne minimum internè in cordibus prolatum auſcultat. Caput ſuum pia eleuatione inclinat, & deicit, & in deijciendo, humiliatos attollit, qui in ſumma ſublimitate deiectiores euadunt.

2 Hic hoſpes tàm nobilis, & ingenuus, nunquam in anima quieſcendo, quieſcit; ſemper mouetur, quamuis iugiter ſtabiliſſimus. Nec in Patre, nec in Verbo, nec in beatis ſpiritibus, nec in creaturis ſe-

ſiſtit, quin alijs per gratiam ſe communicet: nec tantum ſe creaturę communicat, ut plus non vellet, eſſetque promptus, ſi diſpoſitionem ad ſe communicandum requiſitam in illa creatura inueniret. Non ſiſtis, ò ſancte ſpiritus, in immobili Patre; cum enim ſis in potentia, & ſapientia illi æqualis, imò idem cum illo, ſi ſolum in ipſo conſiſteres, creaturis, tui indigentibus, teipſum communicare non poſſes. Non in incarnato Verbo conſiſtis: ſi enim in illo, non in creaturis conſiſtere poſſes; cum puritatis ità immenſæ, veritatis ita æternæ, & vnitatis ita perfecte idem Verbum cognoſcas, & creaturas rationales, adeoq; Verbo diſſimiles videns, nequaquam in impuritate adeo vili, in falſitate adeo fragili, & in duplicitate adeò ficta, qualis eſt in creatura rationali poſt peccatum, conſiſtere poſſes: es tamen ſemper in Patre, in Verbo, in teipſo, in omnibus ſpiritibus Beatis, & creaturis: Es creaturæ neceſſarius propter sãguinem ab vnigenito Verbo effuſum, quod amoris affectu, factum eſt ſuæ creaturæ neceſſariũ: Et quamuis omnimodè fuiſſet, ſicut eſt, excelſum, immenſum, & inexcrutabile, potuiſſetque abſque ſanguinis effuſione creaturam ſaluare, nihilominus amoris affectu, poſitoque præcepto, quod acceptauit à Patre, vt ſanguinem pro creatura effunderet, neceſſarium ei fuit ſanguinem effundere, & ſanguis neceſſarius fuit ad ſuæ creaturæ ſalutem.

3 Conſiſtit tamen hic hoſpes in Beatis ſpiritibus, ita ut alijs non ſpargatur? haud certè: cum ſit ille tàm immenſæ agilitatis, vniformis puritatis, & amoris intrinſeci, ut ſi in eis quieſceret, in creatura tàm oppoſita non requieſceret: vbi ergo conſiſtit? vbicumque non expellitur, ibi ſiſtit; omnibus, exceptis peccatoribus, qui à luto illo egredi nolunt, ſe communicat; nec poteſt, veluti *Arcæ colũba*, in illis conſiſtere cordibus: regreditur, quia *Non inuenit vbi requieſcat pes eius*. Nec peſtilentem rei putridæ, quale eſt cor peccatoris, oſtinatè in peccato perſeuerantis, fætorem ferre poteſt. Spiritus hic naturaliter in communicatione, & vnione Verbi conſiſtit. Siſtis in Angelis, ò hoſpes, non natura, ſed communicatione, gratia,

Gen. 8.

& vnione. Quieſcis in creaturis, non iam in fædis, & deformibus, benè tamen in aptis ad recipiendam ſimilitudinem tuã per communicationem tuorum donorũ, & per puritatem, & in ijs, quæ in ſe recipiunt effectum ſanguinis Verbi: in ijs talibus quieſcis, quæ ſunt tibi habitationes idoneæ, non autem in creatura, vt creatura ad peccandum propenſa; ſed in ea per communicationem, coperationem, ſapientiam, potentiam, liberalitatem, benignitatem, charitatem, amorem, puritatem, & tãdem per tuam bonitatem, quieſcis: & has infundẽdo gratias in tua creatura, ad te recipiendum, eam reddis idoneam.

4 Thronus verò iſte totum vniuerſum circundat, Cęlum implens, & terram circumiens, quemadmodum ſol, qui in Cęlo reſidet, & radios in terra diffundit. Itaque Diuinus hic Spiritus in Cęlo eſt, & in terra; eſt in Cęlo, in ſeipſo, & in omnibus ſpiritibus Beatis, & in terra, in omnibus creaturis. Si ſedentis in throno principium inſpicies, prius videbis finem ſine fine æternitatis, qui eſt ipſum principiũ: ſi æternitatem ſui principij abſque prinpio inſpicere vis, finem videbis. Quieſcit autem hic Diuinus ſpiritus in gente numeri numerati, & indiuiſi, quas oportet veluti Apoſtolos, in vnione, & oratione, & in timore interiori, imperfecto ſiquiquidem, ſed bono, permanere. Numerus duodecim Apoſtolorũ, numerus eſt perfectus, & alij etiam numerati, & hos fuiſſe ſolos ad recipiẽdum Spiritum Sanctũ, non credam. O quot, quot ſine numero numerati fuere, qui Spiritus Sancti dona cum Apoſtolis receperunt die illa, qua ipſis, totique Eccleſiæ ſe infundit, diffuditque. Cunctæ animæ iuſtæ, Deoque caræ die illa maximam gratiarum, donorumque ab hoc ſpiritu communicatorũ augmentum receperunt. Diffuſa quædam pluuia fuit in tota Eccleſia, ideſt in omnibus iuſtis, & ſanctis animabus in mundo exiſtentibus; participauit autem quilibet ſecũdum ſuam diſpoſitionem. Erant hi numerati, erantque poſtea quàm Apoſtoli hunc ſpiritum recepere, abſque numero certo, & millies numerati. Hoc in anima quæris, in cõgregetione, & in tota

Eccle-

Eccleſia; vt ſit videlicet numerus numeratus, quemadmodum in illis erat, qui eo die ipſum receperunt. Anima eſt numerus numeratus virtutum: in congregatione ſapiens ſapientia; In Eccleſia numerus numeratus gentium. Numerum in Eccleſia tua quæris duodenarium? ſunt Religioſi, eorum veracia capita, Chriſti tui, ſunt charitate affecti Prędicatores, miſti Religioſi, mortificati Eremitæ, contẽplatiui Anachoreti; miſericordes actiui; robuſti fidei bellatores; prudentes Principes, obedientes ſubditi; recti Iudices, & patientes pupilli.

5 Quæris in anima perfectum hunc duodenarium numerum, volens, vt ſint in ipſa duodecim diſpoſitiones, vel virtutes, vt in ea exequi tuam poſſis operationem? Intrinſeca humilitas, remiſſa volũtas, inſana memoria, mortuus intellectus, affectus fatuus, voluntas amans, intrinſeca manſuetudo, patientia perſeuerans, mens ſincera, fortis iuſtitia, amor tuus, & proximi, qui ſunt legis complementum. Hunc numerum numeratum inde in omni cõgregatione requiris? primo Tria vota à multis promiſſa, à paucis obſeruata, doctrina recta, ſimplex, & ignotum viuere, radicata diſcretio, recta iuſtitia, vnio præ ſua magnitudine inenarrabilis, iugis laus, vigilantia fortis, ſapientia inſignita, ſolitudo ſecura, ſilentium ſanctum, ſtabilis, firma, ſincera, verax, recta, & ſancta regula: & ab omnibus his, ideſt ab anima, ab Eccleſia, & Congregatione non ſolum perfectum hunc numerum requiris, verum etiam ut in ſancta charitate, & oratione ſint vniti: & de his omnibus experientia conſtat.

CAPVT V.

De eodem Sancto Spiritu, cum Verbo ratiocinatur, & de proprio Amore, ipſum Spiritum Sanctum impediente.

1 QVieſcit, ò verbum, in omni creatura, & in omni anima hoſpes hic? quieſcit, etiam, in terra, & in Cęlo. Quieſcit in creaturis, ſed per ſimilitudinẽ. Quieſcit in Pellicano, in Ceruo attollitur, in Aquila figitur, in oue ſimplici parturit, in pura delectatur columba; cum mæſta Turture lamentatur; in forti roboratur Elefãte. Poteſt in omnibus, aio, creaturis infundi? poteſt; ſi omnis creatura has proprietates haberet. Scias autẽ ſponſa, & columba mea, vbi meus Diuinus ſpiritus quieſcit, ſuaque dona infundit, & gratias? vbi diſpoſitiones reperit diſpoſitam renouat animam, & ad mei intelligentiam ducit. Eam penetrare non valent, niſi qui habẽt idem intelligentiæ donum. Scis autem, ſcis, conſubſtantialis, & æterni Patris filia, quod me, ſpirituque meo priuat? peruerſus Amor proprius, fons omnium peccatorum, & origo, quem tanto odio habui. Veni igitur parumper, & oſtendam tibi quomodo mundus totus in ipſo proprio amore ſubmergitur, & videbis, quod alius intellectu, memoria alius, alius voluntate, alius tota animæ eſſentia ab ipſo peruerſo, & à me reprobato amore abſumitur. Quod autem magis mihi diſplicet, eſt quia, etiã habitat in meis Vnctis, & ſponſis; in quibus vbi non valet extrinſecum ingredi, quærit intrinſecum penetrare. *Verbum.*

Veh autem, & per millies veh, animæ cum proprio amore ſecurè viuẽti, eò vel maximè, cùm in intrinſecum reſidet, & ipſa non aduertit, vbi maius, quàm in extrinſeco, affert detrimentum. Scis quàm differt intrinſecum ab extrinſeco? quantum res propter creaturam producta, ac creatura propter me creata.

2 Ah, ah: quod ſi talis viſionis cõmunicatio, ſicuti eſt, penetraretur, infernum, vt ita dicã, deguſtarem. O, ò, iam video, ò verbũ, creaturas hoc abominabili proprio amore fœdatas. Si Chriſtos tuos tãquam principaliores petam, in eis abominabilem hunc amorem proprium, Peius in intrinſeco, quàm in extrinſeco radicatum aſpicio; quem vt nutriant, plures eorum medijs humanis, imò dęmonis, non tua benificia, non, ſed terrena perquirũt. *Anima.*

Agit hic proprius amor in anima, veluti vermiculus, qui acuta ſua, iugique corroſione, ita radices plantæ conſumit, ut non ſolum fructibus, ſed etiã vita priuet, illãm exiccando; ita ille in animæ radicibus

dicibus operatur, priuans eam gratia tua, & te,qui es vita ipſius. Ab omnibus creaturis video magis complecti, quàm nutrix præſtet paruulo, dum à pectore pendet.

3 Quis autem tàm fortis, vt valeat à creatvris hunc fætorem, & ab animabus tuis hanc abominabilem fæditatem auferre? Spiritus iſte,ſuo condeſcenſu,hoc peraget. Et quid voluerit agere? Purificabit in primis creaturarum corda, ita vt purificatæ, in ipſis poſtea,Verbum attollent,quod proprio amore deiecerant,velle dæmonis Verbo oppoſiti,facientes; ac ità eodem amoris vocabulo,& ſpernitur, & exaltatur. Variæ ſunt viæ,ac modi,quibus, ò Verbum, à tuis electis ſublimatus, & exaltatus fuiſti, quibus etiam ſublimaſti eos,& exaltaſti: O Deus bone, ò bone Deus amoris, nomen hoc, non meretur proprius amor,quod peruerſum eſt odiū; ſed à cordibus illum Spiritus tuus expellet. Non valens autem animam in quo eſt,ingredi,quomodo auferet? oportet,vt ſanguis ſupplicet, abſcondat, diſponatque animam,vt Spiritus Sanctus, ità proprium expellat amorem, ut amplius non reuertatur.

CAPVT VI.

Reciprocam Spiritus Sancti, ac Verbi exaltationem proloquitur.

3. Reg. 2. 1 S*Vblimauit cornu Chriſti ſui*. Sublimaſti,ò æternum,vnigenitum, incarnatum,& humanatum Verbum, Spiritum Sanctum tuum, qui tua fuit fortitudo,& Eccleſiæ tuæ,cuius tu caput,illa verò corpus,Hoc eſt cornu, quod tu communicans, & tuo ſanguine imprimens

Ioan. 16. exaltaſti.*Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos:ſi enim abiero, mittam illum ad vos, & cum venit, arguet mundum de peccato,de iuſtitia, & de iudicio*. Tu eum miſiſti,ò Verbum,meritò tui Sanguinis. Et mundo communicatus, fuit poſteà agnitus,& exaltatus à mundo: Quamuis aliqui prius, ſed non ita perfectè, ſicuti poſtea,cognouiſſent. Et quos nā effectus fecit in mundo reformando,ac dando nouum eſſe mundo?Sublimauit cornu Chriſti ſui. Idem poſtea Spiritus exaltauit ſe, tu eum ſublimaſti, ipſe verò te exaltauit; Sed quomodo?in tuis electis ſe infundēs: Spiritus enim ſeſe in illis infundens, Verbi operationes,vt in illis fiant, operatur. Itaque tantum exaltaris in illis, quantum ex te exaltari potes,Sed in illis;cum ſis in illis alterum te,eiuſdem Spiritus mediante infuſione,per vnionem,& participationem;poſtea verò per communicationem tuorum vnctorum, in quot infunditur idē Spiritus exaltaris: cunctos enim reddis vnctos,Deos,& verba in te. *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Non amplius vnus Deus, ſed per participationem, communicationem,& vnionem,mille, & mille Dij, Pſal. 81.

CAPVT VII.

Sub figura fontis, & aquæ,de Spiritus Sancti gratia fatur.

1 O*Mnes ſitientes me, venite ad me*. Iſaia 55. Qui fons eſt iſte,ò Verbum?anima? etiam. Et quæ nam eſt aqua hæc? gratia? ità.Ab anima igitur egredietur gratia? at non eſt gratia donum ſupernaturale?Certè ita:Quomodo ergo egredi poterit ab illa,res maior illa? Non poteſt eſſe talis perfectionis creatura, vt ſit illi connaturalis, niſi Deus ſit, quemadmodum tua humanitas, ò Verbum, perſonaliter vnita. Solue pro tua bonitate nodum hunc; Et audio te reſpondentem, quod egredietur ab illa, non tamquam res ab illa producta, ſed quæ naturaliter illi conueniat.Conuenit autem,quia anima,dono tuo,facta eſt tui capax, tuoque fauore,ò Verbum,ita exaltatur, ad finem ſupernaturalem ordinata. Neque enim Angelis connaturalis eſt gratia, nec tamquam connaturalis eſt debita. Quapropter ſicut finis vltimus, ad quem ipſa tua bonitate aſpirat, ſupernaturalis eſt, ità debebat eſſe medium ad talem finem cōducens,quod eſt gratia.Poſito autem hoc fine, poſſum quodammodo dicere, eſſe illi connaturale,ac ita poteſt eſſe fons, &

milla

illam, meritis, inſeipſam augmentans, & orationibus, pro alijs impetrãs, & in alijs uerbis, & exemplis cooperans Deo. O aqua pretioſa; ò quis fieret illius fons per charitatem, ò quis poſſet eam communicare, & per totum mundum effundere, & fons, & amplum, rapidumque flumen euaderet, vt nos ſecum inuolueret, traheretque ſecum ad mare, omnes mundi animas in vitam æternam; *Fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam*.

2 Et quis huic flumini ponit aggerẽ? Quis curſum illius impedit! Scimus quidem quantæ ſit violentiæ flumen, quantumque difficile, curſum illius uel auertere, vel retinere. Maledictus amor proprius, & hoc velle noſtrum Diuino velle oppoſitum, hoc retinet curſum, & tuæ gratiæ impetum; & video maledictũ hoc noſtrum velle, & amorem pugnare, & vim omnipotentiæ tuæ æquiparare, ò Verbũ. Hoc velle noſtrum, & proprius amor, malo ſuo, omnipotens eſt: Poteſt enim ſuis aggeribus hoc (omni mari, nec dicam alio flumine rapidius, ac violentius) Diuinæ gratiæ tuæ flumen retinere, nè diffundatur, nec redundet in animam. Non eſt tuæ omnipotentiæ mirum, quòd parua, & minuta littoris arena vndarum impetum, ac ferociam retineat, cum mare validius intumeſcit? Quis vndas illas refrænat, ac profligatas retrogredi facit? arenarum retentio, aut vis manus tuæ omnipotentis
Pſ. 102. ita ordinantis? *Terminum poſuiſti, quem non traſgredientur. Huc vſque venies, & confringes tumentes fluctus tuos*. Minuta puluis, & arena, maris violentiæ reſiſtere poteſt, quia ſic iuſſiſti, ò Domine; & res ita debilis, leuis, ac parua, ſicuti eſt proprium velle, amorque proprius, vim ad reſiſtendum gratiæ tuæ habebit, & ad impediendum curſum adeo rapidum; vt procul omni difficultate, ſi in nobis nõ eſſet obex, poſſit totum genus humanum ſecum in
Ioan.4. Cælum trahere? *Salientis in vitam æternam*? Valet proculdubio, & quotidie experimur. Nec parua nobis noſtri proprij amoris, & proprij velle deordinatio videatur, ſi parua ſicut arena exiſtimatur. Veh mihi, quia malo noſtro ingens eſt. Non montes, aut rupes, ut mari opponãtur, requiruntur; arena, ad maris vndas ſufficit reprimendas. Non enormium peccatorum montes neceſſarij, ſat eſt arena illorum defectuum, qui paruuli videntur, & non ſunt (cum Deo opponantur) ad huius rapidi fluminis, oceani, & gratiæ curſum retinendum.

3 O quot, ò quot Verbi Sponſæ, quæ initio conuerſionis earum cordis, ad Deũ in vita Spirituali euolabant, huius amoris proprij culpa, vel regredi, vel firmi in miſerrimo ſtatu viſæ ſunt. Quis eas retinuit? & quis retinet adhuc? proprius ille amor, paruulus uiſu, potentia maximus. Quapropter, iterum dico, *Vigilate*. Magna ſiquidem cura, oportet illum prius cognoſcere, & poſtea euellere, & eradicare, nè omninò hæreat, agatque radices: veh, enim, mihi, quot damna.

CAPVT VIII.

Verbum Diuinum velut alterum fontem contemplatur, & laudat.

1 AT, fontem alterum, aliamque inſpicio aquam, ſi non ab altiori, vt ita dicam, loco, à ſecretiori ſaltem, ſi ſecretior, vel altior locus Diuino ſinu eſſe poteſt, à quo gratia prouenir, *Deſcendens à Patre luminum*. Aquam, inquam ab ipſa Diuina eſſentia venienrem. Nam ab inſtillamento tantarum aſpirationum tuorum meritorum, ò Verbum, cum amoris intimis Patris, & filij (qui cordiali affectu vos ipſos diligitis) vnitarum, & ab iſtis inſpirationibus veluti nubeculis amabilibus circa eſſentiam ideæ Paternæ (quæ tu es, ò Verbum, illius imago eſſentialis, vtpotè, quod per viam cognitionis, & intellectionis generaris à Patre) à tua liberalitate remiſſis, & ab amore poſtmodum aſſumptis, ſuauem tui beneplaciti aurulam mouentibus, illamque agitantibus, amænam illam, & dulcem aquam Spiritus Sancti, qui ſuis donis in animabus infunditur, diſtillare facis. Haud oportet eſſe montem, ſed planitiem, ad pedem montis deorſum permanere, vbi ſuaue illud aquæ diſtillamentum deſcendit. O pure Deus, ò æternum Verbum, uelles in

nobis

nobis aquæ viuæ, non mortuæ Fontem efficere; non enim tibi mortua placent, cum ſis viuentium Dominus, omneque tibi viuens, ſolummodò viuat.

2 Si marinas creaturas, eſſe & ſentire habentes, adeo, illas video nutrimentum ab aquis ipſius maris aſſumere, ſeruireq; poſtmodum creaturis rationalibus, non ſolum pro nutrimento, ſed etiam ad ornatum. Habitantia namq; in mari animalia, concipiunt, parturiuntq; lapides pretioſos, quibus homines ornantur. Hoc totum requiris, & efficere vis in anima: effeciſti enim in ea hoc mare aquarum, vbi piſces ſunt purarum cogitationum, qui plurimos producunt pretioſos virtutum lapides, vt non ſe, ſed Verbum ornent. *His omnibus velut ornamenta veſtieris, Soli Deo honor, & gloria.*

3 Si creaturas eſſe habentes à Deo, video ab ipſis aquis vigorem accipere; inſpicio enim arbores aquis viciniores, altiores eſſe, ſaniores, fecundiores, ſuauiores in vmbra, cum ſint benè radicatæ, & in folijs copioſæ: ita in nobis operare: cùm enim animarum noſtrarum potentiæ plantatæ, & radicatæ fuerint in prædicto mari, quod in nobis feciſti, huius ſpiritus influxu mediante, ab illo virtutē, & vigorem accipiunt, fructus abundandanter producentes; & ita amoris affectu ſe extendunt, ut amænam ſibi faciant vmbram, ò Verbum, ſub qua quieſcas, comedens illarum fructus; vbi etiam animā tuam ſponſam, ad quieſcendum ſub vmbra tua, & ad guſtandos tuos dulciſſimos fructus, inuitas, ita ut dicere poſſit. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, &*
Cant. 2. *fructus eius dulcis gutturi meo.*

4 Itaq; tu Verbum facis animæ vmbrā recreantem, ac conſolantem, & anima tibi præſtat vmbram, quæ te recreat, & ſolatur: tu eam cibas; ipſa verò cibat te valdè delectabili cibo, videlicet, vt fiat in ea
Ioan. 4. voluntas Patris tui. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*, Cibus, quem vbicumque inueneris, non poteſt non eſſe tibi guſtui præter modum. O vtinam cibo hoc ſatiare te poſſem, quomodo cuperem in te hanc famem extinguere; fac me Domine edacem, & huius cibi famelicam, ut fame mea, quæ meus & tuus cibus erit, ſatiare te valeam.

5 Deſeruiunt inſuper aquæ ad nutriēdam creaturam, eſſe, ſentire, & intelligere habentem. Sed cui placet, ut anima, ſpiritum tuū in ſe poſſidēs, Præſtet amoris affectu nutrimētum, niſi proximo ſuo, & quodammodo humanitati tuæ, Verbū incarnatum? illa enim in te ſibi complacet, tu in ipſa; faciens eam creſcere, & exemplis, ac verbis, dulciſſimos, ac ſuauiſſimos producere fructus. O Verbum, eia nè retrahas quæſo à me tuæ Diuinitatis virtutem, ſed in illa innocentia me conſerua, ò Domine mi, quam ab initio largitus es; conſerua pactum in te per me collatum, conſerua me, quæſo, ut te, ideſt amorem tuum, in proximis, lumenque tuum in creaturis à te dilectis effundere valeam: conſerua te in me, conſerua etiā omnes illas, quæ laborātes per tuas vias ambulant; conſerua Spiritum Sanctum tuum in me, & ſponſam tuam in gratia tua confirma; ut poſſis eam coronare regeneratione ab ipſa in tuo ſāguine facta, per quem nouā acquiſiuit vitam, tuo ſpiritu præſtitam. Hunc in ea conſerua, ut ſuo affectu, omnes tuas, ſi poſſibile ſit, adiuuet creaturas, quibus communicari concupiſcit, vel vt potius dicam, ſe illis communicare, vt ad te perduceret. Laudans laudabo Spiritum Sanctum, & Spiritus Sanctus cordi meo, Verbo operante, infundetur; & Verbum poſtea cum Spiritu Sancto, gratia ſua, in me infundetur, meque ſimul cum omnibus ſibi vniet creaturis.

CAPVT IX.

A Verbo creaturam excitari ad Spiritum Sanctum recipiendum, & vndè impediatur, nè recipiat, edocemur.

1 Omnia in Sapientia feciſti, Sapientia ædificauit thronum Altiſſimi, in Pſa. 103.
quo throno Verbum quieſcit. *Et Verbum* Prou. 9.
erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Sapientia Ioan. 1.
æterna in hoc throno ſedet, dulciter, abſque læſione libertatis, creaturas rationales compellens, vt velint donum

hoc

hoc Spiritus Sancti recipere. Cunctos, ſed dulciter pulſat, requirens, ut vnuſquiſq; ad recipiendum hoc donum ſe diſponat; inſpiciat intellectus, notet voluntas, intelligat memoria tale donum, Spiritus, ſeipſum, ſuaque dona in anima infundentis. Spiritus hic à Patre, & à Verbo procedens adeò ſuauiter in anima infũditur, ut non percipiatur, & quia ſua magnitudine non percipitur, à paucis æſtimatur. Affert animæ prę ter ſuam bonitatem, potentiam Patris, ſapientiam Filij; & anima ita potens, & ſapiens, apta ad ſeruãdum in ſe hunc habitatorem, redditur: ita ipſum complectendo, ut in ea ſibi cõplaceat, nec diſcedat ab ea.

2 Heia Verbum Æternum, dic quæſo, quod nam eſt impedimentum, quo per totum ſpirans, tamque fructificans Spiritus, integrum opus ſuum in anima haud perficiat? ipſe eſt enim dulcis, & amænus. Dic oro, cur à tã paucis ſuaue illius operari agnoſcitur, & percipitur? Eia Verbum, nunc quod eſt tempus liberalitatis intelligentiæ gratiæ tuæ, dic quæſo, ſi hoc in tua eſt voluntate?

Verbum. 3 Cariſſima ſponſa mea, varia, & magna ſunt impedimenta, quia varij ſunt creaturarum ſtatus; plures, multumque variæ dictæ creaturæ. Scias quod ijs, qui à me abſunt, vnum ex impedimentis eſt eorum malitia, quia ita plenum habent cor, ut ſpiritus meus in illis quieſcere haud poſſit. Alij à proprio velle impediuntur: alij non in hoc tantummodo, ſed in ptoprio videre, & ſcire, ita ut pro eorũ volũtate ſeruire mihi velint. Volunt enim ſpiritũ meum, ſed eo modo, quo eis placet, & quando eis videtur; ac ita ad eum recipiendum redduntur inhabiles. Alij mihi propinquiores, aliud non minus mihi diſplicens, ponunt impedimentum, & hoc eſt maledicta tepiditas: videntur mihi ſeruire, ſed nõ perſpiciunt, ſeipſis potius ſtudia figere, & cum eis videtur famulatui meo dediſse initia, tunc in ſtatu valdè periculoſo verſantur; mihi quidem miniſtrant, ſed quod ego mereor, humili ipſorum cognitione metiuntur, Putantes iuxta meritum miniſtrare. Sed nõ ita; volo enim abſque aliquo ſui, ſincera humilitate, miniſtrari; talis autem humilitas in anima debet vſque ad cẽtrum terræ peruenire: ſpiritus enim eſt veluti ſagitta, quæ ab alto deſcendens, nũc quam quieſcit, quouſque deorſum in terræ centro perueniat. Ita ſpiritus meus, nonniſi in ea quieſcit anima, quæ propriæ annihilationis centrum reperit; itaque in ſublimibus & ſuperbis minimè ſiſtit, ſed ab eis trãſit.

Anima. 4 Sed heia Verbum amabile, ſcire nunc vellem, quid contra hęc impedimẽta efficere debeam; quid mihi audiuiſſe prodeſt, niſi & remedium ſcirem?

Verbum. 5 Amãtiſſima ſponſa mea. Scias, quod contra primum, ideſt malitiæ impedimẽtum, debes ſimplicem intentionem aſſumere. Quia verò intentio hæc nequaquã poteſt in malignorum cordibus imprimi, totam in te aſſumes, ſentieſque pęnam intolerabilem, quam in pęnarum mearum vnionem offeres; ſicut ventus, qui nubes attenuat, hoc tuo deſiderio, ac pęna, cordium creaturarum malitiam attenuabis.

Verbum. 6 Contra proprium velle, mortuam volũtatem aſſumes, itaut neque meipſum velis, niſi quantum mea diſponit voluntas. Tuam hanc mortuam volũtatem offeres in vnionem reſignationis, quam in horto feci ad Patrem orãdo, & in hac reſignatione quemadmodum hortulanus efficies, qui malas in horto ſeligit herbas, nè impediant bonas; & in vnione illius deſiderij, quod ut Pater meus honoraretur habebam, offeres. Ac ita ex parte tua, corda meorum creaturarum emollies, ut ſic mollificata, & excitata, ad recipiendum ſpiritum meum apta reddantur.

7 Contra tepiditatem, quæ falſo iudicio, oſtendit animæ mihi ſeruire, cum ſibi famuletur, aio, filiola, quod quando mihi deſeruire cognoſcit, tum in eodem inſtanti mihi deſinit famulari. Quapropter contra hanc maledictam tepiditatem ardorem charitatis aſſumes, quam ſimiliter in vnionem illius amoroſæ charitatis offeres, qua vobis meipſum dedi; hæc verò iterum oblata charitas, veluti ignis operabitur, quæ in eorum cordibus deſcendens, hanc tepiditatem incendet.

Anima. 8 O Æternum Verbum, pure, & magne Deus, deſiderium non eſt, quod poſſe addat, & vim; non intellectus, qui intelligat; non quæ apprehendat voluntas,

G quam

Digitized by Google

quam magnus ſit ſublimis huius, & nobilis perſonæ aduentus. Oportet ergò, ut nos in teipſo abſcondas, Ipſe etiam nos abſcondat in te; ac ita tam digno habitatori aliqualem diſpoſitionem efficiet. Ad huius Sãcti Spiritus aduentum, ſeſe Angelorum vultus inclinauerunt; erexerunt ſe Sancti Patres, & modo inæſtimabili, amore, & gratia ſimul ſeſe vniuerunt. Humanitas item tua, ò Verbũ, ſuper Hierarchias exaltata, ad huius ſpiritus aduẽtum mouit ſe, ad confirmanda opera perpetrata, ad roborandum Apoſtolos, & ad diſponendas ad fidei receptionem, creaturas. Video te Deum, Verbum, & Spiritum, & percipio, quod ſumma Sapientia, æternaque bonitate, creaturam tuam requiris, itaut nonniſi in ea gloriam, & cõplacentiam habere videaris. Et hic ſpiritus tuus hamus eſt, quo ipſam capere curas. Cor ſpiritum recipiens, ſimile eſt Rubo à Moiſe viſo, ardente, non autem conſumante: ſumma enim puritate, deſiderio ardet, ut non offendatur Deus; conſumitur deſiderio, ut Deus honoretur; quamuis conſumi minimè videatur.

9 In Spiritus Sãcti effuſione, ſuæ emiſſionis recordare, anima mea, & in æternum in tuo ſpiritu, ac voluntate non quieſces, ſed totam in Deum te remittes. Aliquando hic ſpiritus, coruſcationibus, & ſplendoris radijs aduenit, itaut in anima puritatem faciat elucere. Candorem etiã in corpore manifeſtat, qui quod intus latet, indigitat. In quibuſdam creaturis ſolum interius, in alijs vero interius, & exterius emicat, quamuis ut ſit exterius neceſſe non ſit; attamen in extrinſeco eſſe non poteſt, niſi etiam ſit in intrinſeco; quod tantummodo erigitur, agitque, ut Verbum magis ſibi cõplaceat in illa anima, & delectetur, in qua ſpiritus iſte inhabitat. Quis poterit, quot, & quales ſint eius influxus, enarrare? Tot ſunt, ut infiniti videantur; & canales, ex quibus ad nos deorſum procedunt, ò qui eos expectaret?

CAPVT X.

Quomodo Maria Spiritum Sanctum expectauerit, habueritque multoties.

1 MAria etiam toties promiſſi Spiritus Sancti aduentum expectabat, & nihilominus multoties Illum receperat, Eoque plena, in Illo Verbum nutrierat; ut animæ præberet exemplum, quod quamuis ſpiritum receperit, effectuque intus nutrierit, veluti Matet, Verbum. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, ille meus fratrer, & Mater, & Soror eſt*, iterum iugiter amanti deſiderio debeat eumdem concupiſcere. Maria cum Apoſtolis erat, ad illos confortãdos, & animandos, vt peterent. Non credam vero, Mariam, in his decem diebus, in quibus Spiritum Sãctum expectabat, ſuis peculiaribus donis, & influxis caruiſſe; imò crediderim, quod per ſingula momenta in eam ſeſe cum ſuis donis, & gratijs Spiritus Sanctus effuderit, quamuis exterius minimè apparuiſſet. *Matt. 12.*

2 Maria huius recipiẽdi Spiritus vnionem expectabat: cum enim prius eodem ſpiritu repleta fuiſſet, eiuſdem nouam ſuper plenitudinem, quæ noua agglutinatione ad ſe vniuit, recepit. Maria ampliſſimum gratiarum Mare, nouum, ſed aliquo modo in ipſa ſolitum, ut dixi, aduentum, influxum, & inexcrutabilis maris amoris, ideſt Spiritus Sancti infuſionem expectat.

3 In huius Spiritus aduentu, illud veritatis Verbum adimpletum eſt, quamuis prius impletũ. *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*; Ecce nunc eſt exaltatus à terra, nec ſolum ad ſe omnia traxit, ſed etiam quod erat ſupra ſe, quoad humanitatem; id autem erat Spiritus Sanctus, quem aliquo modo humanitati ſubdidit; hæc enim ad dexteram Patris exaltata, cũ ſit Diuinitati vnita, potuit, ut ſpiritus veniret, * præcipere. Imò ipſe ad veniendum excitauit, quia in terris poſitus per ſuam humanitatem eum promiſerat; ipſaque mediante humanitate *Ioan. 12.* *Cautè*

tate talis promiſſio adimplenda erat. Itaque gloriari poteſt Maria, humanitatem Deo,& homini dediſſe, hominique tàm magno,& excellenti, qui ad dexteram Patris ſedeat; habeatque mouendi authoritatem, cum qui eſt de eſſentia trium perſonarum,& vinculum vnitatis Trinitatis; mittatque ad rem tam vilem, qualis eſt creatura reſpectu Creatoris; attamen hoc agit humanitas.

4 Creaturæ inſania; quæ adeò nobilis, vt ad imaginem Dei quoad animam, & quoad corpus creata, cuius humanitas ità exaltatur à Verbo, vt ad Patris dexteram ſedeat, nihilominus adeò vileſcit, deiecitque, ſordidiſſimis ſe ſubijciens rebus, quid plura? Nihilo, quod ipſam conuertit in nihilum: nihilum enim eſt anima in mortali exiſtens peccato, quod adeò deformem, ac teterrimam illam reddit, vt de ea dici poſſit. *Non eſt in ea ſpecies, neque decor.* Iſaia 53.

5 Spiritus diuerſam non habet eſſentiam,& ſubſtantiam ab eſſentia, & ſubſtantia Patris, & Verbi; cum ipſis enim vnus,& ſolus Deus eſt. Maria rectè dicere poterat. *Recogitabo tibi omnes annos meos, non in amaritudine,* Sed in lætitia,& exultatione omnium electorũ, omniumque in via laborantium refrigerio. Ioannes inſuper, qui vndè, & vbi eſſe receperat, vndeque Spiritus emanabat, guſtauerat, ardentiori deſiderio expectabat; receptique intimiori præ alijs fructu, quamuis omnes mirabili eum modo recepe rint; ità anima cùm interius Deum guſtauerit, facilius, & intimius ſuas operationes intelligit. Iſaia 38.

CAPVT XI.

In illa Verba, *Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Pacem relinquo vobis &c.* Sic profunde diſcurrit. Ioan. 14.

Ioan. 14. 1 **S***I quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Eloquium tuum cuſtodire debent, etiam, ò Verbum. Si ergo cuſtodire debebant, iuſtum erat, vt poſſibilitatem haberent, quæ ad rem tanti ponderis,& valoris cuſtodiendam, neceſſaria erat. Dona tua cuſtodire debebant etiam. Et omnia à te procedẽtia, quæ nihil aliud ſunt, quam quædam ſapientiæ,& ſcientię tua ſuauia libamenta. Quid autem in hoc tuo eloquio, niſi totius perfectionis compendium, inſtructio,& regula continetur? Angulus, vbi quieſcit anima, firma,& ſtabiliſſima petra, in qua altum, & infimum ædificium conſtruendum eſt, altum per tui cognitionem, ſummè infimum per noſtrammet cognitionem. Animæ nutrimẽtum; quamdoquidem non minus, quàm tu, Verbum à te procedens, eſt in hac peregrinatione neceſſarium; etenim nec tua nobis prodeſſet vnio, nec te reciperemus, niſi tu dulcia illa verba protuliſſes. *Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem in me manet, & ego in eo.* Ah, Deum video, veluti amantiſſimum Patrẽ, qui *peregrè* iturus, filijs non ſolum vt delectentur, erigantur,& nutriantur, prouidet, ſed etiam defenſiua arma, & offenſiua miniſtrat. Hoc ipſum præſtat Verbum, quod ab infantia incepit nos verbis, & exemplis prouidere, inde ſapientibus,& inexcrutabilibus verbis, mirabilibus, & validis operibus, ſuoque ſanguine, veluti efficaciſſimo, ſecuriſſimo, & potentiſſimo ſcuto, vel enſe, defendendi, & offendendi arma curauit. Quæ nam creatura, quod ferox animal, qui dæmon, indutam ſanguine animam poterit nocere? Quænam defenſiua arma, cruce fortiora? Et quid abſque verbo à te Verbo procedente, elo quium tuum dico, eſſet creatura? Eſſet ſanè veluti extrà aquam piſcis, veluti ſine armis miles; veluti venator ſine auibus. Ioan. 6.

2 Qui infidelitate deturpatus eſt, illorum reminiſcatur verborum; *Qui non credit, iam iudicatus eſt,* Et aliorum. Qui fidem habet, præcipiet montibus, & obedient, & quodcumque in nomine Verbi petierit, dabitur; *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Ioan. 3. Ioan. 15.

3 Qui à fratris ſui odio ſuperatur, illorum reminiſcatur uerborum, *In hoc cognoſcent omnes, quia Diſcipuli mei eritis, ſi di lectionem habueritis ad inuicem.* Qui autẽ ſunt ex laboribus laſſi, verba illa ad me- Ioan. 13.

moriam deducunt, ſi propter me perſecutionem breui hoc tempore patiemini, remunerabimini in æternum; *Mundus autē gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*. *Ioan. 16.*

4 Qui ſibi videtur ſuam exequi non Poſſe voluntatem, illorum, tanta liberalitate prolatorum reminiſcatur verborum; *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt*. *Mat. 12.*

5 Qui propter non redditum iuſtum angeretur, & quod malum, bonum amanti, bonum verò malum ſequenti, traderetur, illorum reminiſcatur verborum: *Reddet vnicuique ſecundum opera eius*. *Mat. 16.*

6 Qui in bono, & in Sanctis operibus exequendis perſeuerare non valet, illorum reminiſcatur verborum. *Qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit*. *Mat. 10.*

7 Qui patientiam in aduerſis habere non poteſt, meminerit. *Quod in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. *Luc. 21.*

8 Qui quantum diligi debeat proximus dubitaret, illius reminiſcatur ſententiæ. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*. *Mat. 5.*

9 Cui, deijci, & humiliari laborioſum videbitur, ueniat ei in mentem; quod. *Qui veluti paruulus non euadet, non intrabit in regnum Cælorum, & Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur* *Mat. 18.*

10 Cui alijs ſeruire, & ſubijci videbitur graue, redeant in mentē verba illa. *Ego in medio veſtrum ſicut qui miniſtrat*. O quàm ſolida ſcuta, ò quam ſecura ad defendendum arma ſunt eloquia tua, ò Verbum. *Luc. 22.*

CAPVT XII.

Enarrat in perſona Patris, eloquia Dei, ſcalæ Iacob aſſimilari.

Pater

1 O Dilecta, & prælecta mea. Non penetras, non intelligis, non vides, non guſtas, quod Verbi mei eloquia ſunt ſcala illa à Iacob viſa, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant, cuius ſummitas pertingebat Cælum, profunditas terram? Scala autem eloquiorū Verbi mei altior eſt: quieſcit enim in anima, quæ per humilitatem, & propriam cognitionē eſt abyſſo demiſſior, ac profundior, altitudine vero, profunda, humili, ac veraci ſuæ nihilitatis cognitione ſe deijcit, peruenitque vſque ad intima mea. Diſcrimen verò inter hanc, & illam ſcalam eſt, quod illa nec magis eleuabatur, quàm ad tangendam * terrę ſuperficiem, ſcala autem hæc, quanto magis anima ſe humiliat, tanto magis ſcala attollitur ſuper ſydera, ſicque eleuata, intima mea pertingit, ita vt deiectio eleuationem pręſtet, & quanto in pede demittitur, tanto in ſummitate attollitur. Addendum inſuper, quod haud ſola per hanc ſcalam anima aſcendet, ſed cum tres ſint perſonæ per eam aſcendentes, & deſcendentes, triplex eam ſocietas comitabitur. Prima Verbum meum eſt, quod per eam deſcendit, illis verbis fideli ſeruo meo Abraam, prolatis, illique alteri, ſecundū cor meum. Abrahamo. *Per memetipſum iuraui*, & quod ſequitur. *Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas Cæli. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. In quibus verbis iuraui, vnigenitum meum ad incarnandū mittere, meoque dilecto pſalmografo, quem à paſcuis, & cuſtodia gregum, ad regalem dignitatem euexi, quia volebam ei hanc promiſſionem efficere. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*. Altera, fuit nobilis ille, pulcher, decorus, & digniſſimus paraninphus Archangelus Gabriel, Verbi mei, iam amoris affectu humanati, deſcenſum annuncians; hic verò fuit ſecundus, qui deorſum per hanc pulchram ſcalam deſcendit.

** Cœli Fortè ſcribendum erat?* *Gen. 26.* *Pſ. 131.*

2 Tertius tandem nō ſolus, ſed mille, & mille fuere, iſtique infinita Angelorū, & ſpirituum Beatorum multitudo, dico, omnium Hierarchiarum cęleſtium, qui per hanc ſcalam deſcendunt, & tamquam digniſſimi Paraninphi, ad excitandas fidelium animas, ut per illam aſcenderent, veniebant. Verbum aſcendit, & in meo ſinu regreditur per verba illa ab ipſo prolata. *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum*. Vt ergò intelligas, qua ratione Verbum hoc meum per hanc ſcalam deſcenderit, dicam, ut capax efficiaris, Diuini- *Ioan. 20.*

binitatem deſcendiſſe per verba illa iam dicta, tàm abſconditè prolata. *Per memetipſum iuraui*: ab amore motum, ad meum adimplendum iuramentum. Quod à me inexcrutabili, & incomprehenſibili prolatum, nullus erat capax ad illius magnitudinem intelligendam, niſi Verbum meum, & Spiritus Sanctus, mihi æquales. Neque extra nos, qui poſſet illud adimplere, exiſtebat. Cùr autem illud adimplere, ad Verbum pertinuit, non ad Spiritum Sanctum, cum ſecunda, non tertia perſona carnem aſſumpſerit; audi filia, & pro tuo attende ſolatio.

3 Sum enim tibi profunda aliqua reuelaturus myſteria. Scias filia. Primum peccatum ab Eua commiſſum, quando mendacibus verbis infernalis Serpentis aſſenſum præbuit, non fuiſſe gulæ, & inobedientiæ principaliter, quamuis etiam hoc commiſerit præcepto meo de non comedendo vetito pomo, inobediendo, ciboque illo ita ſe delectando, ut ad eum tanquam optimum, & ſapidum, maritum incitaret; ſed fuit vana, ſuperbaque cupido, eſſe, ſed alio modo, quam mea volũtate, mei ſimilem. *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum*; Et hanc ſimilitudinem in ſciendo bono, & malo concupiuit, quæ operatio eſt intellectus intelligentis, & bonum, & malum diſcernentis. Scias vero, hoc meum intelligendi donum creaturis rationalibus communicatum, eſſe illorum eſſe, ita pariter ſunt creaturæ intellectuales, quia doni huius intellectus participes ſunt effectæ; doni intellectus inquam, non vnum ex ijs, qui Spiritus Sancti dona dicuntur, ſed naturalis potentiæ intelligendi. Quamuis enim volũtas ſit etiam creaturæ rationali, & intellectuali eſſentialis, per hoc enim, hoc, vel illud pro bono, vel falſo repreſentatum, libertatem habent; ſi per intellectum nihilominus, aliqua ex his creaturis voluntate priuata apprehenditur, in conceptu ſui eſſe, quamuis non ita perfecto, remanebit. Ac ita homo per intellectum, & voluntatem homo eſt, ita tamen, vt ſi poſſe velle, abſque intelligere apprehendatur, homo non eſt, quia rationalis eſt; ſi verò poſſe intelligere abſque velle apprehendatur, & in conceptu hominis, & in eſſẽtia remanet rationalis, ſed deficiens, & non ita perfectus, ſicuti cum ambobus.

Gen. 3.

4 Idem de Angelis, & hominibus perfectioribus, intelligere debes. Hoc eodem conceptu ad me curre, & aliquid de perfectiſſima mea natura, modo quo vales, intellige, quæ quamuis ut actus puriſſimus abſque potentiæ mixtione, ſola perſonarum diſtintione, ſimpliciſſima ſit, nihilominus in meo ſimpliciſſimo eſſe, prius quam intellectum cognoſcas, & poſtea voluntatem, ſecundum tuum modum intelligendi, vel intellectu, vel in poſſe actu puriſſimo intelligere, conceptus, quem de mea perfectiſſima ſubſtãtia facere debes, principaliter conſiſtit: non iam quod in me, intelligere, & velle, vnum ab alio ſit aliquo modo, vel à meipſo diſtinctum, vel vnum ſuperius altero, cum in actu puriſsimo mei ſimpliciſsimi eſſe nulla ſit diſtinctio; ſed intelligere debes eo modo, quo potes; non enim hanc meam ſimplicitatem apprehendere potes, quod prius ſit in me intelligere, & poſtea velle, vt potè hoc ab illo oriens; ac ita conceptus, quem de me habebis, ut me Deum cognoſcas, eſt, me cognoſcere, & intelligere totum; deinde, me velle, & totum poſſe omnibus cõmunicare; & hæc intellectus potentia in rationalibus, & intellectualibus creaturis eſt, quæ dat rebus eſſe aſſimiliatiuum. Hac de cauſa Verbum meũ, & filius, & Imago mea vocatur, quia omnia, ſicut Spiritus Sanctus, repreſentat; quia verò per intellectus operationem procedit, in quo, conceptus eſſe ſubſtantiarum intellectiuarum principaliter conſiſtit, ideò imago mea dicitur; cum aliquod intellectiuum abſque intelligendi potentia, nequaquam poſſit intelligi, cõceptuſque illius deſtruatur. Non ita euenit in voluntate.

5 Voluit igitur Eua, & primus homo meam ſimilitudinem cum intelligere habere, ut eam, perfectione, quæ mihi propria eſt, acquireret; cum hoc attamen, ipſa, & Adam multum amiſerunt; vterque enim, *Comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis*; Rectè ergò conuenit, vt imago mea per intellectum, ut procedẽs à me per intelligere, ad reformandam eam imaginem, quæ ſeipſam tali appetitu

Pſal. 48.

ditu ſcriptum meum, veniret. Et quemadmodum in cera impreſſione, iterum, mollius accedens figura imprimi non poteſt, quàm ſigillo, quo prius impreſſa fuerat, ità Verbo meo, meaque ſapientia reformetur homo, qui vano ſciendi, eſſendique in ſapientia mihi ſimilis, appetitu, adeo diſſimilis euaſit. Anima, & humanitas ſua idiomatum communicatione etiā dicitur aſcendiſſe, & deſcendiſſe, per verba illa ab ipſo in ſua humanitate prolata;
Ioan. 16. *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Ecce, ò filiola, quomodo prima perſona per dictam ſcalam aſcendit, & deſcendit.

CAPVT XIII.

Sequitur in perſona Patris, de pluribus aſcendentibus, & deſcendentibus, per eandem ſcalam.

1 SEcundus, id eſt Archangelus Gabriel deſcendit, vt ſcis.
Luc. 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth; ad Virginem deſponſatam viro* propter promiſſionem verborū illorum Cantoris Spiritus Sancti, à me, &
Pſ. 131. à meo Verbo factam. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuā.* Aſcendit poſtmodum per illa eadem verba, licet nō à me; ſed à Spiritu Sancto meo, qui mecum idē eſt, prolata, puro Mariæ inſtrumēto mediante.
Luc. 1. *Ecce Ancilla Domini*: Rediit enim in Cœlum præcepto meo, & in Maria, meo Diuino conſilio executioni mandato.

3 Tertia perſona, id eſt Hierarchiæ dictam ſcalam aſcendunt per illa verba à
Ioan. 18. mea Veritate prolata. *Regnum meum non eſt de hoc mūdo*, Ac ita in verbis iſtis, quale, & vbi ſuum regnum eſſet, quales, & vbi ſubditi innuens, oſtendit, habitationem ſuam, ſuorumque electorum ſubditorum non eſſe in mundo deorſum, ideoque dicti Angeli per eandem ſcalam redeuntes, velle in Domini ſui regno, quod eſt ſurſum, permanere, oſtendebant. O non tibi videtur, Verbum meum, ſuauem, pulchram, facilemque ſcalam ad perducendas animas ad regnum ſuum effeciſſe? non tibi videtur, quodlibet verbum facilem, commodumque gradum eſſe, vt vos ad ſummitatem conducas? inſuper ad commodiorem reddendum aſcenſum id melius eſt, quod verba mea ſunt quaſi ſagittæ, animarum corda penetrātes, nec ſolum ſeipſas ad aſcendendum commonentes, ſed & cæteras creaturas. *Aſſument* Iſaiæ 49.
pennas, vt Aquila, ambulabunt, & non deficient; current, & non laborabunt. Nota vero, ò filia, quod organū hoc Spiritus Sancti ait, quod *ambulabunt*, nec præ itineris labore deficient; current, & non laxabuntur, quia in verborum meorum ſcala velociter, quaſi volando aſcendere, expeditiſſimeque currere, maioris eſt commodi, minorique momenti, quam lento gradu progredi, cum in ſpiritus, meorumq; conſiliorum itinere, nullum maius ſit nocumentum ipſa tarditate, pigritia, & inertia. Scis benè ò filiola, quod ſeruus meus ait Ambroſius. *Neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia*, Et quod homo ille cordi meo conformis, cum ſe totum in manibus meis remitteret, & ego per charitatem cor eius dilatabam, nihilum, & facile exiſtimabat, vndè longam, & laborioſam mandatorum, & præceptorum viam percurreret. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Quis igitur per eam aſcendere non poſſe ſeſe excuſabit? & quis dicere poterit, verba à Verbo meo prolata minimè intelligere, niſi qui cor habent ſuperbia plenū? ideò *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.*

Iſaia 40.
In Lucā
Pſ. 118.
Rom. 1.

3 Per ipſam inſuper aſcendit creatura à me producta, ambulatque per viam à meo Verbo effectam, ſe per dictam ſcalam ad ſuam habitationem ducens, ad præparatam glorificationem, & claritatē, quæ ipſius ornamentum eſt, participandam. Infelices animæ, quæ in medio peccatorum moramini: de non aſcendendo per hanc ſcalam excuſationem habebitis? dicite qui in mundo eſtis; veh mihi, quia, volens, commodiorem inuenit ſcalam hanc, vt aſcendat, quam quod imaginatio concipit, ſenſus depingit: peccatū, ò animæ, retinet vos; quis autem præter vos metipſos peccato colligauit? ſi peccatis veſtris infernum meremini, vos excuſantes, complures mereremini. Benè dixit, qui erat ſecundum cor meum. *Ad*

excu-

Pſ. 140. *excuſandas excuſationes in peccatis*. Videbitur forſan iterum laborioſus aſcenſus? veh mihi, quare hoc dicitis, quaſi hæc dicere minimè verecundaremini, cum etiã vnius anni paruuli per eam velociter cucurrerint?

CAPVT XIV.

Alij per eandem ſcalam aſcendentes, enumerantur.

1 ADeò ingens eſt huius ſcalæ ſuauitas, & amænitas, vt, veluti magnes, ferrum, aſcendere per illam volentem, attrahat; Et ſi verbum meum nunquam alia protuliſſet verba, quàm illa; *Ego ſum via, veritas, & vita*, Ad eam de-
Ioan. 14. clarandam ſufficerent. Scis, ò filiola, quomodò per hanc ſcalam aſcendentes intueor? Aliquos veluti paruulos, quaſi nõ ambulantes, alios tanquam itinerantes, ſed lentè; alios ambulantes; currentes alios; omnes verò, pupilla oculi mei, pro mea bonitate, reſpicio:

2 Puſillanimes ſunt paruuli illi, qui vix mouere paſſus videntur: Tanto enim timore incedunt, vt me Deum tantæ bonitatis, qua ſum, ac ità eorum creatorem, & factorem, minimè cognoſcere videantur: & hi verè non poſſunt corde dicere (cum factis non ità ſentire oſtendant)
Pſal. 118. *Manus tua Domine fecerunt me, & plaſma-*
Pſal. 24. *uerunt me*, &, *Oculi mei ſemper ad Dominũ*; Meque, nõ ipſorum patrem, ſed Iudicem arbitrantur.

3 Qui verò ambulant, ſed multum lentè, ſunt inconſiderati, qui momento ſaltum perficere volunt, ſed retrò inueniuntur; & ſi viam ipſis non decurtarem, eruraque reſcinderem, nunquam reducerentur, meam ſapientiam minimè confitentes, aliquando ad dexteram, ad ſini-
Duteron. 5. ſtram aliquando declinant: *Non declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram*.

4 Alij ambulantes, non currentes, ſunt qui charitate gradiuntur, ſed mortui non ſunt; Ideoque mortua charitate, non ambulant, mortua, inquam, quia aliud quàm meum ſimplex, & purum velle requirunt, in aliquo ſeipſos requirentes: Et hi, nec meam bonitatem, nec ſapientiam negant, nihilominus aliquid, quod ego non ſum, vel mecum, vel extrà me quærẽtes, pure, ſimpliciterque, re ipſa, aliquo modo, meam negant puritatem; nec illa mei Profetæ dicere poſſunt verba. *Cor mundum crea in me Deus*, Puram puritatẽ Pſal. 50.
minime cognoſcentes: & hi ſolummodo ambulant, non autẽ currunt: cognitione ſiquidem charitatis, ſed non emortuæ; gradiuntur, vt dixi. Nec me Deum ipſorũ eſſe negant, cum me ſuper omnia diligãt: Nec Veritatem eſſe, cũ de meis confidant promiſſis: Haud tamen puritate cognoſcunt, nullam rei creatæ, vel amoris, vel ſuipſius affectus miſturam cum mea puritate admitti: itaque factis negant meum eſſe puritatis, quod eſt, eſſe ſine principio, & ſine fine, ac ità ſine principio & fine me inſeipſis requirendi, permanentes; non verbis, & voto, ſed operibus non mortuis negant.

5 Aliqui ſunt, qui currunt; ò quam rari, & hi qui mortui currunt: Non enim quid ſit Deus, nec quid Angeli, nec quid Sancti, nec quid creatura, nec quid purgatorium, propriæ commoditatis intuitu, vel ad aliquod bonum acquirendum, vel alia, licèt ſpirituali complacentia, requirunt; Sed intelligentia, & affectu uolendi, quod ego uolo, & nihil aliud: ac ità inueniunt me, quamuis quærere minimè uideantur. Affectus enim eorum, licèt quid agant non cognoſcant, iugiter in me eſt, quaſi nec uitam, nec ſenſum in ſe haberent, ſed totus eorum ſenſus, uita, & operatio in me abſorta ſit, & demiſſa, *Et vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in* Coloſſ. 3.
Deo, Et hi tales omnimodè mortui currũt, oppoſitum, eo quod hic deorſum uos agitis, efficientes: qui quantò uiuaciores, tantò magis curritis: hi uerò quanto magis mortui, & in hac morte uitali (quia eſt uera uita, & mortalitas uiua) tantò uelocius currunt, ità ut ad ſinum meum, & ad Verbi mei cauernam, propriè pro ipſis factam, conducantur. Nec hi meam bonitatem, ſapientiam, & puritatem negant, ſed conuulſo, & ab ipſis ignoto affectu, & demiſſione, aqua uera, feruens, & mortua confeſſio oritur, confitentur: Valentque dicere. *In principio erat Verbum, &*

Ioan. 1. *Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Talem te opto, imò vt ad hoc perueniias adſtringo, Verbumque meum vult à te gratiæ guſtum ſubtrahere, ut vitam hanc mortuam te acquirere faciat, & tales dicere poſſunt. Galat. 2. *Viuo ego iam non ego,* vt ſcilicet in me puritas viuit, & cum puritate, nodus, & perfecti amoris vinculum, illo eſſentiæ Dei ſimile, ſed quod per participationem in creatura eſſe poteſt. Mortua uerò conſeſſio, de qua ſupra, talis eſt, quòd ſi tu ab iſtis ità in me mortuis peteres, quid ſit Deus, dicere neſcirent, ſed audires, eos meam magnitudinem, & immenſitatem enarrare, nec ſcirent enunciare, Deus id, vel tale eſt, talem producit effectum: ſed confeſſione feruenti iugiter me confitentur, quamuis ipſis id tacere videatur. Nonne ampliſſima, amena, & pulchra hæc ſcala tibi videtur? Etiam certe, Pater Æterne.

CAPVT XV.

Hæc de pace ſubnectit, in ſua, & in Patris perſona.

Ioan. 23. 1 SI quis diligit me &c. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis,* ſed quot in hac pace continentur, *Pacem meam do vobis? Non quomodo mundus dat,* Non, non, Verbum, Do' Das, ſed cui? Donum adeò magnum, adeò ſecurum à tribus Diuinis perſonis ſpiratum, ab humanato Verbo collatum, ſumptum à creatura, regenerata, aſſumpta, & ab vnitate Trinitatis attracta, collata, & in ſecretiori parte ideæ tuæ manifeſtata.

Hæc pax in paradiſo, in throno Trinitatis data eſt, poſtmodum inter Diuinitatem, & humaninatem, inter Verbum, & Mariam; inter Mariam, & Verbum, inter Verbum, & creaturam: inter creaturam, & Verbum.

In Throno Trinitatis data eſt, & quādo? ab æterno: intelligi non poteſt, nec inueſtigari principium; etiam affectuoſo quodam, vt ita dicam, meo in Verbum, Verbi in me Patre, & amborum in Spiritu Sancto, ſpiramine, data eſt, & inter tres perſonas Diuinas, in eſſentiæ vnitate; ſuitque vt dixi, pax affectuoſi ſpiraminis.

2 In pace hac, fuit ab æterno concepta, & deſtinata forma creandi in tempore nobiliſſimos illos ſpiritus purorum Angelorum; dataque fuit pax hæc ab æterno, non ſemel, dici poteſt, ſed multoties. Iugiter enim data eſt; datur, & inter nos tres Diuinas perſonas dabitur. Vt autem tibi id clarius declaretur, ſcias, ò filiola, quod pax hęc data eſt, cum in intuitu vnius perſonæ in aliam, conceptum iam in noſtra idæa hominem creare decreuimus; pax vero dicta, ſpiraminis non fuit, ſed intuitus. In quo ita noſtra magnitudine, ac bonitate capti fuimus, vt, haud deſiderando immenſo deſiderio, hanc noſtram bonitatem alicui magis perfectæ creaturæ, quam alteri, communicare concupierimus: & cùm ad recipiendam talem communicationem minimè inueniremus homine capaciorem, in quo tanquam in compendio totum creatum vnitur, poſito altiſſimo fine, ad quem creauimus, & deliberatione vniendi ipſi Verbum per ſe infinitè communicabile, decreuimus conceptum iam hominem creare ad noſtrum imaginem, & ſimilitudinem, cum expreſſo decreto ſemel naturæ noſtræ, Verbi perſona mediante, uniēdi, ad remedium quidem peccati, principaliter vero ad gloriam, & exaltationem naturæ humanæ, & noſtræ bonitatis, quæ hoc opere, modo perfectiori poſſibili cōmunicandi, ſuæ, ſe communicare, & vnire voluit creaturæ; maiorem in hoc oſtendens amorem, quam, prius oſtendiſſet, imaginem noſtram, & ſimilitudinem dādo, cùm id, in aliarum creaturarum aliqua, hic deorſum, minimè præſtitiſſet: cū voluntate poſtmodum eam ad tantam magnitudinem ſubleuandi, vt dicatur, *Et adorent eam Angeli eius.* Hebr. 1.

3 Ac ità decretum fuit nouam Trinitatem creare, vt etiam in ipſa pax hæc dari poſſit; & quemadmodū prima in throno Trinitatis data fuit, ita hæc ſecunda, in meo ſinu, & in intimo Verbi mei, nondum humanati (ſed cum decreto, vt dixi, humanitatem aſſumendi) & in corde Verbi, quod per electionem, & promptitudinem

nem acceptati præcepti in eſſentia Trinitatis,humanatum erat, priuſquam creatura produceretur,cum ſit ipſum, tanquã primogenitum omnium creaturarum, omni creatura prius, præuiſum in eſſentia,& idæa Trinitatis, tanquam electorũ caput,hominum ſaluator, glorificator,& totius creati finis,& corona.

3 Sed ad principium rediens: iuſtum quidem erat, vt huic nouæ Trinitati creatæ via ſatis ampla moſtraretur, vt iret ad fruendam Trinitatem increatã. Neceſſarium etiam erat,vt viam magna hæc perſona edoceret, potius operibus, quàm verbis,ad hoc,vt quilibet poſſet per illam liberè ambulare: Vndè dicta Trinitas increata, ad mittendum Verbum, vnam ex nobis tribus perſonis Diuinis, vt viam oſtenderet,doceretque,mota eſt. Ipſum autem Verbum hanc creatam Trinitatẽ, tenendi modos, vt in ipſa via ambularet, edocuit,tot dulcibus, & ſuauibus verbis, nec verbis ſolum,ſed multo magis operibus,præeundo;vt vos magis ipſum operibus, quam verbis ſequeremini: Nec tantummodo eam edocere, ei ſatis fuit, voluit inſuper ſeipſum viam efficere, dicens, *Ego ſum via*, totumque hoc preſtitit, vt dicta creata Trinitas pergere poſſet ad increatam Trinitatem fruendam: Propter hoc enim tantummodo, creatura producta eſt.

CAPVT XVI.

Pax inter Mariam, & Verbum exprimitur.

Pater 1 DAta eſt inſuper pax inter Verbũ, & Mariam,non ſpiramine, vel intuitu, ut aliæ duo, ſed complacentia; reſpiciens enim Trinitas in Mariam, ità in ea ſibi complacuit, vt Verbum moueret ſe,ad incarnandum in ipſa, & ab ipſa humanitatem aſſumpſerit, operante etiã Spiritu Sancto. Meaque, Patris, virtute Mariam obumbrante, & hic extitit fructus cordis Verbi propter vos humanati prius, quam incarnaretur: dictus enim fructus in meo ſinu exiſtens, & in ſeipſo dictum Verbum meum humanatum, ſibi complacens, euiſceratum concepit amorem,à ſuipſius complacentia procedentẽ, complacendi ſibi in creatura producta. Talis autem, ac tantus fuit erga creaturã complacentiæ amor,vt eum faceret ſuijpſius obliuiſci,eſſe, inquam, ſuæ magnitudinis. Itaque abſque deliberatione decreuit creaturam recreare,ad primum innocentiæ,& puritatis ſtatum, eam reducens, in quo ego prius creaueram:Et videns illam ineptam propter amiſſam puritatem,& innocentiam, & per peccatum ità debilem arbitrij libertatem, vt nequiret reuiuiſcere, magis amore accenſus, incarnationis opus decreuit: Et quamuis amor iugiter ab æterno in corde Verbi mei ſumma fuiſſet plenitudine, nihilominus in determinatione adimplendi complacentiam humanandi,ità excreuit,vt ſuperabundaret,emanaretque foras, ſuperefluentiæ diſtillamento, in Mariam deſcendente: Et vt te capaciorem,ſimilitudine aliqua,reddam. Verbi mei cor effecit,ſicut prætioſi liquoris vaſculum,quod expoſitum ſoli,propter ingentem calorẽ incipit ebullire, & quò magis intenditur calor,eò magis roboratur, itaut creſcente,& ſuperabundante plenitudine, foras emittit;& ſi aliquis ipſum tangit,tunc magis effundit,& emittit: idem cordi euenit Verbi mei, quod à ſeipſo motum ad incarnandum, quamtumuis ab æterno in Trinitatis idæa,incarnatum eſſet, mediãte nihilominus complacentiæ amore, in illo inſtanti, ita vaſculum cordis Verbi mei incanduit, ità ſuam illam plenitudinem ſuperabundare fecit, vt foras erumpens ſuum inſtillamentũ(ita per os meorum Prophetarum loqui volui) ſe ſe infuderit in Maria,puriſſimiſque, ſanguinibus ab illius corde attractis, formauit ex illis,& organizauit in eius virgineo ventre Sacratiſſimum corpus, quo in inſtanti à Verbo meo aſſumpto,facta eſt incarnatio, vnitaque fuit cum humanitate Deitas: & ſic pax data eſt inter Verbum, & Mariam.

Michee 5. nu. 6. Amoſ. 9. nu. 13. Ioel. 3. n. 18.

Anima 2 Benè Maria poſtmodum dedit hanc pacẽ Verbo. Non percipio,ò Pater æterne quomodo Maria valeat hanc pacem reddere Verbo, ideſt, quod Increatum creaſſet,& illi daret eſſe,qui omnibus tri-

buit eſſe. O Maria, per tuam puritatem reddidiſti hanc pacem: puritas fons eſt totius eſſe, & hæc pax non eſt ſpirandi, nec intuendi, nec illius tàm parum agnitæ, & dilectæ complacentiæ, ſed cuiuſdã reſpirationis Mariæ in Verbo, Sed quid cum hoc reſpirare efficis, ò Maria? non enim Spiritus Angelicos creare vales, cùm ab eo, qui te maior eſt, creati ſint. Non hominem creare potes, quia iam creatus erat; quomodo ergò hanc pacem Verbo reddere vales? Pacem Maria reddidit Verbo, recreans, vt ita dicam, Increatum, complens, & reſtaurans cum hominibus in Cælo poſitis Angelicam naturam, & gratiam, & gloriam, recreans creatam iam, & plaſmatam creaturam, ad Verbi incarnationem concurrendo. Pacem reddidit Verbo, increatum recreando, & quomodo? In re Patre reſpirando, illaque verba proferendo. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* In quibus verbis, tuæ, & totius Sanctiſſimæ Trinitatis voluntati aſſentiẽdo, illam effecit reſpirationem, quę diuiſa eſſe non poteſt, ſuam cum ipſius Trinitatis voluntate conformando, qua conformitate, facta eſt in ea Verbi æterni incarnatio. & hoc modo Maria pacem reddidit Verbo. *Luca 1.*

3 Reddidit etiam Maria, Increatum creando, auferens, vt ita dicam, illius eſſe, & tribuens eſſe ſuum: abſtulit illius eſſe, pro dicendi modo, faciens Deum hominem, quamuis ſemper Deus eſſet, & poſt incarnationem, hominem Deum. Reddidit ipſa ſuum eſſe, dans Verbo, cum eſſet inpaſſibile, eſſe paſſibile, quo productam creaturam recreauit, reddens illam alterum Deum participatione, & vnione; qua creatura ità apta effecta eſt, vt tota Trinitas valeat in ea iugiter requieſcere, ſecũque manſionem habere: Similiter, & ipſa charitatis, & amoris vnione in deitate requiem inuenire: & hoc etiam modo reddidit Maria pacem Verbo. Ipſa enim mediante completus eſt amor ille complacentiæ, genitus in corde Verbi, in ſinu tuo, Pater, permanentis, & à complacentia ſuiipſius procedentis: Quo ſtrictiori ligamine ſecum creaturam vniuit, quæ ſecum pariter idem effecta erat, ſicuti Verbum tuum inquit, *Ego ſum vitis, & vos palmites*; & pax hæc in Sacratiſſimo Mariæ vtero data eſt. *Ioan. 15.*

CAPVT XVII.

Alijs excellentioribus modis, Mariam ad pacem cum Deo concurriſſe, eloquitur.

1 SCias cariſſima mea filiola, Mariam etiam concurriſse, & conſequẽter dediſſe eam pacem, quæ in mea idæa, & in conciſtorio Sanctiſſimę Trinitatis data eſt: nimirum ſpirandi in creaturis, in qua pace Angelos creare decretum eſt; quia verò Ipſa Angelicam naturam creare nõ poterat; cùm iam à me increato, & ineſcrutabili Deo creata eſſet, rribuit, contulitq; eis reſtaurationẽ, reddiditque completum aſpirans deſiderium Angelorum, quod de gloriæ, & amoris mei dilatatione habebant, cùm in eſſentia mea, quantum ego gloria, & honore dignus eſſem cognouiſſent, quamuis ex meipſo hoc nõ indigerem, cùm ſim ex memetipſo per meipſum glorioſus. Reſtaurata fuit Angelica natura mediantè hominis reſtaurationé à Verbo meo, medio illo eſſe, quod à Maria recepit, & hoc fuit humanitas: completum fuit ſimiliter Angelicũ deſideriũ de dilatatione gloriæ meæ, eoque magis pacem ad inuicẽ dantes, propter vnionem naturæ Angelicæ cum natura humana: ex quo factum eſt, vt deinceps homines Angeli vocarentur, & Angeli peculiari amore, ac reuerentia homines proſequerentur. Inſuper magni æſtimant, ſe in hominum cuſtodia conſtitutos, ideoque in Verbi mei Natiuitate auditum eſt in terra cani ab Angelis pulchrum canticum illud, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax*. Præſtita enim tunc inter naturam Angelicam, & humanam perfecta vnione, & obuiantibus ſimul Angelis, & hominibus, magno gaudio pacem dederunt adinuicem: & totum fuit mediante Maria. *Pater*

2 Neque hic pax iſta finem habuit, maiorem enim poſtea ad inuicem præbuere, cùm Verbum meum, ad Cælum ſua

ſua humanitate,magno triumpho, & gloria rediſſet, ſecum benedictas Sanctorũ Patrum animas adducens (primores victoriæ fructus,quos mediante incarnatione,natiuitate, ac paſſione Verbum meum obtinuerat) quibus ſumma liberalitate data eſt glorificatio, & cum hac, arctiſſima mecum vnio. Quod, fructus erat humanitatis Verbi mei, undè maior, imò perfectior dilatatio gloriæ, & honoris mei ſecuta eſt:à qua dilatatione,maior in Angelis gloria(quamuis iugiter antea ſummè glorioſi fuiſſent)& inſuper maior cum mea Deitate glorificatio redundauit;vndè ipſi noua iubilationé, ac lætitia animabus illis iam beatis,& glorioſis ſeſe vnientes,dederunt ſibi ſummæ plenitudinis,& perfectæ lætitiæ, iubilationis, & gaudij inenarrabilis pacem, quam etiam deorſum hic in terris cum ijs, qui primitiæ erant mei Verbi communicare voluerunt, in veſte candida apparentes, nõ ſolũ ad manifeſtationem lætitiæ, & gaudij eorum, ſed etiam in oſtenſionem illius candidationis,ac puritatis, ad quam creatura per reſtitutionem ſtatus innocentiæ, in quo prius creata fuerat,à Verbo meo factam redierat. & quemadmodum in huius pacis principio cantico illo lætitiæ, ut ab hominibus intelligerentur, effecerunt, ita in fine, & pacis complemento,in veſte illa candida lætitiæ,& gaudij apparuerunt eis; & quoties anima paradiſum petit, & peccator conuertitur, gaudium hoc, & lætitia in Angelis renouatur, paulatim humanitati Verbi fructum inſpicientes, in qua lætitia, & gaudio,iterum ad inuicem tribuunt ſibi pacem.

3 Dedit inſuper Maria, imò concurrit, & conſequenter pacem illam præſtitit, quæ data eſt inter tres Diuinas perſonas, nimirum pacem intuitus, in qua homo natura conceptus,gratia genitus fuit, triumque potentiarum reſtaurata in homine Trinitate, altera, vel vnita ſimul, anima, corpore, & Diuinitate conſtans, effecta eſt; non enim valens Maria productã iam creaturam creare, eam quodãmodo reſtaurauit, inquantũ ipſo Verbo carnes præſtando, concurrit ad creaturæ reſtaurationem, per gratiam, & ſimilitudinem virtutis, in qua, ſimilitudo hominis cum Deo conſiſtit, quemadmodum ratio imaginis in natura, & in potẽtijs conſtat. Ideoque *Ad imaginem, & ſimilitudinem* dictus eſt, ad denotandas duas has ſimilitudines, naturæ videlicet, quæ eſt imago; gratiæ, & virtutis, quæ eſt ſimilitudo. *Ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam fecit illum.* Præterea dans Verbo eſſe humanitatis, reddit ex parte eiuſdem humanitatis Verbi, hominem aptum ad viſionem Dei, ideſt ad fruendã vnionem,& glorificationem illius. Dedit etiam immortalitatis donum; quamuis enim prius, dono arboris vitæ,creatura immortalitatem haberet, & poſtmodum pignus futuræ reſurrectionis in die iudicij, nihilominus cum eam prius primo peccato perdidiſset, cum amiſſione iuſtitiæ originalis, peior mortalitate ipſa fuiſſet; ſi enim Verbum humanitatem à Maria non aſſumpſiſſet, qua mediante creatura apta ad recipiendam meam viſionẽ facta eſt, in qua viſione beatitudo conſiſtit; à qua ipſa glorioſè, & beate immortalis efficitur, in æternum creatura,mea viſione, Verbi humanati ſanguine acquiſita, priuata fuiſſet: quamuis etenim immortalitas poſt vniuerſalem reſurrectionem pertineret ad hominem, nolens ſapientia mea, vt pars vel à toto, vel à cõparte per totam æternitatem ſeparata conſiſtat; illa nihilominus immortalitas, quam reciperet, infeliciſſima per peccatum, milleq; mortibus miſerabilior fuiſſet, ac peior; itaut illam non habere deſideraſſet, mea æterna viſione ſe priuatam aſpiciens,ſi verbum meum mediante Maria, eam minimè reddidiſſet. Ac ita etiam Maria mediante, mundi creatura iam plaſmata, & producta, recreata fuit, maiorque amor oſtenſus eſt in ea recreanda, reddito innocentiæ,& puritatis ſtatu, quam in eamdem creanda in eſſe primo, puro, & innocenti:quo,licet cum mei offenſa, ſe priuaturam videret, tantoperè nihilominus in ſatisfactione à Verbo meo per hanc offenſam præſtanda, mihi complacui, vt illa,magis reſtaurata placeret,quam innocens.

Gen. 1.

CAPVT XVIII.

Diſtinctius in perſona Patris, quæ de pace dicta ſunt, dilucidantur.

Pater

1 VT autem hoc ſcias, Cum creatura ſtatim poſt ſuam creationem, Deitatem meam magnoperè offenderit, & puritate, & innocentia ſe priuauerit, nec propter patratam culpam,modo aliquo, illam iterum habere ex ſeipſa poſſet, neque in noſtram gratiam redire, in extremam ceciderat miſeriam, & prætereà propter amiſſam innocentiam,culpamque patratam, adeò tenebroſa euaſerat creatura, ut propter ſuã magnã cęcitatem, nec miſeriam, in qua iacebat, aſpiceret, nec curationis modum requirere cogitaret. Vndè neceſsarium fuit,ut tota Trinitas, nec requiſita, nec mota à creatura contraria, ad adhibendum remedium moueretur. Quapropter plus nos impulit amor ad eam adiuuandam, & ad notificandũ creaturę bonum,à meo Verbo, in terram deſcendente, futurum: & ad eam illuminandam figuris, & prophetijs, antiquis Patriarchis, & Prophetis exhibitis, necnon promiſſionibus,quę quamuis ante eius aduentum eſſent in figura,ipſo nihilominus adueniente,adimplendæ erant in veritate. Quod totum fiebat, ut creatura ad deſiderandum, & petendum Verbum moueretur; cum inconueniens eſſet,ut abſque petitione ſaltem, ac deſiderio donaretur. Ac ita haud rogatus, ut creatura peteret, effecit, vt petens de congruo obtinere mereretur, quod pręſtare volebat,qui ad petendum ſtimulabat; ideo maius quid redemptio fuit, quam creatio; in illa etenim non modo deperditam innocentiam creaturę reddidit, ſed etiam plura contulit dona. Quid maius etiam fuit, quoad Deitatem, cum maiori dilectione opus eſſet; tum propter patratam offenſam, tum quia creatura ad pacem petendam minimè mouebatur, Quapropter ipſa Deitas puro amore ſuo mota, hanc pacem,Verbo mediante,effecit, quod humanitatem aſſumpſit in Maria.

2 Plura inſuper dona creaturæ collata fuere; primò vt meæ Deitati vniretur, & ita propter incarnati Verbi mei merita, digna mea viſione,in qua omnis beatitudo conſiſtit, redderetur. Prætereà glorificationem, fruitionem, & communicationem mei, omniumque meorum bonorum impertiuit; quorum maius fuit Diuinitas mea in Verbo meo, cuius ipſa particeps effecta eſt; in quo dono adeò humanitatem exaltaui, ut non modò in Cęlum ad meam fruendam viſionem,indeque glorificaretur, ſed etiam in throno Trinitatis in ſinu meo, adduxerim:ad dexteram meam collocando, & in meo Verbo omnem poteſtatem in Cęlo, & in terra impartiendo. Itaque humanitas veſtra per communicationem idiomatum vna ex perſonis Trinitatis, effecta eſt, & in meo Verbo ad ingentem gloriam, & magnitudinem exaltata; cum per vnionẽ ad Verbum,creatura, totius quod in eo eſt, reddatur particeps. Particeps etiam fuit totius honoris, exaltationis, gloriæ, & magnitudinis illius. Quilibet verò plus, minuſue de Verbi mei magnitudine, gloria, & exaltatione, ac de mea viſione, fruitione, & communicatione participat, ſecundum quod plus, minuſue ſua fuerunt merita. Et ſimiliter quilibet tantò magis de eſſentia meæ Diuinitatis intelligit, quantò magis puritatem,& innocentiam in Sancto Baptiſmo receptã cuſtodit; quæ puritas à Verbo meo (Maria mediante) in dicta creaturæ recreatione, reddita eſt.

3 Itaque creatura plus participat, & intelligit: ſi plus dici fas eſt, de mea Diuinitate, vel Deitate mei puriſſimi eſſe, æterni,imprincipiati,& interminabilis,& de Verbi vnione ad humanitatem vobis occultam,& ignotam, modum dico, quo facta eſt, plus inquam, participat, & intelligit, quam Angeli, quoad pręmium maioris virtutis, & gratiæ, quod ipſis, ideſt in aliquibus,maius eſt,quam in Angelis: etenim Angeli in ſumma puritate creati,ſtatim in gratia confirmati fuere; quam ut cuſtodirent, patiendo minimè laborauerunt; creatura verò, quamuis pura ſicut & Angeli producta fuerit, oportet nihilominus, vt magnopere ad illam

illam retinendam, & conſeruandam elaboret, & patiatur. Quapropter conueniens eſt, ut ipſa cum plus elaborauerit, plus participet, & intelligat. O omnia verò hæc dona, & gratias, Maria mediante, habuit, & conſequuta eſt; cum ipſa huius recreationis à Verbo factæ fuerit mediatrix.

4 Dicam amplius filiola; quod quamuis priuſquam Verbum à Maria humanitatem aſſumpſiſſet, & pateretur, & moreretur in illa, ego vellem creaturis rationabilibus gloriam dare; Et quāuis Adam non peccaſſet, in Paradiſum vos adduxiſsem, & Verbum etiam incarnatum fuiſſet; nihilominus tam magna Creatoris gloria, Verbique magnitudo nequaquam manifeſtata fuiſſet: Verbum enim non triunphator, ſed glorificator fuiſſet, & ab huius triūphi gloria defeciſſet, partimque veſtra fuiſset gloria, quam dediſſet, cum vos ipſos in ea puritate, in qua vos ego creaui, retinuiſſetis; ac ita non adeo mea bonitas, & miſericordia, quam rāti facio, apparuiſſet. Præterea licet gloriam, & meæ Deitatis viſionem vna cum communicatione aliorum donorum ad gloriam pertinentium habuiſſetis; nequaquam tamen tanta magnitudine, capacitate, & intelligentia, ſicuti conſecuti eſtis: Verbum enim cum effuderit ſanguinem, magis expoliuit, ornauitque animas veſtras, quam antea, aptiores ad meam reddidit vnionem, mouitque ad maiorem vobis amorem oſtēdendum. Qui Amor, ſi non ab alio, à plagis Vnigeniti mei, veluti à tot feneſtris, apertè manifeſtatur, & inſpicitur, viſionem inſuper, & fruitionē mei ſicuti ſum tribuendo ampliorem. Et tantum differret gloria quam dediſſem, ſi Verbū meū propter peccatum mortuum non fuiſſet, nec vos redemiſſet, ab illa, quam nunc tribuo; quantum differt meritum Vnigeniti mei, cui innititur veſtra gloria in paradiſo, à meritis aliorum hominum, de quibus benè dixit Propheta meus, quod
Iſaia 64. *Omnes iuſtitiæ eorum erant quaſi horridus pannus*; Et quanto magis pro creatura paſſus eſt, tantò magis creatura, pro qua eſt paſſus, exaltatur.

5 Vide ergò cariſsima mea, & Vnigeniti mei ſponſa quam proficua fuerit creaturis Maria, eo quod pacem hanc reddiderit Verbo, qua medianre, tot bona vobis venerunt; cumque cum æterna Trinitate concurrerit, conſequenter omnibus illis pacibus cooperata eſt, quæ ab æterno in meo Diuino conſilio homini datę ſunt à mea Deitate; & prima quidem, ut dictum eſt, quæ fuit pax ſpirandi, in throno Trinitatis data eſt, in mea idea, in qua Angelum, nobilem ſpiritum creare decretum fuit; ad quam pacem concurrit etiam Maria, tanquam à me prædeſtinata Mater Verbi mei. Et quamuis opus illud tam factū, nimirum creandi Angelos, non exequi non potuerit, concurrit, nihilominus, & ita cooperata eſt, ut eorum reſtauraretur numerus, mediāte eſſe, quod Verbo dedit, eorumque aſpirans deſiderium mei honoris compleretur, vnde nobilitata, & magnificata valdè eſt natura Angelica.

6 Concurrit etiam Maria ad eam pacem, quæ eſt intuitus, & data inter nos tres perſonas Diuinas; Cum ego in Verbo intuitus eſſem, & Verbum in me, & ambo in Spiritum Sanctum, & Spiritus Sanctus in ambobus, vndè creata eſt illa noua hominis Trinitas. & nō valens Maria hominem à me creatū creare, ad eum recreandum, mediante Verbi incarnatione, cooperata eſt: & conſequenter ad dictam pacem concurrit, aptam reddens creaturam ad recipiendam beatificam meam viſionem, ſuamque glorificationē, in qua pax illa complacētiæ concluditur, quæ in ſinu meo data eſt Verbo, & in corde Verbi priuſquam incarnaretur. Et hæc fuit pax illa, quam ipſa, & dedit, & reddidit, reſpirans, & dicens. *Ecce Ancilla* Luc. 1. *Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, voluntatem ſuam Deitatis meæ voluntati conformando; fuitque dicta pax reddita Verbo, pax reſpirandi, & hæc in ſuo ſacratiſsimo vtero; vnde in ipſa, & per ipſam, idest per Mariam multiplex hæc pax in vnum concluſa. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, inquit Verbū meum.

CA-

CAPVT XIX.

De multiplici ad huc pace ratiocinatur.

1 POſtmodum, æternum hoc aſſumptum, & humanatum Verbum pacem dedit creaturæ; & quæ nam pax hæc, ò Verbum? pax vnionis, quæ creaturam reddit participatione Deum, & Deũ amore hominem. Pax hæc vnionis à Verbo creaturæ data, eam aptam ad recipiẽdum reddit, quemadmodum iam creationem, ità & recreationem; & glorificationem. Imò dicere audeo, maiorem fuiſſe operationem Mariæ in Verbo, quàm verbi cum creatura; Maria enim altiſſimo huic operi aſſentiendo, Deum homini vniuit, Verbum verò vnit ſibi hominem; maius autem eſt altitudinem demiſſioni, quàm demiſſionem altitudini vnire. Præclarior item fuit Mariæ operatio in Verbo: illa enim efficere non poterat, vt Deus ad modum illius operaretur, ſi Deus ex ſeipſo, & per ſeipſum ſeſe non inclinauerat; Verbum verò benè poteſt efficere vt creatura voluntatem eius faciat: imò nullus eſt, qui poſſit abſolutæ voluntati Diuinæ reſiſtere, illam tamen non cogit, quia liberam creauit. Fuit inſuper aliquo modo maior vnio Mariæ: Si enim illa vnionem hanc prius non effeciſſet; Verbum aliam vnionem cum homine minimè perpatraſſet. Per quam Mariæ vnionem, pacem homo cum Deo habuit, & Chriſti meritis aptus effectus eſt, ad viſionem eiuſdem Dei recipiendam, & gloriam ab æterno præparatam, & prius per peccatum amiſſam. Et ab hac Marię vnione pax vnionis, quam Deus dat creaturæ poſtea orta eſt. Quæ vnio aptos nos reddit ad communicationem Deitatis recipiendam, & tot dona, & gratias, quot ipſe confert; qui tantum in hac ſua communicatione nobiſcum ſe extendit, vt non modo non ſuffecerit ei noſtram aſſumpſiſſe humanitatem, & in ea hic deorſum triginta tribus annis peregrinatum fuiſſe, pretioſiſſimunque ſanguinem in Redemptionem dediſſe, ſed etiam maiora præſtitit, ſeipſum in Sanctiſſimo Sacramento relinquens, vt eſſet *Nobiſcum vſque ad conſummationem ſaculi*, vt ipſe dixit, & pro libito noſtro vnionem cum ipſo faceremus. O vnio alta, & ſublimis, quàm digna, & in excogitabilis omni creaturæ, quanto omni noſtri intellectus capacitate maior, quantumuis pro nobis facta, à nobis operata, & à nobis eo modo, quo poſſumus eſſe capaces, aſſumpta, noſtra tamen diſpoſitione concurrente. Et hæc eſt pax, quam Deus dat creaturæ, pax vnionis. O vnio, ò vnio, *Mat. 28.*

2 *Pacem meam do vobis*, dat ſe *non quomodo mundus dat*, delectationibus, diuitijs, & delitijs, & hæc non eſt pax vera, ſed certiſſimum bellum, nam eam ſuſcipientes, ad atroce, & iuge bellum adducit. Quàm bene cognouit, qui à Deo illuminatur, & per eius gratiam, ab ea foras progreditur. Foris hoc bellum noſcitur, dum enim in mundo ſumus, pacem habere videmur, & fallimur: Et ſi videmur habere, hoc euenit, quia ſerui redditi noſtrarum paſſionum, mundi, dicam etiã, dæmonis, qui tamquam ſeruos catenis alligat, nec noſtram cogitare finit libertatẽ, ſed veram libertatem, In qua pax vera cum Deo, & nobis ipſis, inueniretur,

3 At pax à Verbo data, in oppoſitum it; etenim in mundo hoc, laboribus, tribulationibus, perſecutionibus plena eſt, poſtea tamen ad tranquillam, & quietam pacem conducit. Dicam aplius; in medio eorundem laborum pacem ſuam præſtat, nàm idem Spiritus tandem teſtimonium aliquo modo reddit. quòd ſumus filij Dei & hoc eſt, quod dicitur. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*, Non modò deincèps, ſed etiam ipſe luctus conſolatio eſt, ſicuti idem pro Deo bellum, pax eſt; & in ardentiori tribulationum igne, ventus, & ros refrigerans cæleſtis conſolationis ab amantibus Deum inuenitur, quẽadmodum paruuli in Caldea. O pax, ò pax, quid eſt pax? Tranquillitas cordis, conſcientiæ ſerenitas, claritas, & participatio luminis, ſplendorque Cæleſtis, qui eo modo quo hic deorſum poteſt, quod *ſumus filij Dei* intelligere facit: & qui hãc pacem hàbet, ſecurus viuit, & in omnibus quieſcit in Deo; Creatura poſtmodum, *Matt. 5.* *Pſal. 3.*

pacem

pacem ſuo reddit creatori: ſed quænam pax eſt illa? Non capio illam. Mariæ pacem aliqualiter intelligebam; hanc uerò nullo prorſus modo. Ignoro modum, quo creatura valeat pacem ſuo reddere creatori, vel quid ſit iſta pax. Pax laudis, & gratiarum actionis, in pace, quam Verbum creaturæ dedit, in qua intrinſecum, & extrinſecum creaturæ participauit: intrinſeco, ideſt animæ, dos ſua data eſt, vnionis, fruitionis, aliæque exteriori, ideſt corpori, immortalitatem reddidit, aliaque: ac ita vult, vt pax ab homine reddita, cum intrinſeco reddatur, & extrinſeco. Ad extrinſecum, laus, quæ ore fit, pertinet, dummodo cor cum illa coniungamus; vult enim laude pura, & ſpeciosa laudari, quia *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatorum*. Eoque magis à nobis Sponſis requirit, quoad Diuina officia perſoluenda tenemur. Si enim ſolo ore, procul mentis attentione, perſoluimus, non modo obligationi non ſatisfacimus, ſed Deum offendimus, quia à proximis purè laudare videmur, cor autem noſtrum longe eſt ab eo. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*.

Eccl. 15. *Mat. 15.*

4 Gratiarum etiam actionem à creatura requirit Deus, quod eſt vnum magis ad intrinſecum cordis, quam ad extrinſecum pertinens. Quæ gratiarum actio ab amore erga Deum, & à donorum, & gratiarum Diuinarum cognitione procedit; redditque nos aptos, vt maiori plenitudine dicta dona, & gratias à ſumma Verbi liberalitate recipiamus. Prima, quæ ad gratias egendum de dono humanitatis Verbi concurrit, fuit Maria, quæ Deo gratias egit, prius corde, poſtea ore, & ità altè magnificauit, quando à ſpiritu Sancto mota, pulchrum, & Diuinum canticum protulit. *Magnificat anima mea Dominum*. Et hæc eſt pax laudis, & gratiarum actionis, quam creatura ſuo reddit Creatori, quamque Deus ab omni creatura requirit.

CAPVT XX.

Quomodo in varijs tentationibus debeat ſe gerere, admonetur.

1 Filiola, & ſponſa vnigeniti mei, replico, vt iugiter ad initium tuæ cognitionis, ideſt, tui non eſſe, redeas: Si enim hoc in te perſeuerabit, eſto ſecura, quod ſemper mecum eris vnita, & multiplex pax iſta erit in te, quamuis tibi in iugi bello eſſe videaris; Sicut enim aliàs dixi, multi leones in hac tua probatione foras egredientur, & aduerſum te inſurgent, verberantes, & affligentes non modo in exteriori, ſed etiam omni ui interiora tua penetrare ſtudebunt; quod à me nequaquam permittetur, cum eadem gratia, quæ nunc, erit in te; & quanto magis urgebunt, tanto magis in te gratia mea, licèt imperceptibiliter, ſuperabundabit; quod ſi tuæ menti hæc dona à me non eſſe, ſuggerere voluerint, & creaturæ, me permittente, timorem tibi incutient, non eſſe vera dona, dicentes; eſto ſemper firma, & in me ſtabilis, & nullatenus de præteritis timeas, nec in præſentibus ſiſtes, nec futura inueſtigabis; quia ſic ego volo. Et quamuis plurimi per hanc probationem, te mihi minus vnitam, ac minoris perfectionis, quàm tempore præterito fueris, extimare poſſent, ne illis credas, quia non erit ità. Imo, ò cariſſima mea filiola, probatio hæc, clarum, & manifeſtum ſignum erit magnorum donorum, & gratiarum tibi à mea liberalitate datorum; non tuo merito, cùm à creatura tanquam à ſe, bonum nullũ proueniat; & hæc probatio clarior, & ſecurior via erit, vt te ad maiorem perfectionem adducat. *Pater*

2 Maximis certaminibus à dextris, & à ſiniſtris circumdaberis, ita vt neſcias quò te vertas; & aliquando me procul à te exiſtimabis: ſcias autem me ſemper tecum fore, ſi tamen iugiter mea intrinſeca incitamenta diligenter ſequi operam dabis, quemadmodum hactenus effeciſti; & quamquis magno ſtudio id patraueris, multò maiori nihilominus oportebit efficere,

ficere, cum laborioſius intelliges, ac cognoſces, eritque veluti fuſcum lumen in tenebris huius tuæ probationis: ſequere tamen eum, quando vſque ad perfectum diem te adducet. Quoad extrinſecum, regulam à me tibi præſtitam obſeruabis, vſquequò nouum recipias lumen, exequens ſuper omnia meã, quam nunc intelligis, operationem.

Anima. 3 O Pater Æterne, ſufficit mihi gratia tua, & ſi mecum erit Verbum tuum, quis contradicet? quis poterit me mouere, nè dicam proſternere, vincere? corticem hanc ſiquidem verberabunt, non cordis medullam; ſi affligere voluerint, percutiant, & ego libenter tulero: nunquam tamen animum in tuo diuino beneplacito demiſſum potuerint perturbare. Si verò hanc tuam non eſſe voluntatem dixerint, omnia, omnemque perturbationem ſedabo; cogitans, quod hoc ipſum à tua prodeat voluntate, & mei eſſe abiectionem reſpexero. Si in infernum deduxerint, auxilio tuo in Cęlum conſcendam; ſi verò in Cęlum, in infernnm deſcende-
Pſal.17. ro, deiectionem mea cogitando: *Et in nomine tuo traſgrediar murum*; Et quamuis
Pſ.115. in *Exceſſu meo dixerim. Non mouebor in æternum*, cognoſco nihilominus fragilitatem meam, & in hac vel breuitate, vel longitudine temporis, prout tibi placet, pluribus inſurgentibus prælijs, quid mihi faciendum ſit, ſcio. Quod vero remediũ aſſumpſero. O Pater?

4 Aſſumes, ô filiola, toties tibi iteratam tui non eſſe cognitionem; repeto, & repetam, meaque hæc repetitio, breuis tibi videbitur eo tempore. Tecum ero, ſicuti Veritas mea cum Apoſtolis, prædicens eis futura, & quæ pati debuiſſent, vt præmoniti ad omnia pararentur; ita quod tibi euenturum eſt annũcio, ut monita, te præpares, nè poſtmodum adeò graue videatur. Scis quomodo eueniet tibi? Similiter ac ſponſæ habenti pro Spõſo virum potentem, diuitem, & magnum Dominum, qui, vt aſſolent Principes, rara, & exquiſita medicinæ ſecreta, & ſimilia, ad veneni remedium ſeruat: huic ſponſæ, ſi pauper mendicans vellet præbere venenum, quid nocere poſset? cum ſubito ſui Sponſi medicamentis ſuccurreretur; quamuis enim illa venenũ hauſiſſet, Sponſus attamen tot remedia aduerſus adhibet, vt parum, aut nihil poſſit obeſſe.

CAPVT XXI.

Sub varijs figuris, de Spiritu Sancto, eiuſque proprietatibus diſſerit.

1 PAcem meam do vobis. *Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: Vado, & veniam ad vos.* Ioan. 14. Ita dicit Verbum, quia ad dandam pacem Spiritum Sanctum vult mittere. Hic eſt Spiritus conſolationis. Tu verò, ò Sancte Spiritus, Fons es ille ſignatus, Rubus ardens, Columba à Noe Arca egrediens, Virga, & legis Tabulæ, fortiſque Columna per mũdi deſertum nos deducens. Tu es Columba illa ab Arca egrediens, cum Arca humanitatis Verbi: dico Columbam hanc eſſe Spiritum Sanctum, qui in rebus adeò vilibus, ſicuti eſt cor, & humanitas noſtra, quieturus, nunquã, niſi per Verbi humanitatem quieſceret, & vbi? in Oliua, cuius aliquot aſſumit ramos, & defert ad Arcam. Hoc vltimum corda ſunt miſerantia, non ſola quadam extrinſeca, & ſimulata miſeratione, nequaquam, nequaquam, ſed manſuetudine quadam magis intrinſeca, quam extrinſeca: & ipſa columba accipit oliuæ fructus, qui ſunt luminis, & nutrimenti. Huius oliuæ rami, ſunt, Veritas vnus, Miſericordia alter, alter Iuſtitia, Prudentia alter; magnæ, & ſpecioſæ oliuæ ſunt animæ ſanctæ, quæ ſuper virtutum ramos quieſcunt, alias animas ad Deum trahẽtes. Accedit poſtmodum colũbina, ideſt Spiritus Sanctus, & aſſumit ramos, eoſq; conducit, & reducit ad Arcam, quæ non eſt quemadmodum illa Noe, ſed quodãmodo ſimilis: & quænã Arca eſt iſta? eſt Arca humanitatis Verbi, in qua columba Spiritus Sancti ramos affert, ibiq; collocat, & poſtmodum in Eccleſia plantar, vbi fructus reddere facit. Non quod Spiritus Sancti columba iugiter ibi permaneat, cum alicubi propriè non quieſcat,

Digitized by Google

ſeat, quam in eſſentia indiuiduæ Trinitatis, ſed per operationem dicitur in Angelis quieſcere, & in benigna illa Chorea Beatorum, qui Sanctiſſimam Trinitatem circumſtant.

2 Sacratiſſimus hic Spiritus, cum nomen dignius non reperiam, eſt Rubus ille ardens,& non conſumens. Ita cũ Apoſtolis egiſti, ò ſacratiſsime Spiritus, quibus non in columbæ ſimilitudinem, ſed in forma ignis, & ignis nimium ardentis, teipſum dediſti; cur autem tãquam ignis, non ſicuti columba, vel aliud? conſumpturi enim erant neſcio quid tepiditatis, & infidelitatis, ideſt timorem quemdam, qui in eis erat, & quod eſt in Eccleſia hodie, nimirũ quid tepiditatis, quæ adeò nocet animabus, vt exprimi nequeat, cũ in nobis Spiritus Sãcti operationem impediat, & gratiam, quam nobis communicaret, ſi tepiditas hæc non impediret. Ego deſiderio deſidero, & non deſidero, agnoſco tamen deſiderare, & non deſiderare debere, & hoc deſiderio pro meipſa, & pro omnibus, vt columbam, & Rubum deſidero. Sed hoc, quo modo? oppoſita quidem ſunt, deſiderare, & non deſiderare. Aio, ex meipſa, tanquam ex meipſa deſiderare nolo, quia nullum deſiderium habere volo, & dicere audebo, imò dicam, quod ſi mihi daret, vt in me voluntas mea, & nõ ſua, vt ſua, & non vt mea, fieret, quamuis in hoc voluntas ſua, ſed non primario, & totaliter eſſet, nullo modo contenta eſſe vellem: tantum mihi refert nolle iterum poſſidere, & meum facere, quod iam ipſi dedi, totumque ſuum eſſe volo; vt verè in omni re dicere
Matt.6. queam. *Fiat voluntas tua*, dico de omni mea voluntate, & deſiderio. Itaque bonum, quod via hac non venit, non mihi videtur bonum, potiuſque eligerem, & ita cupio, nullũ aliud donum præter hoc, quod etiam ſuum eſt, habere: nimirum totam meam voluntatem, & deſiderium in eo relinquere, quam quodlibet donũ, ſolummodo pro meo velle, & deſiderio.
Pſal.53. *In me ſunt Deus vota tua*, & non vota mea. Nequaquam, nequaquam, quia nolo. *Quas reddam laudationes tibi?*

3 Cupio etiam tanquam ignem, & tãquam ardentem Rubum, hoc modo non cupiens; ignis enim eſt lucens, & tanquã ignem, ut illuminarentur, & illuminarẽt, habuerunt Apoſtoli; ita dixit Verbum, quod *lux mundi*, & lucerna ſuper candelabrum, quæ omnes illuminat, & Ciuitas ſupra montẽ poſita, futuri erant: quod autem, eſt obſcurum, & tenebroſũ, nec aſpicitur, nec delectat. Ardet tanquã Rubus, & conſumit hic ſpiritus, imò conſumptum reſtaurat; cum enim mediante inobedientia peccauerimus, æterni Patris ſubſtantiam, quam dederat, amiſeramus; & mediante Spiritus Sancti aduentu reſtaurata fuit, ipſo tãquam dono adueniete ad Eccleſiam ditandã, & ijs gratijs, & donis implendam, quæ peculiariter Spiritui Sancto tribuuntur.

4 Eſt etiam Spiritus Sanctus *Fons ſignatus*, veritatem manifeſtans, cum ait:
Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, & fiet Ioann.7.
in eo fons ſalientis, quod in vitam æternam, Ioann.4.
Signatus etiam magno illo ſigillo immẽſi amoris interni, tanquam à Patre, & Verbo procedentis. Ac ità iugiter hic Spiritus prætioſo illo ſigillo amoris ſignatur, dicam amplius, ſigillo Sanguinis Verbi occiſi Agni, qui illum pro nobis meruit:
Si non abierò, Paraclitus non veniet ad vos, Ioan. 16.
ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Idem ſanguis eſt, qui eum, vt veniat, mouet, licèt à ſeipſo moueatur, uelitque etiam ad nos venire.

5 Repræſentatur etiam hic Spiritus in Deuter.9.
tabulis illis Moſaicis à Deo præſtitis, in quibus lex ſua à populo illo obſeruanda ſcripta erat, cùm ſit Spiritus iſte totius legis conplementum: Ecce complementũ Diuini eſſe in nobis præſtat, dico per gratiam, & illius, quod idem Deus in gratiæ conformitate à nobis, & confirmatione requirit; dat etiam complementum gloriæ à gratia procedentis; & quemadmodum ipſe eſt nodus, vt ita dicam, Sanctiſsimæ Trinitatis, indiſſolubili amoris vinculo Patrem, & Filium ligans, quod eſt eſſe complementum Trinitatis, quo vinculo numerus trium perſonarum cõcipitur, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, *Et hi tres vnum ſunt*. Ita dictus Spi- Ioann. 6.
ritus, cum ſit tertia perſona, eo indiſſolubili vinculo eam Trinitatem in nobis complet, ſi ex parte noſtra à perfecta nõ

deficimus charitate, quam nobis communicat,vt inquit eiuſdem Spiritus Sancti organum. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*;ipſe quid nobis faciendum ſit,vt Trinitati placere poſſimus, manifeſtat,intrinſecè inſpirationibus,extrinſecè prædicationibus,ac monitis, quæ omnia ab ipſo procedunt, vt diuinus ait Apoſtolus,quod, *Nemo poteſt dicere dulce,& ſuaue nomen Ieſu, niſi à Spiritu Sancto moueatur*. Ipſe theſaurorum, qui ſunt in ſinu Patris,diſpenſator eſt. Ipſe theſaurarius eſt conſiliorum, quæ ſunt inter Patrem,& Verbum. Ipſe figuratur in virga percutiente in deſerto petram, vt emitteret aquam,non modo creaturas, ſed & beſtias ſatiantem,& quo modo? Æternus Pater manu ſuæ potentiæ, & bonitatis hanc aſſumit virgam,& percutit petram hanc; *Petra autem erat Chriſtus*, ex qua, veluti crudelis, ſed fortunati Longini lãcea, non ſolum aquam, ſed etiam ſanguinem abundantiſſimè facit emanare. Aquam ad abluendas maculas, ſanguinẽ ad animas noſtras ornandas,& vniendas, dum in huius mũdi deſerto commorãtur in quo beſtiæ inhabitant. *Homo enim cum in honore eſſet non intellexit,comparatus eſt iumentis,& ſimilis factus eſt illis*: Percutit etiam firmiſſimam hanc petram in paradiſi deſerto,deſerto,inquam,ad homines reſpectiuè, à paucis enim, damnatorum comparatione,incolitur: ibique ſupereffluentes gratiarum aquas pro nobis expoſtulat,& *Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*, Vt in flumine hoc, aſcendente æqualiter, & deſcendente,inuoluti, illuc perueniamus, vndè deſcendit; *Omne datum optimum, & Omne donum deſurſum eſt,deſcendens à Patre luminum*, & ità *Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*.Catharactæ Cæli iugiter ad gratiam deorſum emittendam, aperiuntur, nos verò deſiderij os nequaquam apertum ad eam recipiendam tenemus.

Rom. 5.

1 Corint. 12.

Pſal.

Ioan. 4.

Iacob. 1.

6 O quantum ad eum mittendum recraſtinat Cælum:veniat,veniat, ò æterne Pater:veniat,veniat ò puriſſimum Verbũ, iam enim amæniſſimum hunc Spiritum, Spiritum bonitatis mittere dignamini. Inſpice mouentem,& firmiſſimum Spiritum, deſcendentem à patris ſinu,& in Verbi latere intrantem, ex quo poſtmodum à Verbi corde egrediens,ad nos deorſum venit: ò quam diues pro nobis aduenit,ò beatus qui eum ſuſcipit. A Patris ſinu potentiam attrahit,maiori donorum copia,quam ſint ſydera cęli. A Verbi latere amorem ardentem attrahit, maiori fructuum copia,quam flores habeat nouũ ver. A corde Verbi intrinſecam attrahit puritatẽ, limpidiſſima, & clariſſima aqua lucidiorem. O magna res. Idem Spiritus à digna perſona Patris diſcedit,& ad nos deorſum venit. Sanguis tuus ſit tibi in Gratiarum actione.

CAPVT XXII.

Spiritum Sanctum, Eccleſiæ, & animarum cultorem deſignat.

1 MOuens Spiritus tuus Cælum, & terram circumit: amænum Eccleſiæ hortum colit reſpiratione ſua, aridæ ſiccæ, ac terræ plantas attrahit, & in Eccleſiæ Sanctæ horto ſuo complantat, vbi quinque riuulis irrigantur. Fons ad irrigandum ſe ſe exhibuit Verbum, riuuli ſunt quinque Plagæ, & non aqua, ſed proprio irrigat ſanguine. Sed quęnam aridior terra,quam infidelitas poterit inueniri, neſciens vbi ſiſtat, vbi quieſcat,vbi delectetur? Super effluẽtiam gratiæ ſuorum electorum, donorum eis collatorum. aſſumit, ijſque nouiter plantatis communicat; eſſet enim adeò ingens donorum,& gratiarum abundantia,ideſt electorum,quod,ut ita dicam,ſuſtinere nequaquam poſſent, deficerentque ſub illius, quamuis ſuauiſſimo,pondere, *Cum feceris mirabilia non ſuſtinebimus*. Iſaia 64.

2 Trahit poſtmodum ſpiritus hic plãtas aliquas à terra illa adeò gratioſa, & influenti humanitatis Verbi; & quidem alias trahit propter nimiam ariditatem, alias verò propter nimiam vbertatem, nolens vt ſibi ſimul fructus producant. Quid interuenit, ò Verbum? vitis, ſimul ac vim ſuam præſtat, ſtatim deficit fructus

ctus eius. Deus verò, qui eſt æternus, vult vt creatura perpetuò, & cum perſeuerātia (vt Deo aſſimiletur) & vt perfectè, abſque proprij amoris mixtione operetur; ideoque multoties hic deorſum in terra eam aufert à ſe, abſque eò quod tollat, eamque in horto Eccleſię plantat, vbi plus de eiuſdem Eccleſiæ ariditate, & ſiccitate participat, ariditate inquam tribulationum, & laborum quos paſſa eſt, patitur, & patietur Eccleſia. Addo inſuper, quod de ariditate aliarum ſuarū plantarum participat, quæ de ſua etiam participant pinguedine, ſpiritualiter facta, de ariditate vnius, cum vbertate alterius, mutatione; Ex quo magis honoratur Deus, quam ſi quilibet in ſuo eſſe, ſtatuque remaneret. Idem inſuper ſpiritus, aliquas traducens plantas, in Verbi humanitate plantatas, alijs impartit, veluti amicus ille in ſuo horto ſpecioſos habens fructus, quos licet caros, amoris nihilominus cauſa elargitur amico. Ita Spiritus Sanctus, diligit quidem animam ſibi amore coniunctam, adeò tamen ergà genus humanum amore capitur, vt à ſe animam transferat, à ſe, inquam, per ſenſibilis, vt ita dicam, gratiæ guſtus ſubtractionē, quam generi humano confert; itaut aliquando anima Deum valdè guſtans, minime Deum guſtare videatur. Totum hoc cum æterno Verbo præſtitit, idem ſpiritus, illud, ſecundum noſtrum loquendi modum, à ſinu Patris auferendo, & in hoc mundo tranſplantando, vbi ſum ego miſera, & miſerabilis, & iterum in manibus malignorum, & peruerſorum Iudęorum traducendo. Hijs verò accidit, quemadmodū ſi alicui fructus valdè ſuaues donarentur, ipſe dulcedini minimè aſſuetus, illos ſeponit, nihilque æſtimat; Et quid deſpectius, & abiectius Verbo Iudæis viſum eſt? quod veluti lignū aridum fuit, quod nocere, & adiuuare valet poſſidenti, ita Verbum Iudæos læſit, qui *Eum non receperunt*, nec crediderunt in eum.

CAPVT XXIII.

Sub obſcuris figuris, tria vitæ ſuæ tempora exprimit.

1 Intueor Spiritum Sanctum æterni Verbi ancillam attrahentem, & aſſumentem, ſanguine veſtitam, & coopertam, nubecula candidiſſimā faciē habentem obſcuram, cuius calceamenta aſpera, eamque coram throno Sanctiſſimæ Trinitatis adducit, ibique veluti mortua iacet: ſed ecce Pater Æternus à ſua dextera ſuaue in ea gloriæ ſuæ diſtillamentū infundit, ſibique ſimilem eam reddit, vt Scriptura ait, *Ego dixi, Dÿ eſtis*, veluti Deum alterum. Verbum verò à ſiniſtra haud videtur in illa infundere, ſed ad ſe trahere, & in ſe abſcōdere. Spiritus poſtmodum dat ei nomen Verbo ſimile, vultque à ſuo nomine, quod eſt Ieſus, accipiat: vnde loco. I. vult, vt ſit. L; loco. S. ſit. B; loco. V. ſit A, voceturque his tribus literis L. B. A. *Pſal. 81.*

2 Quælibet harum trium literarum L. B. A. tres parturit libros, iubetque Spiritus Sanctus, vt tres iugiter legat, tres alios inſpiciat, videat, & ſyllabatim, nullam perlegendo, conſideret, & alios tres ſimul conſeruet, ponatque in ſecretiori loco, quoaduſque aliud intelligere dabitur. *Qui poteſt capere, capiat.* *Matt. 9.*

3 Iterum idem ſpiritus aſſumit, tollitque ab ea omne præceptum præteritum, & quid agit? omni veſtimento, & ornatu, quo induta erat, expoliat, nouaque nunquam viſa, nuditatis veſte induit, faciem eius clariſſimo lumine obſcurando, & calceamenta ſimiliter nuditatis tribuendo. Nomen inſuper quod dederat, ſimul, & libros, tollit, & in fornace lateris Verbi comburit. Sex poſteà libros præbet, quorum duo debet comburere, in duobus ſe tanquā in ſpeculo debet inſpicere, duos verò alios iugiter voluere, & nihil aliud agere. *Qui poteſt capere capiat.*

Aſſumit iterum, nec amplius veſtit, aut eam expoliat, ſed nomen nouum tribuit, nolens, vt habeat nomen Gleba. Sed omnis litera huius nominis à glorioſo no-

mine Ieſu permutati,tres alias parturit: à prima L.oritur A.E.I.à ſecunda B. oriuntur, O.M. O. à tertia. A. oriuntur F. R. E. quæ ſonant has nouem literas ſimul. A. E.I.O.M.O.F.R.E. & ab his nouem literis oriuntur hæ aliæ. A.M.E.N. quod exprimit glorioſum. Amen. Pro nunc Glebba poſſidet, aliquando Ae io mo fre, et poſtea glorioſum Amen poſſidebit,

CAPVT XXIV.

Ad incepta de Spiritu Sancto,eiuſque operationibuſ,redit.

1 IN primo ſuo aduentu ſuper Apoſtolos egit hic Diuinus Spiritus, vt illi,aptum vniuerſum orbem,(vt eſſet inter has fæcundas plantas)redderent,licet plurimi propter meam priuentur ingratitudinem. Sed Diuino huic Spiritui nec ſatis eſt hæc ſola operatio,traducendi nimirum has plantas in Eccleſiæ horto, in Paradiſi viridario, quod eſt Sancta Religio,& ab hoc,in horto amici, quæ eſt humanitas Verbi, nec ſiſtit, nec contentus eſt,quoad vſque huc non adducat.Idem infundens Spiritus venit in animam, ſilentio canens. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Venit cantans, & ſuipſius qualitates enarrans. Venit veritatem narrans, vt vniat;in ijs deſcendens, qui ipſi, & ſuis proximis vniti ſunt. Venit narrans, quòd electus populus deberet iugiter meditari, & iugiter beneficiorum Diuinorum, ſuorumque nouiſſimorum memoriam habere, *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Pſal. 2. Eccl. 7.

2 Venit hic ſpiritus ad reædificandã omnimodè ædificatam ciuitatem Ieruſalem,mirabilique huic ædificio, vt omnimode prouidens agit; ædificatores aliquos,alioſq; miniſtros eligendo, qui nullum affabrè claboratum lapidem deficere curant. Architectus,& Magiſtrorum primus,eſt æternum Verbum. Ædificatores, Chriſti ſui in terra;ſine his enim nec ædificari,nec poni lapis aliquis poteſt.Miniſtri iugiter portantes, actiui ſunt Confeſſarij:Lapides ad ornatum,contemplatiui: Calx, quæ Sanctam hanc vnionem præſtat, Virgines Sanctæ, quibus & Sponſæ concurrere deberent, vt ſimul cum arena Sanctorum Eremitarum, qui regula,& doctrina ſunt vniti,vnà cum ſanguine occiſi Agni,extinguatur. Sed inſpice, quot ad dictum, licèt firmiſſimũ,ædificiũ deſtruendum, & euertendum inſurgunt. At defectus,vt plurimum,potius eſt ædificantium,& calcis,quàm lapidum. Ita, ita. Chriſti tui, & ſponſæ tuæ, ſeipſos amando,ornare ſe putant, fortiter tamen decipiuntur; plus enim à te,quam lux à tenebris:abſunt;vndè à ſponſa tua non plura verba,ſed ardentia deſideria, & firma opera quæris. Ideoque non ſufficiet dicere. *Domine Domine aperi nobis*, ſed vt inquit infallibilis veritas, non intrabit in regnum Cælorum qui dixit bis, *Domine,Domine.* Nec aliquis ſe excuſet,te honorare non poſſe. Sed certè quilibet te honorare nolle ſe accuſet.Honor enim à corde noſtro dependet, cuius ſolummodo,ò Domine,nos voluiſti habere dominium.Nemo ſe excuſet,dixiſti enim Apoſtolis, *Opera tuis ſimilia facturos*, etiam quoad admirationem ipſorum operum patrata ſunt,*maiora*,vel minora, iuxta eorum caritatem, & virtutem.Nemo ſe excuſet,nec ſibi futurum tempus, ſpe poſſibilitatis,promittat, & qui præſens habet, futurum non expectet.Spiritus enim Sanctus nec punctum temporis, vt iuxta Verbi promiſſionem veniret, pretermiſit,nequaquam, nequaquam prætermiſit, ſed quid ait Verbum. *Vigilate, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit.* Cur nec temporis punctum prætermiſiſti, ò Verbum,vt ſicut promiſeras, aduenires? Idem enim nos, & ſpecialiter tuas ſponſas efficere cupiebas,nimirum, vt nec ad punctum à peractis deficerent promiſſionibus; melius enim eſſet non promiſiſſe, quàm poſtmodum à promiſſis deficere. Mat. 7. Ioan. 14. Mat. 24.

3 Spiritus Spirans,accenſa deſideria, & ardentia Electorum verba ad ſe attrahit, vel hæc ſint ergà eorum Dominum, ſimiles ei eſſe ardenter cupientium, *Eſtote perfecti,ſicut Pater veſter perfectus eſt*, vel Mat. 18.

eui-

euiſceratę charitatis ergà proximum, deſiderio tamen, amorem Diuinum in illorum cordibus imprimendi. Quæ verba, & deſideria ab ipſo inſpirata, ante thronum æterni Patris, & quodam modo dicendi, etiam huc deorſum, referuntur, quo gloriam toti paradiſo augmentat, poſtmodum deorſum nobis infundit, fructumq; ſuauiſſimum in Eccleſia profert. Idem ſpiritus ſummæ adeo, & ſuauis bonitatis eſt, vt etiam, neſcio quo meliori dicam modo, omnia creata, rationabilibus exceptis, aſſumat; aſſumat inquam à potentia Patris, & à Sapientia Verbi, redigitq; in vnum, & quid agit? Verbo offert, & complacentiam inter Patrem, & Verbum renouat; quia verò res creatæ ad intelligendum Deum ſunt incapaces, ipſe fructus, quos creaturæ rationales ſuſcipiunt, ſumit, cum homo, per ea, quæ propter ipſum creata ſunt, poſſit ad aliquam Dei capacitatem venire, & ſic liberalitas eius magis in creaturis redundat. Quã magna eſt illa liberalitatis tuæ ergà creaturas affluētia, quàm magna eſt, quàm magna.

CAPVT XXV.

Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, in hæc verba, ſic fatur.

Ioann. 3. 1 ADeo Æternus Pater hanc ſuam dilexit, & diligit creaturam, vt Filium ſuum pro illius redemptione dare non ſuffecerit, ſed ad noſtrum etiam auxilium, refrigerium, & ſolamen iugiter dat: neque ad hoc tantummodò, etiam, vt cor noſtrum iugiter ad Diuinum intēdat, & inflammet amorem, lumenque tribuat, vt valeamus, & nos ipſos, & bonitatem eius cognoſcere: at plures, Imò plurimi magis diligunt tenebras, quàm lucem.

Ingens adeò eſt magnitudo tua, tuuſq; amor, ò Deus mi, vt in Cęlo, in circuitu terræ, in beatis ſpiritibus ſurſum, in hominibus deorſum, & in omnibus creaturis oſtendatur. Tuę bonitatis magnitudo, ò Deus æterne, ad mittendum in mundum Verbum tuum te mouit: quantum Deus dilexit mundum, non mundum, ſed mundi habitatores: at quid ei rependunt?

2 Inde potius tenebræ dilectæ fuere, & diliguntur, quàm lux. Quid hæc tenebræ ſint, & quid lux iſta; quàm hæc fulgens, illæque denſæ, & obſcuræ, alio auxilio, quàm Diuino, impoſſibile eſt intelligere, nè dicam enarrare. Scis tu Domine, & ille partem intelligit, cui intelligere datur; cognitio enim hęc à te procedit, qui huius, & cuiuſcumque luminis, Pater es, *à Patre luminum*; etenim ſicuti non alia luce, nec radio, Sol, radiorum Fons, videri poteſt, niſi luce, ac radio ab ipſo procedentibus; ita nec luce alia; ò Diuine mi Sol, quam tua, cognoſci, & intelligi poteſt lux tua. Non luce ſcientiæ, & intelligentiæ naturalis, quantumuis acutæ, & penetrantis, ſola tua luce. Sicuti, accenſa facula, in vanum quis Solem curaret aſpicere; & paruum hoc cognitionis, & ſcientiæ humanæ, eſſet potius vmbra, & obſcuritas, quàm lux, ad ſecreta tua intelligenda, *Et reuelaſti ea paruulis:* *Matt. 11.* ſola tua luce, Domine mi, etiam, ſola tua luce.

3 Aliquando tenebræ in anima propter gratiæ ſubtractionem oriuntur; quæ gratia animæ inhærens, plures ingentes producit effectus: inter cæteros verò, aptam, ò Domine, & diſpoſitam reddunt ad tuas operationes; quæ adcò ſunt animæ neceſſariæ, quantum refert, vt tu in anima ſis, & hoc tantum, quantum proprium eſſe. Imò magis, quia ſine te nullū habet eſſe. Variæ ſunt hæ operationes, ſicuti varia eſt tuæ communicationis magnitudo; te enim infinitis animabus cōmunicas, ſed modis varijs: *Multiformis* *1. Petr. 4.* *gratia Dei.* Oritur ex tua hac communicatione in ipſis maximum ſe, alijs (ſed tecum, in te, & per te) communicandi deſiderium. Etenim ſicuti Verbum, ita cōmunicans eſt, vt nihil habeat in ſe, quod non communicet; ita anima per gratiam communicans eſt; cōmunicat etiam omnia dona, & gratias ſibi collatas cum deſiderio animam, & corpus ſuum pro ſalute proximorum ſuorum communicandi; Et quāuis anima hoc perficere nequeat, ad exemplum nihilominus illius, qui ſe-

ipſum

ipſum communicat, & ſuam vult impen-dere gratiam, & ad millies pro proximis ponendam parata eſt; & hic eſt alius gratiæ effectus in anima, eam nimirum communicationi Verbi æqualem per ſimilitudinem reddens.

4 Alius gratiæ effectus in anima eſt ſapida charitas, per quam manet in Deo, &
1. Ioann. 4. Deus in ea. *Deus charitas eſt, Et qui manet in charitate manet in Deo, & Deus in eo*. Charitatis hic ſapor ab infimo intellectu noſtro, vel affectu, dum hic deorsũ, in obſcuro corporis carcere, & in carnis tenebris inuoluitur, nequaquam poteſt acquiri: caro enim impotens eſt. in Diuinitate, nec etiam; nimis enim alta, & profunda eſt, ad quam non peruenit. Nec in ſolo humanitate, id eſt in carne, licet hęc ad Diuinitatis vnionem, anima mediante, fuerit exaltata: alibi enim maiorem inuenit delectationem, transgrediturque anima, vt ita dicam, obiectum hoc, carnem nimirum, vtpotè natura ſua infirmiorem ſe, quamuis hæc Diuina ſit caro. Sapor ergò animæ tanquam in proportionato obiecto eſt in humanati Verbi anima, quæ medium eſt inter Deum, & hominem, agitque, ut ſapida communicetur charitas, Dei ad creaturam, creaturæ ad proximum. Charitas hæc non eſt ſimpliciter charitas, vt comuniter intelligitur, ſed ſapida charitas, quæ delectabilis dicitur, plures bonos effectus in anima efficit, plurimaſque gratias confert, non niſi ab ijs guſtandas, qui ab omni maligna qualitate, & humore voluntarij peccati, etiã malitiæ venialis, benè purgatum habet cordis palatum. Non iam fragilitatis, hoc enim homini mortali ne-
Prou. 24. quaquam conceſſum eſt, *& ſepties in die cadit iuſtus*, ex quo oritur, quod Deus à tàm paucis honoretur, & cognoſcatur.

5 Quarta operatio, imò effectus gra-
Pſal. 90. tiæ in anima, eſt firmata veritas, *Veritas tua in circuitu tuo, Scuto circumdabit te veritas eius*; per quam anima firma remanet, & ſincera, agitque opera in veritate, & ſinceritate. Oportet autem, vt in Deo firma ſit veritas hæc; aduerſarius enim adueniret, eamque deſtrueret, deprimeretque. Lux hæc, gratiam non modo confert, ſed etiàm conſeruat, retinetque in anima eſſentiæ Dei pulchritudinem in illa exiſtentem. Quæ eſſentia Dei in anima non ſolum eſt animæ conſeruatio à Deo in proprio eſſe, ſine qua ad nihilum duceretur, ſed quædam eſſe, & perfectionis Diuinæ participatio eſt, per quam anima perfectior eſt, quam per naturam.

CAPVT XXVI.

Lumen multiplex eſſe Verbum, aptè deſcribit.

1 *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris*, Lux es Ioann. 8.
mundi, ò Verbum, & qui te ſequitur non ambulat in tenebris, & lumen ei viuificans, glorificans, & æternũ præbes, quod eam viuificat animam, in qua inhabitat, dans viuificantem vitam, omnem cogitationem, verba, & opera viuificare faciẽtem. O, magnum verbum ab anima, lumen hoc viuificans habente, prolatum, veluti ſagitta creaturæ corda penetrat; glorificans tamen viſum eſt, quia *In lumi-* Pſal. 35.
ne tuo videbimus lumen; Lumen tuum, lumen te honorans præſtat, itaut qui lumẽ hoc poſſidet, quodlibet inſtans, & folium in honorem tuum cædere vellet; beata anima, quæ lumen hoc habet, vt in omnibus honorem tuum perquirat; Æternum, quia æternè, adiuuandi proximum, ſi poſſet, deſiderio, æternam animã redit; quemadmodum enim lux in ſe clauſa eſſe non poteſt, ſed vt diffũdatur oportet; ita & anima lucẽ hanc poſſidens, eam in ſe continere non valet, ſed vt in proximum diffundat, & effundat neceſſe eſt; nimirum cogitur ſe illi communicare, capacemque, eo modo, quo poteſt, tuę communicationis, & donorum creaturis ad te perfectè conuerſis conceſſorum, reddere; vt ita tibi vnitus, alijs ſe communicet, eoque lumine hos, alioſque illuſtrando, veluti lucis catenam efformat, quæ omnes tibi charitate deuincit, & ita proximis per charitatem redditur æternum.

2 At cur magis ipſi *Tenebras diligunt, quam lucem*? quia oculos habentes debiles, in idem lumen figere nõ valent; ideoque in ſinceritate non ambulantes, cum oculum

oculum habeant caligantem,in te,Deum, tuæ inſcrutabilitatis inacceſſabilem lucē inhabitantem, figere nequaquam poſsūt. Diligunt magis tenebras, quàm lucem. In illis enim locum non inuenis, in quo tui Diuini luminis ſplendidum ſpeculum valeas collocare; cum ad aſſentiendum cor non aperiant, ſed maledicti proprij amoris cauſa clauſum retineant, & anguſtatum;adeoque ingentes eorum tenebrę ſunt, vt ipſis etiam habere lumen videatur, extrinſeca vſurpantibus:& hæc maligna, & peruerſa ignauia eſt. Vndè Æternus Pater, vbi in medio eorum cordium ſpeculum hoc humanitatis Verbi collocaret,ad eos illuminandos, haud inuenit; vellet attamen, ut in medio potentiarum animæ eſſet,& ſpecialiter in affectus intētione, ut ita eiuſdem animæ interiora illuminaret, quoad reflexum, ut ita dicā, huius Diuini ſpeculi; veluti luciditſſimum ſpeculum redderetur, talique lumine ornaretur, vt alij in ea oculos figere, & ab illa exemplum omne recipere poſſent.Sic rectè collocatum erat ſpeculum hoc, lux inquam humanitatis incarnati Verbi &c. ut ſiquis in lumine,& in cogitatione eiuſdem humanitatis inſpexiſſet, creaturas omnes à Deo plaſmatas,ideſt earum magnitudinem, & qualitatem peruidiſset; *Ego ſum lux mundi.*

CAPVT XXVII.

De Verbi Diuini multiformi operatione ratiocinatur.

1 ECce ſpeculum,ecce iam video,animas poſt ſe conducens.Supra mōtem altū eum aſpicio, quo creaturas omnes adducit; & mons iſte altus ſapientia ſua eſt.O Verbi humanitas quātum exaltaris. Adeò in terra ab æterno Patre hæc humanitas exaltatur, vt in ſe quaſi eſſe Diuinitatis aſſumat, & in illa cunctarum creaturarum eſſe intueatur. Poſſibilium? minimè; nec tanta claritate, quanta Diuinitas: hoc enim compræhendere eſſet, ſed exiſtentium: eh. O quanta claritate. O profunda, & admirabilis Verbi mei humanitas. Aſpicio,& video humiliatam humanitatem, creaturis humiliationes, deiectiones, & lucem clariſſimam, quam mundus capere non poteſt, communicātem. *Ita Pater quoniam ſic placitum fuit ante te.* Vndè operationes, quæ in hoc alto Mat. 11. monte efficiuntur inter Deum, & creaturam,ſunt in intrinſeco cunctæ,nec ad pūctum in extrinſeco,& exteriori ſeſe extēdentes. Sua enim luce Verbum hoc,creaturas omnes ſibi chariores circundat,ipſo iugiter in ſuo throno ſtabili permanente; agitque cum illo,pro temporum ſibi ſemper præſentium varietate, plurimas, & continuas operationes. Et quis infinitas vnquam operationes, quæ in alto hoc,& eleuato ſapientiæ tuæ monte efficiuntur, quo creaturæ tuæ te ſequuntur, animæ, inquā vera tibi charitate, puroque amore coniunctæ, valeat enarrare? O tot,tot, ſunt, & tot, quod dici nunquam poſſint; ſed pauci,licet apparenter multi,ſunt,qui verè te in monte hoc ſurſum ſequi, vel huic operationi incumbere velint.

2 Totam circūdas terram ad animas amplectandas;ſemper tamen in tuo altiſſimo throno reſidens. Et ecce iam video Verbum hoc in prato ampliſſimo, qualis eſt infinita eius miſericordia, collocari; quo multi eiuſdem miſericordiæ lumine eum ſequuntur. Expetit ab illis Verbum, vt huic ſuæ operationi pro creaturarum ſalute dent operam, & hoc ad maiorem ſui honorem, licet in ſe,& per ſe ornatiſſimus omnis honoris, & gloriæ fons ſit; agit autem hoc, ut glorificare eamdem valeat creaturam. Heædem verò operationes potius admiratione dignæ ſunt, quàm, vt intelligi poſſint, vel narrari.

3 Quieſcit hìc, Verbum, in valle humilitatis,in quam ſecum attrahit creaturam; in terris enim exiſtens, hæc protulit verba. *Diſcite à me, quia mitis ſum,& humilis corde*, ita etiam eiſdem operaturus eſt creaturis, ſi operari velint. Poſtmodum amans Sponſus iter ſuum proſequitur, animas ad ſe hoc, vel illo modo reducere ſatagens, hinc verò delectabiliori modo ad limpidiſſimum fontem adducit, & hæc, eſt ſua veritas. Hic plurimæ agendæ ſunt operationes, ſed omnes miræ, & inenarrabiles. Errantem ouiculam,ſuam creaturam,quæritans Verbum huma- Mat. 11.

humanatum, ſiſtit in potentiæ ſuæ horto, in quo ſuas oſtendit operationes. Altius aſcendit, ad Arcem videlicet omni armorum genere munitam, quibus tota Ciuitas tueri poſſit. Hæc autem Arx iuſtitia eſt, in qua infinita eſſent operanda, ſed taceo.

4 Cum Verbum iter ſuum, ſuamque operationem in miſericordia oſtenderit, & quomodo creaturam ſuam cum manſuetudine quærat, ad thronum dexteræ ſui æterni Patris redit, oſtenditque quomodo creaturam in ſapientia quæritat, agitque, vt cognoſcat, quod ſi ipſa ſapiētiæ adhæret, ſiſtit Verbum, & in ſapientia collocat, & operatur; & ità in omnibus alijs virtutibus, Diuinis ſuis attributis ſimilibus, agit. Felix, & beata illa anima, quæ, ò Verbum, lumen tuum in te permanens, nobiſque communicatum, ſequitur; & ſtatim ac accedit ad te, idem lumen cognoſcit. Quod tantæ magnitudinis, & valoris eſt, vt in operationibus manifeſtetur, quodque cognoſci, non exprimi poteſt: illud tamen concede.

CAPVT XXVIII.

Alias Diuini Verbi operationes exprimit.

1 A Super affluentia magnitudinis, & ab immenſa miſericordia, & bonitate tua, ò Verbum, fæliciſſimos illos nobis præparas thronos, quibus ardenti illo, clariſſimo, & puriſſimo Aulæo ab humanitate tua egrediente, nos conducis. Quod Aulæum, cognitio, & pignus præſtitum euiſcerati amoris tui eſt, qui nec modum nouit neque finem, cum infinitus ſit; Ioan. 13. *In finem dilexit eos*. Et qui ſunt iſti Throni? hi forſitan, in quibus requieſcis; fæliciſſimis ſcilicet animabus, vndè tecum Iſaia 32. in pace inexplicabili ſedent. *Sedebit populus meus in multitudine pacis, & in requie opulenta*? Populus verè tuus, qui cū alijs partem tecum habere recuſat; vel illi ſūt, qui præparatos video miſerentibus animabus in miſericordiæ prato, in humilitatis valle, ſecus veritatis fontem, in iuſtitiæ Arce, ijs qui virtutū tuarum ſunt imitatrices, non vt ab operibus ceſſent, ſed vt magis, ac magis operando tecum quieſcant. Hæc verò requies, complacendi tibi deſiderium eſt, & delectatio, quam anima experitur, cum te ſequitur, tibique medijs virtutibus à te infuſis vnitur; quibus eo modo eam te ſimilem reddis, quo deorſum hic Diuina tua attributa participari poſſunt. Et ab his thronis ad alios peruenitur, quos tu ab æterno *Preparaſti* cum Patre, *diligentibus te*. 1. Corinth. 2.

2 *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*. Ioan. 14 O qui throni quieti, & glorioſi ſunt animarum beatarum, in pulchriori paradiſi loco poſiti In membris Verbi, vbi anima cuiuſcumque Beati ſecundū quod in hac mortali vita operata eſt, requieſcit: In oculis Contemplatiui; Doctores in ore; Miſericordes in ſinu; in manibus Iuſti, Actiui in pedibus; in humeris Patiētes; ſed veræ Sponſæ totaliter in Diuino beneplacito remittuntur, in corde humanati Verbi amore omnes conſumptæ; ideoque lateris oſtium apertum remāſit, vt pro earum arbitrio ad requieſcendum in eo corde, poſſent introire. Hic prę amore Ioan. 12 beata anima redditur ebria, ſed non ſatiaſatiatur, & ſemper ſitit; conſumitur, non deſtruitur; in vita æterna prædulcedine moritur, vbi vita eſt veluti mors, cū nihil ſui, totum Dei ſentiat; & eſt mors, tota vita, quia abſque fine eſt perfectè beata. *In nidulo meo moriar*. De hac morte, quæ vita eſt. Iob. 29.

2 Sed *Multiplicato dies*, quia ſemper, & per totam æternitatem à parte poſt fæliciſſimè viuam. Nunc ad te redeo, ò mi Verbum. Totum quod creatura intelligit, totum quod creatura glorificat, vmbraculum eſt, & vmbra, & Diuini eſſe compendium, Totum quod Angelos glorificat, recordatio eiuſdē lucis eſt: & à ſupereffluentia creaturarum, vel per actionem gratiarum Verbo, vel per communicationem ad alias creaturas in Verbo, Verbum tanquam quid ſuum aſſumit: & licet creaturarum ſint actiones, ab ipſo tamen procedunt; & in hac operatione Verbum ab eiſdem creaturis ſe reputat glorioſum. Hoc humanatum Verbum eſt nobis, hic deorſum peregrinantibus, leuamen: eleuat enim creaturas ſuas, afflictos

in

in terra conſolando, beatos Spiritus glo-
Mat. 25. rificando in Cælo: *Ecce Sponſus venit, exite obuiam ei*; Quis verbum hoc humanatum inſpicere poſſet, quo amore, animas hinc deorſum, ab hoc videlicet infæliciſſimo mundo, exeuntes, aſſumit? cor ſuum ſuper faciem animarũ exprimit, vt ita dicam, Verbum, puriſſimoque ſanguine illo, vt omnem tollat impuritatem, emundat: Non ſolum enim Agni ſangui-
Apoc. 7. ne veſtimenta dealbantur. *Dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni*, Sed, quod maius eſt, facies, cordis ſanguine emundantur, cum ſit magis, præ amore, accenſus, & ad emundandum quodammodo magis aptus: ſicque puras, & mundas ante Thronum Sanctiſſimæ Trinitatis adducit.

4 Sed quæ animæ dignæ ſunt, vt ſuper ipſas Verbum cor ſuum exprimat, & procul interuallo ad ſuam perducat vnionẽ? illæ, quę parauerunt ſe, oleumque in lampade habuerunt, & accenſum lumen; non ſicut Virgines fatuæ, quæ cum paratæ eſ-
Mat. 25. ſe debuiſſent, *vt obuiam* irent, ad ſe redeuntes, *oleum*, quod ipſis deficiebat, perquirere cæperunt. O prouidentia in ani-
Deuter 23. ma quàm neceſſaria es; *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent*. Oportet autem, dum ſumus in hoc mundo, efficere, vt cor noſtrum ſit hæc accenſa lampas. Debet enim cor noſtrum ad inſtar lampadis, eſſe in pede anguſtum per contemptum rerum tranſeuntium, per perſeuerantiam valdè longum, latum
2. Priſt. 6. per charitatem. *Dilatamini in charitate*. Oleum manſuetudo erit, tribus ducitur catenulis lampas, & hæ, tria vota, quæ facimus. Et elychnium regens, ſancta puritas eſt; dictum elychnium feruens oratio, quæ manſuetudinis oleo iugiter madeſcere debet; & ſi oportuerit contra ſuperbiæ ventum eam humilitas Sancta defẽdet; quę vndequaq; cooperit, nec impedit lucem, & ita quamuis coopertum, lumen adeo ardens, & ingens emittet, vt quilibet ventus vehemens, nullatenus, eum extinguere poterit; eritque exemplũ ijs, qui tuam offendunt bonitatem, auxilium creaturis, tribulatis ſolamen, leuamen purgatorij animabus, Angelis gloria, & eidem Verbo. Lampas in manibus iugiter deferri debet, vt poſſit dici. *Anima mea in manibus meis ſemper*. Sponſus *Pſ. 118.*
adeò vigilat, ſuas expectans creaturas, *Ego dormiui, & ſomnum capi, vt* poſtquàm *Pſal. 3.*
vigilauerint, æternam capiant requiem. Dormiunt, & æternæ requiei capiunt ſomnum, vbi de ipſis ſponſus facere poteſt quidquid vult. Hoc autẽ poſſea in Paradiſo erit: Poteſt etiã hic deorſum capi ſomnus iſte requiei, quando Verbum ad quieſcendũ adducit, & quando animã vſque ad Thronũ attrahit Trinitatis; non vult tamen, vt diuturnior ſit; poſtmodum enim in infernum deijcit, & in nullo, nec in Cælo, nec in terra, nec alibi quieſcere ſinit. O Æternum Verbum.

CAPVT XXIX.

Crucem, Arborem deſcribit pomiſeram, & de proximi amore pertractat.

1 HOc æternum Verbum, non ad iudicandum, ſed ad ſaluandum venit, in cuius manibus arborem cum pomis tribus, & ſundis ſeptem inſpicio. Ecce Crucis arborem ampliſſimam, bene plantatam, & radicatam; *Qui vult venire* *Mat. 6.*
poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Cum hac Cruce venit ad ſananda inimicorum vulnera. Qui vult ergò eum ſequi, tollat, & poſt eum abeat: Tria dat poma, Diuinitatis, Humanitatis, & Animæ ſuæ. Diuinitatem in Spiritu Sancto dat, Eum in nobis infundendo. Animam, anxio, & dolenti deſiderio eiuſdem animæ. Corpus, morte doloroſa. Septem tribuit ſundas, quæ ſeptem ſunt Sacramenta. Hanc reijciunt arborẽ creaturæ illæ, quæ nihil pati volunt, & in eorum cordibus ad terram Crucem deijciunt. Primum Diuinitatis fructum deſpiciunt impij. Animæ ſecundum, deſpiciunt tepidi, qui nolunt, Dei amorem poſſidere. Tertium humanitatis non accipiunt, Qui ſeipſos abnegare nolunt, nec parati ſunt ad vitam pro eodem Deo fũdendam.

2 Venit hoc Verbum ad ſalutem dandam. *Poſui adiutorium ſuper potentem*. *Pſal. 88*

Adiutorium hoc poteſt intelligi, Verbum, vel omnis anima . Animæ adiutorium idem Verbum eſt, cuius auxilio omnem potentiam opprimentem & contradicentem tranſgreditur, ſuperatque . *Et exaltaui electum de plebe mea* . Anima, quæ te ſequitur, Verbum, intra ſe ſperat, & ſupra plebem , ideſt populum infimum, ſe eleuat; ad perfectionem enim amoris tui, te auxiliante, eleuatur. Verè hæc anima, te propter te ſolum, ſequitur , nec media creatura aliqua, itaque dignius eſt, te propter te, & mediante te, ſequi, quàm alia creatura . In mundum veniens ſaluaſti nos, & à peccati morte liberaſti. Nunc ab eadem peccati morte liberas, & in futuro nos vis, à nobis metipſis, ad peccandum valdè procliuis, liberare. Nec minor gratia eſt, quod à nobis ipſis, quam à peccati morte, & ab inimicis ſalues, & liberes .

3 Qui à ſe eſt liber, totum in te poſſidet . Potior inimicus , nobis, nos ipſi ſumus. Anima, quæ ſeipſam perdidit, omnem malitiam, & omne peccatum perdidit, & totum in te poſſidet. Ideoque vellet æternus Pater, vt omnes filiolæ ſuæ ad hanc capeſſendam ſalutem , ſtudium omne impenderent. Quapropter quoſdã de Cælo immittit hamos, vt illam capere poſſint Oportet, vt eleuent ſe ſuper ſe , & ità delectatio, & guſtus ſuæ veritatis euadent . Et quoties æternum Verbum nos offert ad Patrem, eius guſtus euadimus, & ad hoc aſſequendum, oportet ſe ſuper ſe eleuare . O fælix qui ſe ſuper ſe eleuat.
Ioan. 15. Amor, Amor, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem* . Cuius conditionis eſt amor inter vnum, & alterum proximum , eiuſdem eſt inter Creatorem , & creaturam. Amatur aliquando proximus vel propter propriam vtilitatem, vel nè contemnamur ab illo. Diligitur Deus vel timore pœnæ, vel gloriæ amore : & ex his nullus eſt verus, & purus amor , Creatura autẽ propter Creatoris amorem , & eiuſdem creaturæ vtilitatem, Deus verò ſuper omnia, quia dignus eſt, diligi debet.

4 Qui proximum propter propriam diligunt vtilitatem: ij ſunt, qui bona opera nunquam egerunt , quamuis plurima egiſſe videantur , quibus dici poteſt *Ni-*
Pſal 75. *hil inuenerunt viri diuitiarum*, in proprio ſenſu, *in manibus* . Qui ti more Deum diligit, filij hæreditatem ab eo habere haud eſt dignus: qui autem verè amant , hanc hæreditatem merentur habere. Dilectionem hanc ille apprehendit, qui ſeipſum perdit, ſeque in Deo abſcondit , in qua abſconſione toti paradiſo ſe prodit, apud Patrem exaltatur , & reamatur à Verbo. O Æterni Verbi antiqua, & noua veritas. Quamuis tuus in Sanctiſſimo Sacramento Aduentus omnem afferat Sanctificationem, rectum tamen eſt, miſericordias Iubilum
à Chriſto ſuo communicatas in terris apprehendere, ſed à me, prout à me nunquam apprehendere poſſem . Eia omnibus concede: Tribues omnibus, ſi ad recipiendum apti erunt ; omnes uis in Sacro tuo latere lauare, candidiſſimaque ueſtire tunica: & quò plures habebit uirtutes, eò erit ornatior ; ſed intentiones dirigere oportet, ſimul uniri , ſuoſque purgare affectus, & recta, ac ſimplici uoluntate , tuæ unita uoluntati, eamdem operari uelle.

CAPVT XXX.

Admirandas Spiritus Sancti operationes in animabus, intelligit.

1 MOuens , & ſemper firmus Spiritus , à Patris gloria candidiſſimum, & luminoſiſſimum gloriæ radium , & ab incarnato Verbo telum , vel ardentiſſimam, acutiſſimamque ſagittam, vt ita, dicam, attrahit, vt illuminet, & obtenebret; vt feriat, & ſanet; vt accendat, & refrigeret; ut deijciat, & cæcutiat, & glorificet creaturas, ipſum in corde ſuo recipientes, ut faciat in amore progredi.

2 A vinculo, quo Spiritus Sanctus ab æterno vnitur, perfectiſſimaque ſtringitur vnione, & charitatis, & dilectionis identitate cum Diuinis perſonis, Patris, & Filij, vinculi, nodique aſpiramentum attrahit, quo anima ad ſimilitudinem illius vnionis Deo vnitur, Deoque potentias ſuas, in ſeipſas vnitas, ideſt memoriam , intellectum, & voluntatem perfectiſſima demiſſione vnit; vndè, nolit, & aliquando, nec poſſit (gratia fauente , quæ ita eam

reſtrin-

Digitized by Google

reſtringit, vnitque cum Deo) alterius recordari, aliud intelligere, aliudque velle, quàm vnicum ſuum, perfectiſſimumque amorem, & totius boni fontem, ideſt Diuinam in ipſo charitatem. *Vulnerata charitate ego ſum.* O quis ab hoc beato, arctoque nodo, quemadmodum Beati in Cęlo, nunquam ſolui poſſet? A rationalis creaturæ idæa, quæ eſt in Sanctiſſima Trinitate, quæ eſt, vt ita dicam, cauſa, forma, regula, & menſura cuiuſcumque eſſe, & perfectionis earundem creaturarum, candorem, & gratiæ ſupereffluentiam attrahit; illum hic deorſum creaturæ infundēs: vndè hæc illi primæ ideæ conformata, perfectiſſima redditur, ſuoque Creatori ſimillima. O illa beata. Cant. 4.

3 Ab omnibus choris Angelicis fortitudinem; ab omnibus Beatis Spiritibus vnionem attrahit. Quod totum Diuinus Spiritus in ſe habet; totumque nihilominus ad ſe attrahit, vt nobis poſtmodum infundat; priuſque ab eo infūditur, quàm quod infundat, adnertamus. Et hoc quomodo fit? Attrahit ille redūdantiam gloriæ ipſis traditam, & veluti micas de gloriæ conuiuio cadentes, Diuitibus ſimul, & pauperibus ſponſis diuidit: diuitibus, quia tàm boni partem ſortiuntur; pauperibus quia verorum ſemper famelicæ bonorū, nec ſeipſas bono aliquo, nec dicam hoc magno, dignas exiſtimant: & ab hoc verorum nutrimēto bonorum, vt ita dicam, modo noſtro intelligendi, Deus, cui charitate vniuntur, creſcit in ipſis, & veluti in illorum corde magnificatur. *Magnificat anima mea Dominum.* Nec ita ſolummodò in ipſis dicitur Deus creſcere, ſed etiā quodammodo, per particularem attributionem, communicatarum perfectionum, modo quodam particulari cuilibet Diuinæ perſonæ attributarum. Neque ſolum hoc, ſed etiam illarum creaturarum perfectiones, in quibus, tanquam Deo vicinioribus, Diuina viuacius ſimilitudo reſplendet, ſuntque beati Angelici Spiritus, deiformes ſpeculi, & lucidiſſimæ imagines, diuinas perfectiones repreſentantes; itaque creatura totum hoc participat, & hæ omnes in ea dicuntur creſcere. Augmentum Patris in creaturis incomprehēſibile eſt. Augmentum Verbi, vel amoris Verbi in eis eſt inexcrutabile. Spiritus Sācti augmentum ineffabile; Angelorum inuincibile, & omnium ſpirituum beatorum inexplicabile. Luc. 1.

4 Idem infundens Spiritus, prius in Beatis ſpiritibus eamdem attrahit redundantiam, & poſtmodum in ſuo deſcenſu hic deorſum nobis infundens, reddit terram Cęlo conformem, & homines Angelis; omneſque vinculo, ac nodo perfectiſſimæ charitatis ſimul Deo vnit, quamuis ſemper in beatis ſpiritibus, vtpotè in patria permanentibus, purior, & perfectior ſit hæc charitas; ideoque Ciuitas Ieruſalem, cęleſtis patria, à myſterioſo Ioanne dicitur, *Ciuitas aurum mundum*, puriſſimū aurum, abſque terræ, ideſt imperfectionis, vt eſt apud nos, mixtione. Apoc. 21

Varijs nubibus circundatur hic ſpiritus, dum deſcendit; ſed in gloriæ ſtillicidio, eiuſdem gloriæ, & ſuper effluentis, ac redundantis beatitudinis bona diſtillantibus: vt poſſit dicere; *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: Eo beatorum vino, quod Chriſtus daturum promiſit Apoſtolis, dicens; *Bibam illud vobiſcum nouum in regno Patris mei*. Tua liberalitas omnibus debet infūdi; oportet autē, vt diſpoſitio abs te proueniat, cum eorum aſſenſu. Ac ita gratia addetur gratiæ, dona donis, in qualibet anima ad te recipiendū diſpoſita. Fit poſtmodum anima theſauraria tua, quæ poſſit dona tua, in ea repoſita, diſpenſare. Cant. 2. Mat. 26.

CAPVT XXXI.

Spiritu Sancto accepto, mirabilia Diuini amoris opera exprimit.

1 EXaltaſti ſuper Cęlum habitationem meam, Et ſpiritus tuus requieuit in me; ita Deus meus. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*. Ita Domine mi. Vehementi quiete infundit, & ſubtractione inquieta ſe retrahit, ſi tamen eſſe poteſt, vt à ſe retrahat, niſi prius reiciatur à nobis: ſi enim in te inquietitudo cadere poſſet, ò mi Deus, in hoc inquietus videreris, quod non poſſes in tua creatu- Eccl. 51. Pſal. 63.

ra quieſcere; & quid amplius agit? idem diſperſos omnes ad ſe congregat, & à ſe congregatos diſpergit. Etiam: Diſperſos omnes, & à creaturis eiectos congregas, Mat. 11. & ad te attrahis. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis*, onere neceſſitatum, & abiectionum. Hi enim veluti iumenta viliſſima aſpernuntur, nili, ac nihilo à mundo æxtimati; & omnes, qui in quiete rerum tranſeuntium congregati ſunt, in ijſdem ſuam beatitudinem, & finem reponentes, tanquam Beati, ſtultè Pſa. 143. exiſtimantur à mundo. *Beatum dixerunt Populum, cui hæc ſunt*. Vel in malitia, & in peruerſis operationibus congregati ſunt, & in malè operando vniti; in ſemetipſis verò propter proprias voluntates, & appetitus diuiſi, & multoties, maxima diuiſione vniti, & ſceleſtiſſima vnione diuiſi. Hos, ò Domine, diſperdis, abijciſque à te, dum in eo miſerabili, & periculoſiſſimo ſtatu perſeuerant.

2 Hic Spiritus veluti eleuans, & euolās Aquila, animas, quæ cum receperunt, apprehendit, & aſſumit, & ad Verbi conſpectum adducit; nōnullaſque collocat, in qua ſede? ò Amor dulciſſime, & quantū vales? nonnullas in ſuo ſacratiſſimo capite, alias in ſacro ore collocat; aliæ verò ſunt adeò mundæ, ac pulchræ, vt poſſit, ſibiq; complaceat in ſuis ſplendidis oculis collocare; imò ipſæ, ijdem oculi euadunt, & eorumdem oculorum pupillæ, idem, quod Verbum reſpicit, ea participatione, quæ creaturæ conuenit, reſpicientes: & Zach. 2. de his animabus ſpecialiter dixit. *Qui tāgit vos, tangit pupillam oculi mei*; Sed cum hic ſunt, quis poterit eas tangere? Verbū ſeipſum intuetur, illæ in Verbo; Verbum in Patre videt, illæ in Patre; Verbum etiā in omnibus creaturis, illæ etiam in creaturis omnibus. Omnia Verbum reſpicit, illæ reſpiciunt omnia: ſed hoc non niſi gratiæ participatione, amoris affectu, & dulciſſimi ſanguinis inebriatione, fieri poteſt, cū in amoris cella vinaria fuerint introductæ.

3 Tunc anima Deum inſpicit, quoties Deum ſummū in omnibus intuetur. Creaturas reſpicit, ſed in Deo, nec in alio, quam in Deo, nec ſeipſas, niſi vt procedentes a Deo. Eo modo, quo oculus noſter fixè Solem intuetur, illius lucis, perfectiſſimique obiecti repleta potentia, vbicumque figit intuitum, Solem ipſum videtur aſpicere, quamuis non ità propriè intueatur. At in creaturis eſt amplius; cum enim in qualibet ipſarum ſit radius, vel potius, cum ipſarum quælibet Dei radius ſit, non poteſt aliquo modo illuminatus animus videre, quin Deum in ipſis videat; quemadmodum nemo abſque lucis beneficio aliquid videre poteſt, niſi prius cognoſcat, & videat ipſam lucem. Sed quomodo inſpicit creaturas? inſpicit quoties amoris affectu ad earum ſalutem aſpirat, ardenter cupiens in qualibet ipſarum, ſculptam per gratiam, viuam Dei imaginem videre; & hoc tam ardenti deſiderio, vt pro qualibet ipſarum, & cuiuſque vilioris, & abiectioris mundi perſonæ ſalute, millies vellet, ſi oporteret, vitā impendere. Illas in ſuo corde, corā Deo, ſpaſimante deſiderio, ardentibuſque ſuſpirijs generans, ſicuti dicebat anima tota charitate proximi feruens, quæ cupiebat *Anathema eſſe à Chriſto pro fratribus* ſuis. *Filioli, quos iterum parturio, donec for-* Rom. 9. *metur Chriſtus in vobis*. Et quinam erant illi partus dolores, dolores ità intenſi, ac mortales? *Quis infirmatur, & ego non in-* Galat. 4. *firmor? Quis ſcādalizatur, & ego non vror?* Nec parum tēporis hic partus dolor perdurat, aut ad finē partus peruenitur. Etenim ſtatim, ac generatur vna, deſiderio, non dicam mille, ſed decem millia concipiuntur. Siquidem adeò ingens eſt aſpiramentum hoc, vt non vna, duabus, ac tribus ciuitatibus contenta ſit, ſed totum mundum, non ſolum præſentes, ſed etiam futuras creaturas intueatur. Ita capax per charitatem, ſinus cordis, quo ipſa parturit, redditur; & quid amplius? vnico inſtanti omnia quæ Deus intuetur videt, cū Deus ſit ipſi preſens. Videt charitatis affectu creaturas: omnia videt, quia Deum, in quo ſunt omnia, videt.

CA-

CAPVT XXXII.

In ea verba: *Ecce noua facio omnia*, à Verbi humanitate, omnia per gratiam renouari, intelligit.

Apoc.21. 1 E*Cce noua facio omnia*, & quomodo, ò Deus meus? *Omnia noua*. Eh. Ergo etiam, & teipſum, qui Author omniũ es? & quomodo hoc poteſt eſſe? etiam; Iterum ſeipſum generat, iterum creaturã generat, iterum gloriam Angelis, iterum vnionem Sanctis exhibet, iterum liberalitatem Confeſſoribus elargitur, iterum peccatoribus miſericordiam impertitur, iterum nouum dat ſponſæ nomen. Iterum ſeipſum generat, qui ſemper eſt genitus, quia ab æterno ſemper habuit, habet, habebitque perfectiſſimam ſui æterni eſſe complacentiam, in qua ſemper generatur, cum ſit æternus, ſemperque duraturus. Iugiter, & iterum gratia ſua creaturas regenerat: O, experientia id oſtendit, dum aptas illas reddit ad ſuas operationes in quibus ipſius abſconditur magnitudo. Creaturam iam genitam recreat, dans ei, cum augmento gratiæ, perfectius eſſe, idque incarnati Verbi ſanguine, qui ſemel effuſus, & oblatus, perpetua oblatio, quaſi natura propria, abſque eo, quod offeratur, euaſit; quamuis iugiter, & ab ipſo in Cęlo, & ab Vnctis ſuis in terra offeratur. *Luc.22.* *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Et quemadmodum aqua naturaliter infundit, & emollit, ita Verbi sãguis naturaliter ad gratiam recreat animam. Iterum Angelos glorificat, in ipſis perenniter gloriam ſemel datam conſeruando, ſuaſque in ipſis operationes multiplicando, quibus eorum multiplicat gloriam: etenim dictorum Angelorum accidentalis gloria augetur, quoties animam ad ſe attrahit, & eò potius, cum ipſorum miniſterio id efficitur; gloria enim eorum eſſentialis, nec augeri poteſt, nec minui.

2 Iterum Verbum humanatum vnionem dat Sanctis omnibus, & Beatis Paradiſi ſpiritibus, idque iugi intuitu, qui amoris influxus, & gratiæ radius eſt, in quo cum viſibilibus, ſed quantum ad virtutem, & efficaciam incomprehenſibilibus humanitatis ſuæ oculis, in eis viuas amoris flãmas accendit; vnionem, quam ſemper cum illo habent, renouat; & ſtrictius dulciſſimo charitatis vinculo pariter inter ſe, & nobiſcum in terra commorantibus vnit. Et his puriſsimis oculis, veluti in tot ſferis, Verbum humanatũ amorem ſuum ergà Beatos, cunctaſque creaturas, oſtendit; vt magis eas excitaret ad magis diligendum perfectisſimo amore creaturas illas, quæ adhuc in infimo hoc mundo tentationibus ſubiectæ, periculis expoſitæ, perturbationibus varijs ab æterno, & vnico amore diſtractæ, commorantur; vt ità inflammatæ, poſtea magis ad impetrandas gratias, & ad cæteras creaturas inflammandas, valeant excitari. Nec ſolum in Cęlo virtus puriſsimorũ, & efficacisſimorum oculorum ſanctisſimę humanitatis extenditur, efficaciſſimorum inquam, ad mirabiles effectus vſque ad cordium interiora operandos, vt in Petro qui trina negatione lapſus, virtute vnius radij horum oculorum, ad flendum peccatum fuit eleuatus. Non ſolum, inquam, in Cęlo virtus illorum extenditur, ſed vſque ad terram peruenit: hi enim acuti, & penetrantes oculi, imperceptibili, ſed continuo, inuiſibili, ſed reali intuitu, in fidelibus terram incolentibus, verboque per gratiã vnitis, figuntur. Perpetuò intuetur, puriſſimoque hoc intuitu paternę ſuę prouidentiæ pignus infundit; & Verbum humanatum mirabiles in Iuſtis operationes exequitur. In vita gratiæ conſeruat, peculiarem paternæ curæ ergà illos, tanquam capitis membra, lucem præſtat, eos protegens, tenebraſque depellens, quas inuidus humani generis inimicus ſpargit in cordibus: itaut à radio horum intuitus inuiſibilium ipſis creaturis, quoad ſubſtãtiam, ſed viſibilium, vt ita dicam, quoad effectus, à laqueis fugiant, vitent inſidias, nec incurrant, aut dãna recipiãt à dęmonibus iugiter inſidiantibus. & ſub hoc radio, aſpiciente, & protegente, in gratia vſque ad finem conſeruantur, vt in Cęlo, poſtmodum Verbo, indiſſolubili perfectæ charitatis vinculo, quale eſt in patria cęleſti,

Iuſti,vniti, intra oculorum ſuorum pupillas ab humanato Verbo,propter ſecuram perfectionem, & perfectam gloriam trãſformantem,reponantur. 2.Cor. 3. *De claritate in claritatem. Tunc ſimiles ei erimus, cum videbimus eum ſicuti eſt*; 1.Ioan.3. Et hos effectus hi oculi in Iuſtis efficiunt. Alium etiam ſimilem in peccatoribus operantur: pio enim intuitu, corda eorum penetrante, Pericula,ſtatum,in quo inueniuntur, miſerabilem, pænaſque in inferno præparatas conſpiciunt; cum enim acutiſſimum eorum intuitum nulla res impediat, vſque ad infernum perueniunt, pænaſque infælicibus animabus,quæ lucẽ hanc, vt Deo conuertantur,recipere nolunt,pręparatas agnoſcunt. Vnde affectu pio conuerruntur ad Patrem,indulgentiam pro illis impetrantes: poſtmodum ad ea corda conuerſi,doloris prius,& pænitentię flammas veraci excitant contritione, & charitatis actibus modo incomprehenſibili ad ſuũ Amorem impellunt. Nec mirum; radij enim puriſſimorum illorum oculorũ totaliter amore ardentium, vt in ſua Apocalypſi dilectus Diſcipulus vidit, Apoc. 1. aliud, quam amorem vbicumque, figuntur, non generant, accenduntque feruoris charitatis calidum viuum, & vitale; vt anima,aliud, quam amoris puritatem non amet, vſque ad cordium profunda penetrando. Nec mirum,ſi radios minimè aſpicientes, effectus eorum cognoſcamus. Totum enim oſtendit Verbum,ad inflammandas,& trahendas ad ſe creaturas. Dicam amplius,quod oculi iſti, obtutu puriſſimo cunctas creaturas, & præcipuè rationales,tàm intra,quàm extra Eccleſiam intuentur. De ſole etenim horum oculorum poteſt dici, quod. Mat. 5. *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos,& malos*.

3 Et quid in infidelibus hic operatur obtutus? O,ad ſe conuertit, vel ſi hoc nõ agit, eo quod ei non ſe tradunt, miſericordiam in Diuino excitat pectore,ne citius æterno ſupplicio, vt eorum meretur infidelitas,damnet: temporalia retinet flagella,mundo,propter ſua ſcelera debita; agitque vt paternum cor, erga opus manuum ſuarum,ad miſericordiam moueatur. Pietatem ſemper, & miſericordiam hic intuitus operatur, vt ait Propheta, *Aſpice in me*, & qui nam erit effectus? *Et miſerere mei*. Pſ. 118

4 Communicationem poſtmodũ ſuorum renouat electorum,quæ toties renouatur, quoties anima ad eam recipiendã apta redditur; Deique pura bonitas,veluti compellit (procul tamen à libertate illius violentia) dictam animam ad talem communicationem recipiendam. Liberalitatem renouat confeſſorum, ideſt credentium omnium, vbi cognitionem ſuam liberaliter donat. Quod ſi apti ad eum recipiendum redduntur, idem Deus poteſt in eis liberius operari: illæ verò in alijs creaturis. Vnde anima in fide viua fundata, ſe ſe cæco modo tuæ liberalitati committit, Deus mi. Renouatur ergà peccatores miſericordia, quæ quolibet multiplicatur momento,quemadmodum iugiter contra Deum renouantur offenſę; quas vel condonat, vel Sacramentorum virtute totaliter delet;eam gratiam,& auxilium peccatoribus præſtans, quibus conuertantur ad Deum:& vſquequò conuertantur,pænam protrahendo, auxilia, internas, externaſque multiplicando inſpirationes, quibus miſericordiam multiplicare dicitur. Sponſæ nouum dat nomen,Verbumque in dilectam ſuam aſſumit ſponſam,& ſpiritu Sancto mediante coram adducit,ac ita idem Verbum conducit in partem,vbi directè oculorum illius pupillam ipſa vulnerat,& veluti contra pupillam apponit, adhoc, vt diuinorum ipſorum obtutuum obiectum reddatur:Datque nomen nouum, quod eſt. A. A.A & Alfa. a. prima. A. quę annichilationem ſignificat, patris potẽtiam acquirit,quantum enim creatura debilem ſe, & nihilum in ſeipſa cognoſcit, tantum vis,vigoris,& potentiæ in Deo acquirit. Dicente Paulo,*Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Philip. 3. A ſecunda. A. quæ altitudinẽ ſignificat, veritatem in verbo acquirit. Annichilatione enim,in Deo eleuata,omnium rerum veritatem cognoſcit, ſanctũque contemptum acquirit, omnia præter Deum nihili faciendo, & cum eodẽm Paulo. *Omnia arbitratur vt ſtercora*,vt hãc ibidem acquireret veritatem. a tertia. A, quæ amorem ſignificat, Spiritus manſuetudinem acquirit:charitas enim, & amor be-

nignus

Digitized by Google

1.Cor.13. nignus eſt, patiens. *Charitas benigna eſt, patiens eſt*. Ab Alfa tandem, Sanctiſſimæ Trinitatis vnionem acquirit, qua anima totum, quod Sanctiſſima Trinitas vult, ut operetur, operatur. Nec aliquid eam faſtidit, vel aggrauat, quàm Diuinam ſemper voluntatem in ſeipſa adimpletam non videns. Quicquid ad ſeipſam pertinet, nihil ducens. O, ſit ita Domine in anima mea.

CAPVT XXXIII.

Diuinam veritatem in Eccleſia, ſub Maris figura intelligit.

1.Tim.2. 1 Qvi *ex veritate eſt, veritatem narrat*, qui amat lucem, poſſidet veritatem, & veritas in Eccleſia nihil aliud eſt, quàm quietiſſimum Mare, quod à terra ad Cælum, & è Cælo ad terram, animam, quæ in ipſo eſt, quocumque vult, conducit. In hoc mare nauigant Angeli, ideſt Angelicæ aliquæ creaturæ, quæ in carne præter carnem viuunt: remigant, qui veluti homines, ſed homines nõ ſunt, licet in carne; natant verò, qui præ amore tanquã Seraphim ardent. Huius maris aqua, vt naues, ac mercesà terra ad Cęlũ, & è Cęlo ad terrã deducãt, inſeruit; & mediante dulci, & ſuaui ſuo ſono ad delectandum, & nutriendum quod in ſe generat, & per ſuã limpiditatem, vt in ea nos, tanquam in ſpeculo videamus. ò Veritas, ò Mare. Hac conditione proponi vult iſta veritas. O Mare veritatis, quam ampliſſimum es. O Veritas, quàm amabilis es, quam neceſſaria, à quàm paucis cognita, minus amplexata, quàm pauci intrant in te. Laborat homo in remigando, vt per hoc mare ſuam conducat nauiculam, ſed in hoc huius veritatis mare dilectionis Alphabetum diſcitur. A. Amorem extenſiuum, ſignificat, B. Benignum, C, Cęcũ. D. Deſiderãtem. E. Eleuatum. F. Feruidum. G. Zeloſum; & Generoſum, Generoſum erat Verbum, ita conuenit ſponſæ. H. Humilem. I. Integrum. k. kalidum in omni opere, & plenum lumine. L. Lucidum. M. Mortificatum, ſanguine memorem, & mortuũ. N. Negatiuum. O. Otioſum, veluti de ſe nihil cogitantem, ſed de Deo ſolummodò; *Optimam partem elegit ſibi Maria*. Luc.10. P. Pium. Q. Quærulum, veluti ſponſa, quæ nec ad momentum Sponſi abſentiam ſuſtinere nequibat. R. Rubicundum ſanguine Verbi. S. Sapientem, & ſtultum ſimul; amor enim debet eſſe in electione ſapiens, ſtultus verò, vt animã extra ſe trahat totam in Deo raptam. T. Triplicatum, erga Deum, erga proximũ, erga ſeipſum; ſed eo amore, qui ſanctum generet odium. *Qui odit animam ſuam in* Luc.14. *hoc mundo, &c.* V. Vehemẽtem. X. Xchettum. Z. Zelantem. Con. Cõſiliariũ, Rum. Ruminantem, vt ſemper in ſe ſuum reuoluat amantem, veluti animalia munda.

2 Totum hoc Alphabetum ſcire debet, qui in ſe habere vult dilectionem, & ita dilectionem habebit. Mare eſt veritas, Mare Verbum, Verbum in veritate, & veritas in Verbo permanet. Deus in hoc veritatis mare, Verbum Diuinum, & & humanum, & quicunque huic adhæret veritati, manet in hoc mare. *Leua in circuitu oculos tuos, & vide*. Iſaia 49. Deus in veritate immmergitur, in ea abſconditur, & attrahit omnia, & *Veritas Domini manet in* Pſa. 116 *æternum*. Sed væ mihi, quia propter hãc veritatẽ homo odio habetur ab alio homine, & propter mendacium ab homine diligitur, & à Deo odio habetur. At quid refert, ab homine, qui vanitas eſt, odio haberi? Qui in homine ſiſtunt, in rebus creatis, & inſeipſis, veritatem non amant; Et quis magnitudinem tuam tuoſque ornatus valeat explicare. O Veritas? Tu charitatis nutrimentum, patientiæ ſoror, humilitatis filia, Amoris adiutrix, fidei mater, ignorantium doctrina, diſciplina ſtultorum, ſuperborum regula, tepidorũ ergaſtulum, Amantium ſcala, lapſorum requies, Virginum ſpeculum, omnium electorum tuorum ſecuritas.

3 Varij ſunt, qui in mare hoc veritatis natant, & piſcantur, varios effectus efficiẽtes. Aliqui cum Petro, cæteriſq; Apoſtolis quod quærunt non prendunt, alij quod quærunt capiunt; aliqui verò nec quod quærunt, nec aliud capiunt. Qui in Religione à te adeò dilecta ingrediuntur, in eaque ſubiciuntur, illi ſunt, qui quod quærunt nõ capiunt, meliori tamen modo poſtea conſequentur. Qui in præceptis

tis tuis ambulant, ſunt illi, qui quod quærunt accipiunt, qui verò mandata tua obſeruant, opera aliqua externa, quæ bona videntur, & non ſunt, cum non ſint in gratia facta, cogitantes, bona inquam non ſunt ad ſummum bonum acquirendum, iſti ſunt, qui nec quod quærunt, nec aliud appræhendunt. Tales ſunt etiam tepidi, & in negotio, quod magis eis refert, nimirum ſalutis eorum, tuique ſeruitij, negligentes: etenim, vt inquit Sanctus Iacobus Apoſtolus, non inueniunt, quia non benè quærunt, nec obtinent, eo quod non bene petant; ſed te, ſpecialiter in Religione quærentibus, totum ad poſſidendum præbes, ò Deus meus, ita vt magis illorū quam tuus dici poſsis: ſiquidem res, quæ datur non eſt amplius dantis, benè tamen accipientis. Qui uerò per tua præcepta ambulant, quærunt, & quod quærunt inueniunt; tibi enim ſeruire quærunt, & ſeruiunt; ſed differenter à nobis, videmur ſiquidem te quærere, & non inuenire, & tamen te per gratiam in nobis poſſidemus: non enim omnibus æqualiter teipsū præbes, ſponſis namque te totum das, nonnullos alios vt ſeruos retines, in alijs rebus, occuparos, quæ à te illos elongant. Bona fors ſponſarum tibi dicatarum, te ſuper omnia amantium, tibi ſoli per omnia ſeruientium, vt totum in omnibus te poſſideant, nihil præter te cupientes. Qui aliud præter te quærunt, quamuis te habeant, non ſic totum poſſident: diuiſus enim es, vt ita dicam, quemadmodū *Diuiſum eſt cor eorum*, cui, vt proprio ore, Domine, inquis. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerſo peruerteris*. Qualis enim quiſque in ſe ipſo eſt, talem te inuenit, ideò in iſtis, vt Paulus inquit, *Chriſtus diuiſus eſt*. Alij ambulant, & quærunt, quia verò non benè quærunt, non inueniunt: non enim vt patrem, Dominum, & Sponſum quærunt, ſed nec etiam curant inuenire. Attamen proprio amore, ac ſuperbia quærunt, undè oritur; vt poſtmodum, te, ſibi ipſis, omnibuſque mundi rebus priui inueniantur, quas multum diligendo, & cum ipſis te quærendo, ſeipſos, & te amittunt; Siquidem tua tandem viſione; & ſeipſis priuabuntur, in inferno ſubiecti, a tot dominati pænis, dæmonibus obedire coacti: nec mundi alia poſſident, cùm ea etiam inuiti dereliquerint.

Cap. 4.

Iſaia 10.

Pſal. 71.

1. Corinth. 1.

4 Eſt etiam ampliſſimum humanitatis Verbi mare, quod eſt veritas ipſa, in quo mare quidam purificantur, quidam veſtiuntur, quidam nutriuntur. Nutritur Eccleſia, veſtitur anima, genus purificatur humanum. Nutritur in ſanguine, eadem humanitate veſtitur, aqua purificatur, à Sacratiſſimo ſuo latere emanante. Nutritur ſanguine, ſiquidem Chriſtus noſter veluti Pellicanus effecit, qui roſtro proprio pectus percutit, & ſanguine emanante, ſuos viuificat, nutritque filios. Permiſit, imò voluit, ut à ſuis vilioribus mēbris ſacrum aperiretur pectus, ſiquidem creaturā, dum in peccati tenebris permanet, omni re, quam Deus habeat, uilior eſt, cum *Qui peccatum facit*, quod eſt nihilum, *ſeruus ſit peccati*, ac ità minus nihilo. Nihilominus Verbum ſuæ creaturæ amore, à viliori membro, nobiliorem ſui corporis partem, ideſt pectus, in quo reſidet cor in quo vita conſiſtit, vulnerari permiſit. Idem verò cor vulneratum, hoc vulnere apertum feneſtra eſt, ad ſui amoris immenſitatem uidendam, & ianua, vt pro noſtro libito ingredi poſsimus ad capiendos Diuinæ miſericordiæ theſauros, ſi velimus. Poteſt etiā amplius dici, quod humanatum Verbum pectus ſit æterni Patris; in illo enim ęterni Patris eſſe, cuius proprium eſt miſereri, quieſcebat. Nec inueniens Pater, quomodo perfectè poſſet hoc ſuum eſſe miſericordiæ creaturæ communicare, neceſſarium fuit, vt Verbum incarnaretur, quod, vt hanc miſericordiam, ſuumque infinitum amorem oſtenderet, pectus permiſit aperiri, à quo pretioſus emanauit ſanguis, quo mortuos ſuos viuificauit filios: Et quemadmodū cor in pectore reſidet, ſic in humanato Verbo eſſe miſericors Patris, quo mediāte, vita eſt homini reddita.

Ioan. 7. nu. 34.

5 Sed ſanguine iſto haud nutriuntur qui nihilo, imo nihilo minus deſeruiunt, qui, inquam, mortale committunt peccatum; benè tamen veri filii, qui in gratia perſeuerant.

Veſtitur etiam in ampliſſimo hoc mare Anima. Veſtitur amore, ſtrictè illi ſeunien-

vniendo, ſicuti veſtis corpori, quem cin-
Rom.13. git, *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*. Hac tamen differẽtia, quod veſtis vnitur, ſed foris; vnio verò hæc intus eſſe debet. Veſtitur etiam imitatione: & hæc eſt illa veſtis nuptialis, ſine qua in nuptijs ingredi non poteſt. Qui enim dicta humanitate per imitationem, & meritum non veſtitur, in vitæ æternæ nuptijs non poteſt intrare. Similiter in dicto ampliſſimo mare humanitatis Verbi non modò veſtitur, ſed etiam purificatur; quælibet enim anima hic purificatur, & à delicto, ac peccato lauatur, quia per humanitatem, & in humanitate Chriſti, modum quo totaliter lauemur, & purificemur habemus; vt benè ait Apoſtolus, quod non, redemp-
Eph.1. ti, mundati ſimus *Sanguine vitulorum, & aliorum animalium, ſed proprio ſanguine Vnigeniti Verbi.*

6 Pro illo verò, qui ita citius in hoc mare ingredi non poſſet, eſt lictus, vndè quieſcat, vbi plures arbores ſuauem vmbram efficiunt. Igitur qui in ſanguine, & aqua, ut nutriatur, & in Verbi Diuinitate, & humanitate purificetur, intrare non poteſt, in litore ſtet; ideſt, humilitatem, obedientiam, & patientiam à Verbo in paſſione oſtenſam, arripiat. Itaque quis dolere poterit, Paſſionis incarnati Verbi ſe non eſſe participem, vel in eam ingredi non poſſe, cùm pro omnibus paſſus ſit,
nec acceptor ſit perſonarum, vel ſtatuum, Act.10.
ſed ardentium deſideriorum? O, magnum eſt dicere, quod nec tentationẽ, vel aliud patiatur, quod Verbum in ſe non tulerit pro nobis. Sub tuorum infinitorum donorum, & gratiarum vmbris, quælibet ingredi poterit creatura, ò Verbum: etenim ſi nunquam aliud quàm octo beatitudines eſſent, ſufficerent, in eis ambulando, ut tuo capiamur amore, ad tuamque vnionem reducamur. Vndè qui pauper ſpiritu eſſe non poteſt, manſuetus ſit; qui manſuetus eſſe neſcit, ſit iuſtus; qui iuſtitiam non intelligit, puritatem aſſumat; ſit pacificus, qui non habet pacem, ſaltem miſericordiã habere conetur. O magnanimum, & æternum Verbum.

Digitized by Google

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS, ORDINIS CARMELITARVM LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Ioan. 10. In verba illa Euangelij, *Amen, amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ille fur eſt, & latro,* de tribus ouilibus, & de primo ouili, ideſt ſinu Patris, hæc fatur.

1 A*Men, amen &c.* In veritate, in veritate dico vobis, quod qui non intrat per oſtium in ouile, ſed per feneſtras, nō eſt verus paſtor. Porta es, ò Verbum, per quam ad Patrem intramus? & quamuis per illam vnitatem, quæ eſt inter Diuinas perſonas, ſis æqualis ei, per illam vnionē nihilominus, quam per humanitatem feciſti, per te ad Patrem intramus; eademque humanitas eſt etiam Paſtor, qui per portam, & per feneſtras ingreditur. *Intrat in ouile*; ſed quot ſunt tua ouilia, ò Verbum? Sinus Patris, Eccleſia, & Anima, in quibus tribus ouilibus tuas congregas oues, & per portam ingrederis, non per feneſtras. Quænam eſt porta Verbum vnicum, per quam in ſinu Patris ingrederis? & ſi ſemper es in ſinu Patris, quomodo in eo ingrederis? & ſi tu ingrederis, quænam eſt ianua ad eum locum adducens? æqualitas, quam cum eodem Patre habes eſt porta. Ingrederis, quia modo noſtro loquēdi, nec quales ſint tuæ qualitates, nec vnitatem quam cum Patre, & Spiritu Sancto habes, quamuis eadem ſit ſubſtantia, conſideras. Licet, attendens ad formam ſerui, cui te per obedientiam, & amorem ſubiecciſti, conſideres, quomodo per meritum gloriam illam acquiras, quæ ſemper tua fuit, tibi debita, & à primo tuæ conceptionis inſtanti conceſſa, per vnionem tuæ humanitatis ad naturam Diuinam. Huc intras; & ianuam, ſic dicam, tuis ouibus aperis, quæ propter tua merita Diuinam viſionem acquirunt, & tecum per hanc ianuam intrant; quam eis plagis tuis aperuiſti.

2 O quales plagæ. Ianua pro ianua; Ianua pro ianua; ianua, ut ingrediamur ad Patrem. Ianua, vt ad cor filij ingrediamur; Ad Patrem, quia per plagas has paterna viſcera cognoſcuntur; cum per ipſas Diuinam viſionem, & fruitionem acquiramus, in ipſis noſtra innitentes merita, & ſine quibus eadem merita nulla forent. Ianua eſt, vt ad cor Filij ingrediamur: ex hoc enim, amoris ardētis Filij cognitionem acquirimus, *Sic Deus dilexit* Ioann. 3.
mundum, vt filium ſuum Vnigenitum daret, eſt aliud? Etiam. Fateor, notum nobis facere, licet non petamus, totum quod tibi Pater effecit. Dic ò Verbum, quod bonus Paſtor, & non latro; & ego auſim dicere, maiorem latronem te nunquam vidiſſe, & maioris momenti rem furatum eſſe, ea, quam nobis donaſti: Per te mihi ſic dicere liceat, ſcio enim dixiſſe Paulum. *Non* Philip. 2.
rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Non dico, te furatum fuiſſe, tanquam nō eſſet tuum, vel per te, ſed furatum, vt ſic dicam, pro nobis: hoc enim eſſe Diuinū, quod accepiſti, & ſemper tuum fuit, nobis dediſti, & amor te latronem pro nobis effecit, deduxitque, ut tanquam latro,

inter

Digitized by Google

inter latrones morereris. Nō ergò furaris, nec furtum commiſiſti, & tamen furaris, vt dico. Non furaris, aut furtum commiſiſti, quia totum tuum eſt, vt inquit Paulus, ſed furaris, & ſubripuiſti, quia ità faciliter elargiris, & largitus es, ac ſi tuum non eſſet, & furtum commiſiſſes; etenim tuum hoc diuiniſſimū eſſe, quod ab æterno à Patre, & cum Patre habes, per vnionem tuæ Diuinæ perſonæ, nobis communicas, & in æternum tibi vnitum ſeruans, *Quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit*, quod ſemper clargiris, dici poteſt.

3 Aliud inſuper eſt; in dono tui ſanctiſsimi corporis, & ſanguinis Diuinitati vniti, in auguſtiſsimo Sacramento, qualibet hora, & momento teipſum non præbes? Ita eſt Domine mi. Et teipſum dans, totum te collocas in tua hoſtia, & qualibet illarum viſibilium ſpecierum ſacramentalium parte, ita ut teipſum dans, efficere non potes (hoc enim voluiſti) vt totum te non dares; in omni enim illarum minima parte ſpecierum diuiſus, totus includeris. O, nec vidi, nec cognoui, nec vnquam audiui talem eſſe latronem, qualis es tu, nec tàm magni momenti res furatū, quàm tu, nec tàm malè trattaſſe, vt aliquo modo, vt ſic dicam, eas proiciat, creaturæ tam vili, ſæpiuſque eaſdem contemnēti, elargiendo. Creans, potentiam Patris aliquo modo furaris, liberum arbitrium, & voluntatem creaturæ donando, quo ſuo velle, faciat quidquid vult, ac ità, ſi Pater vult eam ſaluam facere, ſine ipſa ſaluare non poteſt; & in hoc Patris potētiam ſubripis. Itaque tua bonitas, tuumq; eſſe communicatiuum, te conſtituit dilectione latronem, ſimulque verbum tuum verificatur, quod dicit, te non eſſe latronem, attamen, vt dicebam, latro pro nobis effectus es.

4 Non quæris per feneſtram, ſed per ianuam intrare, quia Patri ſubijci, tuæ placuit humanitati, totumque quod voluerat, operari, qui *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiens.* Quamuis Patri eſſet æqualis, forma ſerui contentus eſt, cum ſit, quod eſt, principium ſine principio, finis ſine fine, Deus de Deo inſcrutabili, & incomprehenſibili, qui ſolus à ſeipſo, & per ſeipſum, & in ſeipſo de ſuo eſſe gaudet, & de ſuis perfruitur qualitatibus. Similis nobis, parum dico, ſeruus noſter effectus eſt, venitque tanto ſuo labore ad ſeruiēdum nobis, cum ſuę vitę iactura. O Amor, & quid non operaris? reuoco nunc, quod dixi, & ut tu dicis, aio, te non eſſe latronem: habens enim in ſeipſo Patris, Spiritus Sancti eſſe; tuum eſt, quod creaturis elargiris, vndè, ecce quod latro non es, nec à Patre eſſe ſuum generandi furaris, licet creaturam regeneres. Cum eodē enim eſſe Patris tuæ humanitati coniuncto, cum nequeat perſona Diuina, à natura, & ſubſtantia Diuina, quæ communis eſt omnibus tribus perſonis Diuinis, nullo modo ſeparari, aut diuidi, qua cōiunctione, & ſanguinis tui aſperſione mediante, eamdem creaturam à te iam creatam regenerasti. Nec à Patre potentiam ſubripis; quamuis enim homini libertatem arbitrij dederis, non tamen à Patre Diuinitatis magnitudinem, quam habet abſtuliſti, nec, vt non poſſit quodcunque vult in Cęlo, & in terra. *Deus autem noſter in Cęlo; omnia quæcumque voluit fecit.* Pſ. 113.

Philip. 2.

CAPVT II.

De ſecundo ouili, ideſt Eccleſia.

1 AGis, vt vocem tuam ouiculæ tuæ audiant, imò vt allicias, vocem eleuas, eaſque vocans, vt intrent in ouile; & quæ in eo ſunt, vt ibi permaneant, inuitas. Suaui voce conuocas, mutans eiſdē nomen, non oues, ſed columbas, & ſponſas, appellando: nec ſolum voce ſuaui eas vocas, ſed etiam voce rara, & melliflua. Qui verò ad te aſpirat, nullum periculum eſt, quin eam cognoſcat. Rara hęc vox, qua oſtendis, & inuitas, vt ingrediatur in ouile, rara, imò rariſſima dici poteſt. Pauci enim ſunt, qui libenter audiūt verba illa. *Beati pauperes ſpiritu*, & his ſimilia, quique vocem tuam audire ſciunt, & te per vocem tuam cognoſcentes, ſeipſos humiliare ſciant. Benè oſtendit ſponſa, vocem tuam eſſe ſuauem, cum ab ea vocata, vt intraret in te, teque honoraret, Matt. 5.

viſcera elargiretur. Mellifluam tuam dulcedinem tunc oſtendis, cum ad ſumendũ corpus, & ſanguinem in Sanctiſſimo Sacramento inuitas: qua mediante receptione, omnes in ea virtutes infundis, maximè verò adeo neceſſariam, virtutum omnium thiriacam, patientiã. Vndè Diuinus huius tuæ vocis effectus penetrans, ac cognoſcens, aſpirat ad illam, vt ſuæ virtutis effectus conſequatur; ſciens te eã vocare, qui bonus es Paſtor, & non latro. O Verbum amabile, fac vt illa omnium creaturarum penetret corda, opereturq; effectus à tuo Propheta decantatos. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.*

Pſal. 28.

2 It poſtmodum amans, hoc Verbum, ſummus, & amabilis Paſtor, it inquam & in ſuaue, amænum, & iucundum ouile Eccleſiæ ingreditur, quæ mihi ianua, & ouile facta eſt. Ouile, in quo limpidiſſimã gratiæ ſuæ aquam ouibus ſuis impertit; Ianua, per quam poſteà intratur in gloriam. Maiora me intelligere facis, ò Verbum. Hæc gratia tua propriè ianua eſt, ò Verbum, per quam in anima ingrederis; ſed non mediante creatura, vel re alia naturali creata tibi inferiore, ſed ſolummodo gratia tua, teipſum animæ conferente.

3 Nec vnquam Verbum per feneſtras quærit intrare, quia nunquam in anima ingreditur, niſi prius ipſa aſſenſum præbeat, cum ſit voluntas noſtra ianua, per quam idem bonus Paſtor ingreditur: & vt verus Eccleſiæ Paſtor, ſui intrinſeci amoris baculum, ſimul & flagrum timoris aſſumit. *Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam appellaui decorem, alteram verò funiculum,* vndè ſuaui, amænaque voce illas omnes, quæ ſunt de ouibus ſuis vocat, quæque dictam vocem dicentem audiunt. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro*, cunctos ad pęnitentiam inuitando credentes, Cęlorum regnum eis promittit. Hic autem non agit, vt latro ſurripiens, benè tamen Diuinas ſuas diſpenſat gratias. Animam ſuis implet bonis, inuitans, magno amore vocans, delicias ſuas oſtendens, & faciens deguſtare. Quod ſi anima aliqua propter ſuos defectus timet, ac in conſpectu Æterni Patris contremiſit, in hoc Eccleſiæ ouile intret, in quo infinitæ medicinæ ad quamlibet infirmitatem ſanandam, & purgandam ordinatæ ſunt; velitque illa efficaciter ſanari, quod ſtatim gratia Diuina, à qua hoc velle oritur, ſanabitur. In quo ouili hæ manſuetæ oues Paſtoris ſuauitatem guſtabunt; ſe enim dat eis in cibum, adeoq; familiarem ſuam reddit vocem, vt quamuis abſens, eis tamen præſens eſſe videatur. Vndè nunc deorſum, hoc præſenti tempore, aliqua mixtio fit in dicto ouili. Poſtmodum verò omni ex parte iudicabitur; ideo quilibet ſuaui amore, & tremore permanere deberet, vbi Verbum eſt Paſtor, eius gratia, potta.

Zach. 11.

Ioel. 2.

CAPVT III.

De tertio ouili, quod eſt Anima.

1 INtrat etiam beneuolum hoc, & incarnatum Verbum in tertio ouili; ideſt in qualibet anima, dummodò præparata ſit; cuius Animæ ouilis idem Verbum eſt ianua, per quam intrat, & eſt etiam Paſtor ingrediens; ibique gratiæ ſuæ ſuperbundantia, animam ad eum recipiendum diſponit; etenim in illa ingrediens cum toto ſeipſo, vnitatem Sanctiſſimæ Trinitatis continente, ingreditur; ſed non voluntatis illius ianuam ſolam requirit; ſi enim ſola eſſet, & non à Verbi ſpiramine ſociata, ingredi haud poſſet. Ingrederis tanquam Paſtor, & illius te conſtituis cibum, ibique gregem magno numero congregas; etenim tu Deus æternæ, cum in anima ingrederis, non es contentus, vt ibi ſolus permaneas, ſed tecum infinitam multitudinem gratiarum, & donorum adducis; vndè mediante ipſamet anima ita à te fęcundata, attrahis hic, veluti magnes ferrum; & hoc attractum aliud attrahit; & illud aliud, & ſic longa efficitur catena, totum per virtutem magnetis attrahẽtis. Ita anima hac, tuiſque in ea donis mediantibus magnã animarum multitudinem attrahis, quia vocem tuam audiendo, illa ad operationẽ tuam redditur apta. Poteſt etiam illa, voce ſua, ſecum ad te plures creaturas adducere

ducere. hoc verò opus ſuum non eſt, ſed totum à te procedit, quamuis ipſa ſolum, aſſenſum, quo vteris, præbēdo, operetur. O quoties euenit, vt vna mediante anima tot aliæ vocem audiant, & ad te adducas, quod totum tutum opus eſt.

Pſa. 67. 2 Non venis, vt ſurripias, non, ſedut largiaris. *Dedit dona hominibus*. Dat inquam in Cælo gloriam, dat clarificationē corporum, quæ ſecum glorioſa, & tanquam membra capiti, huic ſuæ carni unita, reſurgent, *Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*, vitam non ſolum gratiæ, ſed etiam gloriæ, per quam etiam caro noſtra in æternum viuet beata, per meritum illius carnis, & ſanguinis, qui carnem verè beatam, & beatificantem recepit. Dat aliud? Verbi vnionē, totumque id, quod in Diuinitate eſt, donat; & ſi maius aliquid, eſſe Dei inueniri poſſet, huius etiam (dicerem) communicationem daret: efficeretque, nos ipſo Donatore, aliquandò maiores, dato tamen, non conceſſo, cum id ſit impoſſibile, quòd in Deo ſit aliquid maius Deo. O vnio infinita.

Ioan. 6.

3 *Paſtor bonus es*. Quot ſunt, quæ in bono Paſtore requiruntur? prima, vt plus diligat gregem, quam ſeipſum, gregem ſuum præcedat, baculum habeat in manibus, curet canem ad defendendum gregem habere, recentia, ac viridantia paſcua, aquarumque frigidarum fontes, calidum, frigidumque locum ad eas pro temporum varietate includendas, inuenire. Ecce Verbum æternum, omnes has partes boni Paſtoris habens. Incepit in ventre matris plus gregem amare, quàm ſeipſum, deſiderio vitam ponens, priuſquam tempus eam dandi adueniret, & poſtmodum in Cruce idem deſiderium manifeſtauit, imò adimpleuit, efficaciter pro grege ſuo vitam ponendo; vndè quātum diligebat, bene, oſtendit, oſtendit, inquam, nos pluſquam ſeipſum amare.

4 Gregem præcedit: cum enim ab æterno ſine principio fuerit, eas præceſſit animas, quæ ipſi à principio mundi placuerunt, & nunc vſque ad finem mundi, ſicut beneplacitum eſt ei, in eam, quā vult, vt ſuam. Et quam voluntate antecedenti ſuam non vellet? *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*. Præuenit gratia ſua, & ità gregem præcedit, baculum ferendo, lumine internarum inſpirationum illuminando. Semper cum grege ſuo, in qualibet anima, conſcientiæ ſtimulum, quod eſt canis, introducit. Eumdem gregem ad viridantia, & ſolida ſacræ doctrinæ, & poſtquam factus eſt homo, Euangelij. Paſcua conducit. Ad bibendum ſuper effluentem gratiam ſuam, & poſt carnem aſſumptam, ad limpidiſſimum ſui amabilis lateris, ſacrarumque plagarum fontem etiam trahit. Vigilat noctis tempore. Tibi Verbo ſemper eſt lux, ſed nobis iugiter nox. Quieſcis ergò, & communicas animæ extrinſecum, & intrinſecum lumen, abſque vigilia vigilans ſuper gregem tuum. Temporis viciſſitudines præbes, nunc ſecuritatem, & inexcogitabilis amoris pignus, nunc intrinſecum, & terribilem timorem Infundendo.

1. Timot. 2.

CAPVT IV.

In Verbo Diuino, paſcua animarum reperiri, intelligit.

1 Paſcua tua, ò æternum Verbum, in te ipſo ſunt, ſed loco, & tempore oportet inquirere *per vicos, & plateas*. Neceſſe eſt in ipſo Verbo paſcua quærere, ſed ego ad intrandum in illis, pararam inſpicio uiam, mediantibus clauis. Adeò amæna ſunt paſcua iſta, ut quicunque ea benè cognouerit, nunquam, vt in eis non intret, poterit ſe continere. Ita; tot in ſuaui capite humanitatis Verbi. & lique fecit cor meum intra me.

In cauerna pedum Verbi ſponſi mei me abſcondo, vbi ille cor meum ſagittat, & penetrat. Qui uult nutriri, huc ueniat, qui complures florum, & liliorum faſciculos ligare uult, ueniat huc; in ijs enim ſponſi mei pedibus plura, & plura pollubria impleri poſſunt. Ego ſpecioſis his floribus, qui tot ſunt, uellem tuarum ſpōſarum capita coronare.

v Sed faſciculum componam, & Mariæ dabo, ut eis conſeruet. Fructus, quos à manu tua ſiniſtra accipio, ò Verbum, nol-

nollem pro me ſolummodo, ſed toti mũdo communicare aſpiro. Benè, quod ſi multis proferrem, ſtultitia, & amentia videretur. *Nos inſenſati vita illorum æſtimabamus inſaniam*, ſed væ, væ illis; ego iterum tibi eos offero, tui enim ſunt, & cuilibet potes elargiri.

Sap. 5.

3 Ab hac tua dextera manu, ò Verbũ, margaritarum pretioſitatem, quas ibi inuenio, colligam, eaſque omni creaturæ communicare anima mea deſiderat. O Chriſti mei humanitas, in tuis pedibus flores, in manibus, fructus, & margaritæ, ſed in corde in magna copia ſunt ſagittę. O cor, ò æterni Verbi humanati latus. Tantæ influentiæ tuæ ſatisfieri nequaquã poteſt, Nimium ſagittas; ferri non poteſt; magno opus eſt auxilio ad reſpondendum, & ad tot ſagittas conſeruandas.

Ioan. 10. 4 *Ego ſum Paſtor bonus; Ego ſum oſtiũ, per me ſiquis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Quò ingrediuntur, & vndè egrediuntur, niſi in paſcuis ſapientiæ tuæ, ò Verbum: in ijſdem paſcuis, non ſolum nos, ſed & tu ipſe, Arcangeli, & omnes beati ſpiritus nutriuntur. Vndè dicens, quod ingrediebantur, & egrediebantur, ſecretum ſecretorum, Diuinæ ideæ ſecretum, tui Patris, tuum, & Spiritus Sancti ſecretum, ſecretum tui amabiliſſimi cordis, ſecretũ Angelorum, ſecretum beatornm ſpirituũ oſtendiſti. Manifeſtauit ſecretum, quod erat in æterni Patris idæa, ſecretum ſui ipſius, ab ipſo Patre egrediens, & à ſe, Pater, Verhum hoc generans, poſtea humanatum. Etenim Patre ſeipſum intelligente, generatur Verbum, quod, quia per modum intellectus, qui eſt ex ſua natura aſſimilatiuus, generatur, figura, & imago Patris dicitur; & ab ambobus dulciſſimo amoris vinculo Spiritus Sãctus ſpiratur, qui idem amor eſt: & tanto magis multiplicatur manifeſtatio hæc, quanto plus in creaturarum multitudine communicatur. Inſuper gloriæ redundantiam, quæ ipſum glorificabat, faciebat; etenim adeò ingens erat, vt non poſſet nobis cum illa plenitudine communicari; ſed ex ea plenitudine partem recipimus, quilibet ſe-
Ioan. 1. cundum eius Diuinum beneplacitum. *De cuius plenitudine nos omnes accepimus* gratiam. Gratiã prius in terra, & poſt modũ in Cęlo gloriã. *Gratiã, & gloriã dabit Dñus.*

5 Et ſimiliter Verbum humanatũ faciebat. Seipſum comprehendens intuebatur, tanquam Verbum origine poſterius Patre generante, licet eidem ipſi æquale, natura, immenſitate, ſapientia, potentia, bonitate, cunctiſque alijs Diuinis attributis, omnibus Diuinis perſonis communibus. Itaque Verbũ hoc ſeipſum intuẽs, complacentiam ſuæ æqualitatis faciebat. Videbatur in terra, quamuis terra, non, niſi in idæa Patris, eſſet creata.

6 Poſtmodum ipſa veritas ingrediebatur in ſeipſa, & à ſeipſa egrediebatur; etenim ſi à ſeipſa non fuiſſet egreſſa, nec creaturam creaſſet, neque eſſe dediſſet; quo eſſe à Verbo poſtmodum aſſumpto, hominem perditum recuperare potuiſſet, & cum eadem, in mente ſua Diuina, cõcepit, creaturam in ſua idæa creatam, creare; cognoſcens verò quod creaſſe nõ ſufficiebat, ad hoc, vt ſibi fruendum adduceret, quia peccatum commiſerat; incarnatione Verbi mediante, recreare decreuit; & ſapientia hæc in ſe ingrediens, & à ſe egrediens creaturam hanc à ſe creatam agnouit, & amore illius captus eſt; quæ cum ab Ipſa egreſſa ſit, ferre non poteſt, vt corrumpat, & in minimo, ſpecioſam imaginem, & ſimilitudinem eius offendat, per quod, viſione, & fruitione ipſius ſummi boni, & vltimi finis, qui eſt Deus ſuus, priuetur. Vndè propter amorem infinitum erga illam, cooperauit, fecitque ignaram ſuam ſapientiam apparere, aſſumendo humanitatem, in qua contra offenſam, quam illi perpetrabat, remedium adhibuit, & amiſsam gloriã recuperauit. Ac ita ingrediente, & a ſe egrediente Trinitate, concepit, creaturam ſibi ſimilem creare, & per gratiam recreare, vt creatura creata, maleacta, & deformata per culpam, iterum ſibi ſimilis redderetur. Vbi Sanctiſſima Trinitas, & indiuiſa Vnitas in ſe ingrediens, & in ſe remanens, hominem creare concepit, qui caput eſſe debebat, nonmodò hominum, ſed etiam Angelorum, ideſt Verbi humanitatem. Cum *ſit primogenitus in multis* Rom. 8.
fratribus; & egrediens, creaturam ad pulchram ſuam *imaginem, & ſimilitudinem creauit.*

creauit. Vnde ſi à ſe egreſſa non fuiſſet, creaturam in ſe iam conceptam minimè effeciſſet. Ingrediens poſtmodum in ſe Sapientia, ideſt Verbum Diuinum, vidit creaturam præuaricantem, & præuaricando, ſpecioſam *imaginem*, quam ei dederat, deturpare: vnde propter magnum, infinitumque amorem erga illam, cum à ſeipſa egreſſam videret, à ſeipſo egreſſus eſt, ſapientiæ ſuæ oblitus ſecundum externam ſpeciem, quoad nos. A ſeipſo egrediens, eamdem hominis formam, ſimilis ei factus, accepit, vt liberare eum poſſet, & ad priorem ſtatum, in quo eum creauerat, reducere.

7 Angeli etiam, & glorioſi Spiritus Beati in his ſapientiæ paſcuis ingrediuntur, & vi ſuæ unionis, quaſi ſupra ſeipſos ſe eleuare coguntur. Amoris affectu ingrediuntur, & per Trinitatis magnitudinem, ipſis, omnique aliæ creaturæ incomprehenſibilem, egrediuntur, & non egredientes nunquam egrediuntur; ſemper enim plus vident, pluſque infinitè remanet ad videndum, de eo quod de Diuinis perfectionibus videri poteſt; omni enim creaturæ incomprehenſibilis es, ò Deus meus, nec alius, quam ipſe tu, neque Verbi humanitas, quæ licet plus quam omnis creatura ſe intelligat, non tamen comprehendit. Debet etiam iugiter à te egredi, & ingredi, ò Verbum, ſed oportet magnum adhibere ſtudium ad hanc ſapientiam ingrediendi, & egrediendi in te, ſemper in permanendo, addiſcendam. Neceſſe è ut creatura, in omni motu faciendo, ſemper in tua Diuinitate ingrediatur, & in tua humanitate egrediatur, ingrediatur in Diuinitate, ut tibi complaceat; in humanitate egrediatur, vt te imitetur. Hanc doctrinam exercere oportet eum, qui ingredi, & egredi à te, & in te vult addiſcere; etenim ſi anima eandem doctrinam poſſideret, Deum conſequenter poſſideret, & Deus poſſeſſor eius eſſet; vndè etiam magno gaudio, & vtilitate proximis eſſet.

8 Sunt etiam quædam alia paſcua, quæ ſunt virtutes in tua humanitate fulgentes, in qua aliqui intrant, in nullo te deformantes; alij verò intrare nituntur, & conceditur eis, quia perrectam uiam incedunt. Fælix, qui in te, & à te bene ingredi, & egredi ſcit. In hoc (quod oppoſitum videtur) vel ingredi, vel egredi in ſe, & à te, maxima, & amæniſſima paſcua inueniuntur; in quibus creatura, quę hic deorſum commoratur neceſſe habet, vt ea in tua humanitate deguſtet. Surſum verò, ita dicam, abſque ſuo guſtu, veluti abſorta in te totaliter, erit Deus omnia in omnibus, & sūmo guſtu, quemadmodum de te perfectè gaudentes, in Diuinitate guſtabunt. Paſcua talia ingrati recuſant, eſſe imaginis, & ſimilitudinis tuæ præſtitum minimè cognoſcentes.

9 Anima à te nutrita, Verbum, tuum redditur nutrimentum. O infinita Sapientia, & æterne, & infinite Deus, qui a creatura percipi vis, cum ſummum eis ſis bonum; & ipſa eſt tui capax, te eo modo, quo poteſt, intelligens, & quo quaſi ſub velamine te oſtendis, velamine quidem, ſed fidei lucido; *Declaratio ſermonum tuorum* Pſal. 118.
illuminat, & intellectum dat paruulis. Quāuis, ità poſſibile ſit, vt tu Deus non ſis, ſicuti, vt plene hoc finito tempore percipiaris. Qui dicit te plenè in hoc mundo intelligere, & in alio comprehendere *Anathema ſit*; ita enim poſſibile eſt, vt hoc ſit, quàm quod ignis remanens ignis, conuertatur in aquam: & aqua, aqua remanens, conuertatur in ignem. At in quo, tanta tua infinitate vtar, Deus mi? medium oportet attendere; finis enim periculoſus eſt. Aſpiramentum in te, ſuauis, & quies in te inquieta, è, nil velle, nil in aliquo intelligere, deici, te adeò parum agnitum videns, & conſumi eo quod tàm parum diligeris. O Deus in electione animarum admirabilis; & in communicatione tuæ Diuinitatis, & in humanitatis noſtræ vtilitate mirabilis.

CAPVT V.

De efficacibus fatur medijs, quibus anima Deo vnitur.

1 QVot modis animæ teipſum vnis, ò Verbum, & qualia, & quanta ſunt, quæ in animam, & animā in te retinent? ex parte tua, ò Verbum, quin-

quinque ſunt cauſæ te in animâ retinentes, tres vero ex parte animæ. Ex parte tua, Verbum, prima cauſa, qua vniris, & moraris in anima, eſt continuus, & aſſiduus in teipſo, tuijpſius intuitus. Vnio quã cum Patre, & Spiritu Sancto habes ſecunda cauſa eſt, ò Verbum, vt animæ teipſum vnias. Talis in te vnio magis ad hanc vnionem faciendam prouocat, quam ignis creaturam, vt ab illo abeat, cum vehementer incendit.

2 Tertia cauſa ad vnionem animæ prouocans, Sanguis eſt, cuius quælibet gutta lingua eſt, vnionem, vnionem, cum redemptis vociferans: eædem ſanguinis guttulæ Verbi, ſuauem muſicæ vocem reddunt eodem Verbo, Amorem quo illum effundit commemorantes. Idem ſanguis efficit vt ita erga creaturam Verbum capiatur amore, vt illum præbeat, cum pro ipſa creatura effuderit; & quemadmodum Deus habet animæ centrum, ita animam, dicam, eſſe centrum ſanguinis pro primo eius motiuo, præter præceptũ Patris, & obediendi voluntatem in filio.
Pſal. 39. *Tunc dixi, ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam* Pro primo illo motiuo, quod fuit amor erga creaturam, aio, Verbum prouocaſſe ad illum effundendum, vnde quemadmodum Deus ſemper idem eſſe abſque principio habet, illudque intuetur, ita ſanguis ad primum hoc principium, quo fuit effuſus, intuetur.

3 Quarta cauſa Verbum prouocans vt animæ vniatur, eſt gloria ſuæ humanitatis. Gloria humanitatis gloriam facit, eſtque cauſa, vt Verbum ad vnionem animæ moueatur: hæc enim humanitas noſtræ vnita, homo ſiquidem, & humanitas eadem res in ſe eſt, quamuis aliquando vt res diuerſa in loquendo apprehendatur, cumque videat ſe glorificatam, cognoſcatque talem glorificationem fieri per vnionem Verbi cum homine; ideò vt anima disiungatur à Deo ferre nõ poteſt; Et proprie agit eadem Verbi humanitas quemadmodum beneuolus frater, alium fratrem habens, quem cordialiter diligit, videnqſe ipſum gaudere; vt frater ſuus diuitijs ſuis priuatus videatur, ferre non poteſt. Tantũ facit humanitas, quæ glorificatam ſe aſpiciens, deſiderat, ſi deſiderium in ſe habere poteſt, animam etiam talem glorificationem habere, ideoque hæc gloria humanitatis mouet Verbum, vt animæ vniatur.

4 Quinta cauſa ad faciendam hanc magnam vnionem, ſua æqualitas eſt, quæ adeò magna eſt, vt totum quod habeat communicet; cum per hanc æqualitatem tã ſapiens, tàm bonus, tàm potens, quàm Pater; eſt que Deus de Deo, lumen de lumine, Deus de Deo vero, & per idiomatum communicationem, hos titulos honoreſque Diuinos participat; quamuis ſecundum humanitatem veraciter dicat *Pater maior me eſt*. Quapropter nil videre poteſt, quod per gratiam ſibi æquale nõ ſit, eò tamen modo, quo rationalis creatura eſt capax: Diuino ſubſiſtente decreto, de ſolo, & particulari homine, à perſona Diuina aſſumendo, à quo nihilominus in omnibus alijs hominibus gloriam participandi in ſua natura Diuinitatem redundat: & hac de cauſa, hac gratiæ vnione mediante, curat animam ſibi per participationem reddere æqualem, cum non ſit adeò lux à tenebris difformis, Ioan. 28. quàm difformis eſt anima à Deo per peccatum ſeparata. Ideoque ſua æqualitas prouocat Verbum ad hanc unionem faciendam. Videnſque idem Verbũ (quod tanquam Deus videt, viditque ab æterno omne quod eſt) animam non poſſe eſſe ſibi æqualem, ab illa vnitate, quam cum Patre habet, & Spiritu Sancto, mouetur ad excitandam eamdem animam, vt talem deſideret vnionem, imò ſuauiter compellit, vt apta reddatur ad eam recipiendam;

5 Tres ſunt cauſæ ex parte animæ, quæ Deum, vt cum illa vniatur, prouocãt. Prima, vt quantum ſit ei poſſibile, eſſe à Deo præſtitum conſeruet. Deus enim, illud eſſe, quod animæ dedit, intuendo, cum videat forti voluntate ab eadem cuſtoditi, cogitur modo aliquo, ad ſe animæ vniendum, cum illius eſſe à Deo procedat, Deuſque ſit qui eam ſtabilit, & firmat, laudatque deſiderium, quod habet, vt reddatur apta ad conſeruandum dictũ eſſe à Deo datum, vt poſſit cum illa hanc vnionem efficere,

Se-

Secunda cauſa prouocans Verbum ad animæ vnionem,eſt humilitas, quæ in ea inuenitur.Quæ humilitas,veluti Magnes, Deum in animam attrahit;vndè facturam ſuam reſpiciens, quæ per humilitatem, cognitionem,& annichilationẽ eſſe ſuum, vt ſic dicam, amiſit,ſolummodo ſuum nō eſſe reſpiciens, eſſe quoddam nobiliſſimum,& perfectisſimum præſtat;quaſi dicam, eſſe, ſine principio, & ſine fine. Eſt quoddam eſſe (ita vocaſti ò Domine) tuum proprium,eſſe Diuinum. *Qui adhæret Deo vnus ſpiritus ſit cum illo*, non iam per naturæ communicationem, ſed per vnionem voluntatis, quæ non aliud velle, nec intelligere, quàm tuum, videtur habere; Et ità tecum operatur, ut in ſeipſa, & à ſeipſa operari minimè videat; totumque quod operatur,tua, & non ſua operatio videatur,quamuis magis tua ſit, quàm ſua: licet enim illa tanquam creatura à te mota concurrat ad opus, nihilominus operari magis tuum, quàm ſuum eſt,cum ſis ipſe principium,medium,& finis talis operationis; quique gratia, & amore tuo omnia moues, & operaris in ipſa, non ſine ipſa. 1.Cor.6.

6 Cùm anima ad ſtatum hunc peruenit humilitatis, adeò de hac eius annihilatione ſibi complacet,vt illius non eſſe magnificet,ibique ſuam faciat habitationem. Non enim poteſt Deus, vel vult illius animæ vnionem, quæ hanc annihilationem non habet;etenim cum ſit Ipſe in ſe, & per ſe glorioſus, nec alicuius indigens,ſi animæ hac ſui annihilatione carenti vniretur, illius indigens videretur, nec eſſe, ſicuti eſt, in ſeipſo glorioſus. Et quemadmodũ in Vniuerſi creatione nihilum præceſſit (ſi tamen id,quod non eſt præcedere dici poteſt) omnibus in hoc mundo à creatore iam factis, & ſuipſius vnioni,quæ dedit eſſe,& ſui participationem omnibus ſuis creaturis ſecundum cuiuſque naturæ capacitatem, per quam participationem omnis creatura eſt vnita, & à Deo dependens; ità ad faciendam hanc aliam cum anima vnionem,& mundum gratiæ recipiendum, oportet, vt in anima annihilatio hęc inueniatur:& quēadmodum, gratia mediante,in parui mūdi, ideſt creaturæ rationalis,ręcreatione, & in vnione Verbi cum humanitate, voluit, vt annihilatio in illa præcederet,quę mater ſua eſſe debebat. *Ecce Ancilla Domini*, vt tali actu, dignior tanta gloria, & magnitudine redderetur; quam nec ipſa, nec vllus beatus ſpiritus,aut pura creatura valeat comprehendere, cum dignitas Matris ſit infinita. Sic, vt anima hoc Diuino Verbo vniatur, oportet vt in ea hæc annihilatio præcedat;ipſaq;mediante,aut præcedente, Deus in illa mirabilia operetur, & de ea dici poteſt. *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ.* Sed neque annihilationem hanc in ſe cognoſcere intelligit, ſed ſolum ſe annihilando, tranſit ad magnitudinem Dei, quem, animæ hanc vnionem habenti, vnitum,reddit, modo quodam loquendi, in ſeipſo glorioſum, illi,non ſibimet, gloriam omnem, & honorem attribuendo. Vndè ita in tali anima ſibi complacet, vt iugiter cum ea vnitus permaneat; & hac unione, eo modo, quo poteſt creatura (remanens quoad naturam in ſuo eſſe) de Diuinis participat perfectionibus. Luc.1.

7 Tertia cauſa ex parte animæ, prouocans ad vnionem cum illa, eſt,animam ambulare, intelligere, & amare Veritatẽ, eumdem Deum,qui Veritas eſt:ambulante verò illa, intelligente, & amante Veritatem,non poteſt ipſe non ſe illi vnire, quia ſimilis Ei,qui Veritas eſt,redditur;& Ipſe etiam per creationem, redemptionẽ, & gratiam ſuam diligit.

CAPVT VI.

Spiritum Sanctum cum donis ſuis recipere; poſtmodum à tribus Diuinis perſonis,aliqualiter relinqui, inſinuat.

1 SPiritus Sanctus fulgur ignis aſſumit, vt in eo intret, ſuæque pauperculæ ſe communicet. Poſtmodum ad Patrem pergit, & ab illo pro ſua paupercula potentiam impotentiæ attrahit. Pergit ad Verbum,à cuius oculis viſum nihil

videndi attrahit. Pergit ad Hierarchias,
& ab illis, inuiſibilem generationis eorũ
ſubſtantiam attrahit, ideſt immobilitatẽ,
firmitatemque in obiecto electo, quod eſt
Deus, totam tamen in Deo remiſſam. A
beatis ſpiritibus partem attrahit vnionis,
quam dat Pater, Verbum, & Spiritus Sã-
ctus, vt totum in animabus adunaret, ad
hoc, vt tanquam Arces munitæ abſque
timore remaneant; permaneantque ſum-
mo tremore immobiles.

2 In flamma ignis te infundis, eh, dul-
ciſſime Amor? quid erit poſtmodum, vbi
in totum eſt eſſentia tua in corde Patris,
& Filij, & vbi fortius ardes, obicem, aut
impedimentum haud inueniens, in Para-
diſo, in beata Sion, in cęleſti Ieruſalem?
Iſaia 31. *Cuius ignis in Sion, & caminus in Ieruſalẽ.*
Operans Pater, à ſolita ſua, & benigna
operatione in pauperculæ ſuæ anima ceſ-
ſare videtur, & Verbũ, quod in ſinu eiuſ-
dem Patris ſemper eſt viuens, vita totius
vitæ, & omnis gratiæ fons, veluti mortuus
apparet in corde illius; & ſeparatus di-
ſtinctione perſonæ, ſed ſẽper vnitus iden-
titate eſſentiæ, & operationis; Spiritus
Sãctus, qui vt perfectiſſimæ vnionis, amo-
ris vinculum, Diuinas inter ſe perſonas,
cunctaſque animas Deo connectit, diui-
ſus prorſus, & ſeparatus videtur ab illa.
Operatur magnus hic Pater in amplitu-
dine Cęli, nec tamen in terræ abyſſo ope-
rari dedignatur; & ita Beatis communi-
catur ſpiritibus, eos glorificando, eiſque
gloriam cum beatifica viſione communi-
cando, vt non prætereat terræ vermicu-
lum, qui procul omni attentione ab ho-
minibus proteritur, conſeruare: & in ſua
paupercula? etiam in propriarum miſe-
riarum abyſſo, haud apertè confortando
Pſa. 118. confortat, poteſtque ipſa dicere. *Bonum
mihi, quia humiliaſti me.* Spiritus Sanctus
ita abſconditè cum Patris operationibus
concurrit, vt eam ſoletur, & releuet, abſ-
que eò quod ipſa miſella aduertat. Verbũ
iacet, vt ita dicam, in ſinu Patris (eam
haud confortans, vti ſolebat) veluti mor-
tuum; ipſa tamen Eum in ſe conſpicit, &
tacens, & loquens; & agens vt cæcus, &
omnia videns; non eligens operari, &
operans. Diuinæ operationis manifeſta-
tio in ea, cum in eo ſtatu ponetur, in quo
quamprimum ſuauibus omnibus intelli-
gentijs, præteritiſq; fauoribus priuabitur
poſita in confuſionis abyſſo; talis erit, ꝙ
totaliter derelictã, & in inimicorum ma-
nus traditam ſe exiſtimabit; eique vide-
bitur (licet verè non erit ita) quòd Pater,
Verbum, & Spiritus Sanctus derelique-
rint: ſed non ità erit; ſanguinis enim vir-
tutem in ſeipſa experietur, qui è viſceri-
bus incarnati Verbi egrediens, & in eius
animam ſeſe infundens, ità eam attollet,
confortabitque, ut alia infuſa conſolatio-
ne indigere minimè videatur. Tali autem
vigore priuata, ut ſolida in tali Cruce
permaneat, gaudebit; & ab omni confor-
tatione abdicata, in tali ſtatu inueniri,
ſuum erit ſolatium; quia cognoſcet ſe in-
carnato Verbo eſſe conformem, quod in
Cruce, per ea, quæ in ſeipſo experieba-
tur, dixit, *Vt quid dereliquiſti me?* Ac ita Pſal. 21.
derelicta inuenietur; attamen virtute sã-
guinis dicet. *Omnia poſſum in eo, qui me
confortat*, non confortando. Et quemad- Philip. 4.
modum de fonte Siloe dicitur, ità in ea
vigor iſte aliquando abundabit, vt ei, lar-
gitèr multis alijs etiam poſſe diffundere,
videatur; aliquando non ſentiet, & in
Verbi viſceribus remanere exiſtimabit.

3 Operatur Verbum in Cęlo, ideſt in
parte ſuperiori pauperculæ ſuæ, veluti
glorificationis, operationem. Cuius ſu-
perabundantia redundat deorſum, ideſt
in parte inferiori, operationem transfor-
mationis, ſenſum proprium cum Cruci-
fixo abnegantis, non ſolum appetitum, &
velle ſenſuale, ſed etiam ſenſum, & cor-
pus ſuum: cuius operationis ſuperefluen-
tiæ, Dei honorem in ea, & dæmonis con-
fuſionem faciunt redundare.

CAPVT VII.

In perſona Patris, per duodecim Canales, Beatorum glorificationem in animabus effundi, mirabiliter explicat.

1 SEd, ut myſteria hęc, tu, ò paupercula
comprehendas, ſcire debes, quod
in

in Cælo,vbi meipſum Beatis oſtendo, id
operor,ſed infinito exceſſu,& augmento,
quod per meam in teipſa operationem,ti.
bi euenire, iam dixi. Gloriæ enim redun.
dantia,quàm ſurſum Beatis meis commu-
nico, eius operationis glorificationis eſt.
quam veluti Delectationis flumen ſuper
Pſal. 45. eos infundo. *Fluminis impetus lætificat*
Ciuitatem Dei. Hoc idem inter animas mi-
hi magis caras per duodecim canales à
meo viuente, & pro vobis mortuo Verbo
procedentes, & effluentes ſpargitur, &
diffunditur. Nunc igitur meam hanc ope-
rationem intelligere,animæ inducit par-
ticipationem,modo quo, per ordinariam
Exod. legem à me ſancitam,poteſt. *Non videbit*
33. n. 20. *me homo,& viuet,* Participationem,inquã
ſuæ glorificationis, eidemque operatio-
ni reſpondere, ſaluti ſuæ intereſt. Largiſ-
ſimi canales, ampliſſimi,& abundantiſſi-
Iſaie 12. mi fontes. *Haurietis aquas in gaudio de*
fontibus ſaluatoris.

2 Primus canalis procedens à mortuò
Verbo in meo ſinu, quia hic ab æterno
mortem acceptauit,eique ſe obtulit, ſunt
eiuſdem Verbi verba,ab ipſo, & per os
ſuorum Diuinorum Prophetarum prola-
ta, quorum aliqua,operationes, quæ in
Cælo fiunt,manifeſtant: alia quæ ſuper
Pſ.109. terram. *Dixit Dominus Domino meo*, ver-
ba inſpirata Dauid à Verbo, & à Verbo
ore proprio replicata:hæc,partem opera
tionum,quæ in Cælo fiunt,oſtendunt.

Ioan. 15. 3 *Cum autem venerit &c.* Hæc, partem
operationum, quæ in terra fiunt,demon-
ſtrant. Verba enim Spiritus Sancti,ſunt
etiam Verbi. Idem Spiritus Sanctus de
peccato reprehendet. Peccatum? ò mo-
ſtrum horribile, & quomodo obtenebra-
bat,& quomodo etiam poſt ſanguine tuũ
ò,Verbum,mundũ obtenebrat, & adhuc
regnat? Heu quonammodo hoc poſſibile
eſt? Cæcitas non modo in Hæbreis, qui
non crediderunt in me, ſed etiam in alijs,
qui ita,ac ſi non crederent,operantur,

Anima 4 Ah Verbum, & vndè ingratitudo
tanta hodiè inuenitur in mundo? fac vt
petant. Domine adauge nobis fidem,ſed
fidem,quæ per dilectionem operatur,non
fidem mortuam, non fidem extinctam.
Iacob. 2. Etiam *dæmones credunt, & contremiſcunt.*
Et ad quid proficit fides iſta, aliàs in ea
minime proficienti? effunde, effunde illã
viuam, & ardentem in tuorum fidelium
cordibus. Vbi calefactam? vbi accenſam?
in tui cordis, & infinitæ charitatis forna-
ce, ità,vt tuorum fidelium fides ipſorum
operibus conformetur, & opera fidei
correſpondeant. Væ mihi,væ mihi, quot
naufragia fidei. O chriſtianitas,quantũ
propter hæreſim contra fidem, in tot lo-
cis imminuta. Sed quare? quia prius ex-
tincta erat charitas? Væ mihi, væ mihi,
quot peccata. Ah dulciſſimum Verbum
& quid erit? ſolis iter,agit fides tua: hic
oritur,alibi occidit, ſurgit hic, & ceſſat
alibi, & quodnam ſignum præbent, ni-
ſi quod ſol iſte in vmbras,quæ, per
vniuerſum videntur, occidat peccato-
rum? Nequaquam verum ſit hoc: O ſi
quis mihi vitam auferret, totumque
meum effunderet ſanguinem,vt fides hęc
in tuo ſanguine accenſa, & tua viuida
charitate,in omnibus, qui eam profiten-
tur,effunderetur.

5 Idem Spiritus cum venerit, dè quo
arguet? *de Iuſtitia? de iuſtitia*, inquam,
ande iniuſtitia? de iniuſtitia ex parte no-
ſtra, *de iuſtitia* ex parte Patris uolentis, &
permittentis Filium ſuum tot ludibrijs
mori,& ex parte Filij voluntatis promp-
titudine acceptantis. *Holocauſtum, & pro* Pſal. 39.
peccato non poſtulaſti,tunc dixi, ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me,vt facerem Eph. 1.
voluntatem tuam, in qua voluntate, vt ait
Apoſtolus, *nos ſalui facti ſumus*. Niſi ve-
ro opera noſtra huic ſacrificio,huic obla-
tioni vnirentur,niſi in hoc ſanguine, ea
tegente,& valorem præſtante,dealbaren.
tur,omnes iuſtitiæ noſtræ, ò quam horri- Iſaie 64.
dæ eſſent? *Omnes iuſtitiæ noſtræ ſicut pan-*
nus menſtruatæ. Ab hac ita contempta
iuſtitia illud oritur præmium, quod do-
num erit, & iuſtitia ſimul, *Corona iuſtitiæ*. 1. Tim 4.
Satiabor cum apparuerit gloria tua.

6 Vidi,in hac gloria, ab æterno Patre Pſal. 16.
non modo Verbum ſuum incarnatum,
ſed etiam electos omnes ſummo ordine
collocari. Vidi æternas illas ſedes, nobis
ab eodem æterno Patre mira diſpoſitio-
ne præparatas,nullo,alicuius noſtrę ope-
rationis merito præcedẽte, ſed non abſq;
noſtra, cum ſumus adulti,operatione,ali-
qua ſolummodò ſuæ uoluntatis motione;

Digitized by Google

& inſpexi homines eſſe adeo ſtultos , quòd quantum eſt ex illis,diripiunt,ſuiſq; peccatis mirabilem hanc diſpoſitionem deturbant, licèt illa ſemper, cum ijs , qui à Diuina Sapientia, & Voluntate prædeſtinati ſunt, ſortiatur effectum. Joan. 10. *Nouit Dominus qui ſunt eius , Et nemo rapiet eas de manu mea.* Quamuis pro tempore aliquo vocem, & virgam Paſtoris fugiant, ſed tandem , *Oues meæ vocem meam audient*,

7 Maiorem video Patris operationem in abyſſo terræ operari, quàm in Cęlo in collocandis electis ſuis in ſummo ordine illo . Hic enim nulla ipſi opponitur operatio; quod vult efficit; ſolumq; pars ſuæ voluntatis eſt: ſed in terræ operatione, Deus infatigabilis,in reprehendendo mundo de Iuſtitia, & in adducendis ad ſe animabus fatigatur. Fatigatur inſuper Verbum, ideſt Chriſtus noſter, & in ſuis Vnctis transformatur,qui ab eo hanc authoritatem receperunt. 2. Cor. 5. *Legatione Chriſti fungimur*, & in illis transformatus, fatigatur in ijſdem, & ità cum ſuis creaturis operatur. Sed væ mihi, quia illorum aliqui, qui laborem minuere deberent, accreſcunt. Vah . Anima Diuinam bonitatem ſolummodo intelligendo, omni conatu ſe mouere deberet ad operandum, & ad huic bonitati reſpondendum, velociterque currendum; ut quem ipſa fugit, & poſt ipſam ſequitur, & deprecatur, inueniar. Cant. 5. *Aperi mihi ſoror mea*. Vah . Quid hanc bonitatem intelligere refert? Hoc refert, quod anima intelligendo,ipſa bonitate veſtitur. Vah, poſſet ſaluari anima hanc Diuinæ bonitatis affectuoſam cognitionem non habens? etiam: ſed cum adeò infimo glorificationis ſuæ, honoriſque Diuini gradu, ut ſi intelligere poſſet, omnia exequeretur , ut ad talem cognitionem perueniret. O ſi oculos aperiret, & qualis, & quanta ſit videret. Sed interdum cæca eſt, & minimè videt; *Inunge* Tob. 11. *collyrio oculos tuos*, ſicuut Tobias, *felle piſcis huius*, poſiti pro nobis in mare tormentorum. Calidus, & ebulliens huius Verbi ſanguis, bonum,& optimum collyrium eſt:nec ſolum oculos aperit,ſed & cor accendit. Itaque operatio hæc à ſanguine, de Verbi viſceribus egrediente,& in creaturæ corde redundante,& poſtmodum in Verbi viſceribus reuertente,perficitur.Redundante uerò in creaturę corde, lucem hanc in anima, & cum luce dilectionem, & charitatem Dei,& proximi producit, & ità in incarnati Verbi uiſceribus reuertitur.

8 *Arguet tandem de Iudicio*; cùm enim eos à dęmonis ſeruitute liberauerit, culpa propria homines ad ſubiectionē adeò crudelis Tirani redeunt, & Chriſti *iugum ſuaue, & leue* æternam afferens requiem (cum ipſe ponderis partem potiorem ſuper ſe aſſumat) fugientes; mundi iugum, quod in uita hac præ grauitate intolerabile eſt, eò quod nunquam quieſcere ſinat,& in alia,pęnas dabit æternas,amplectuntur. Gal. 5. *Nolite iugo huius ſeruitutis opprimi* quicunque uixiſtis; ò animæ ſanguine hoc illuminatæ, quò reditis. Ah maledictæ occaſionęs, etiam in ſponſis tuis,in tuis habitaculis permanentibus, à te *ut pupillam oculi tui* cuſtoditis, maledictum hoc uelle, ſub tui, & ipſarum inimici iugo redeundi, inuenitur. *Arguet de Iudicio*, quia *Princeps mundi huius, &c.* at uos, ò ſponſæ, *Non eſtis de hoc mundo*, quem corpore dereliquiſtis; hoc corde , & anima agite, & in uobis *quicquam* non habebit. Quodſi antea,ratione aliqua , habuiſſet, ſi uolueritis, iam iudicatus eſt. Eia puritas in tuarum ſponſarum,earumque Cuſtodum corde permaneas, ne inimicus huc ingrediatur:ſint ipſa modeſtia, & humilitas.

CAPVT VIII.

De ſecundo, & ſeptem alijs canalibus agit.

1 SEcundus canalis, Verbi humanati operationes in ſua adoleſcentia ſunt, quæ etiam Cęli, terræque operationes manifeſtant. Stans Verbum in medio Doctorum Cęli operationes oſtēdit; Vnde à ſapientia mundi interrogatus, mundanam ſuperat ſapientiam; & quid amplius? etiam cęleſtem: omnis enim ſapiētia refertur ad Verbum, & quam creaturæ habere poſſunt, ſcintilla quædam eſt ſapientiæ Verbi. Sapientiam ſuperat, quia

ſapien-

ſapientia in Verbo, non Verbum in ſapientia eſt; & in medio ſtans oſtẽdit, adorandum eſſe, poſſeque imperare. Sedet ad dexteram Patris in Cęli medio, & eſt in Patris medio in eius ſinu, & in medio exiſtens, Vniuerſi Iudicem ſe oſtẽdit; qui enim iudicaturus eſt, & ſententiam daturus, non in angulo ponitur, nequaquam. Operationes, quæ iugiter in terra debent fieri, in ſua circumciſione oſtendit, quæ ſanguinis effuſio, pęna, & dolor, & propriorum membrorum diminutio eſt; & in hac peregrinatione edocet, neceſſariam eſſe pęnam, & dolorem, & in multis, ſanguinis effuſionem, nec dicam membrorum, ſed propriæ uoluntatis diminutionem; quod longe exteriorum membrorũ pęnam exuperat.

2 Tertius canalis, ſunt Verbi operationes in iuuentute patratæ, cum uerſaretur in terris, & eſſet in ſinu Patris; miraculis ſuis, operationes, quæ fiunt in Cęlo, & in terra manifeſtat. Miraculum ſuſcitandi Viduę filium, oſtendit operationes, quę in Cęlo fiũt. Vnico enim Verbo *Adoleſcens tibi dico ſurge*, ſurrexit. Quemadmodum cum in Diuinæ mentis idæa cadit operationem efficere, ſtatim effici-
Pſ.148. tur; et ſolum velle eſt operari. *Dixit, & facta ſunt*, & ex parte ſpirituum Beatorum Paradiſi nulla ad exequendum velle
Hebr. 1. Diuinum oppoſitio reperitur. *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*: ſunt enim velociſſimi, ueluti flammæ, ac uentus ad exe-
Ioan. 6. quendum quòd à Deo iniungitur. *Lazarũ ſuſcitando*, operationes, quæ hic deorſum hoc miſerabili tempore fiunt, oſtendit: & ad eas perpatrandas tot facere oportet? Paſſus mouere; multiplicare verba; effundere lachrimas, fremere in ſemetipſo? Neceſſaria eſt etiam perſeuerantia, diſcreta reprehenſio, frequens confeſſio; nec ſolum lacrimæ, ſed etiam sãguinis effuſio: & hoc quidem difficulter, cum iuge inter animam, & corpus, inter rationem, & ſenſum, mundum, & carnem, & dæmonem, ſit duellum. Et heu, quanta Diuinæ voluntati reſiſtentia; quot Diuinis inſpirationibus repugnantiæ, quanta ingrata fuga vocanti, & inuitanti.

3 Quartus à Verbo influens canalis, eſt Amor in ligno Crucis oſtẽſus. Ille amor, quo dedit Paradiſum latroni. Dicendo:
Hodie, æternum diem illum, in quo nulla Luc.23.
eſt varietas, & poteſtatem dandi Paradiſum, & iucunditatem in eo contentam oſtendit. *Hodie mecum eris in Paradiſo*: oſtendit abſcondité operationem ſuam efficere, quemadmodum tunc erat abſcõditum. Oſtendit etiam, noſtras offenſas, operationes eius non poſſe impedire, nec ut beatitudinẽ, & gloriam cuilibet largiatur. In illis amabilibus verbis. *Pater ignoſce illis*, terræ operationes oſtendit. Dicẽdo *Pater* fit ſubditus; dicendo, *ignoſce illis*, charitatem, & compaſſionem, quam erga proximum debeamus habere, demonſtrat; Dicendo. *Quia neſciunt quid faciunt*, ignorantiam, quam in agendis, & in diſcernendis operibus habemus, oſtendit.

4 Quintus canalis, eſt oſtenſa potentia in reſurgendo, ò Verbum. Sacratiſſima tua reſurgente humanitate, oſtendis potentiam, quam habes, quamque tuis electis poſtea dabis, cum eorum corpora ſuſcitabis, Agilitatem cum alijs dotibus, & gloriam, quæ eſt vltimum premium tuum, & finis noſter, tribuendo. Magda-
lenæ dicendo. *Noli flere*, & *Diſcipulos duos in Emaus euntes interrogãdo*, terræ operationes, noſque abductos, non remiſſos Ioan. 20. Luc.24.
eſſe debere, oſtendis. Dicendo, *Noli me tangere*, non ſinendum ab vnoquoque tangi, ideſt malum ſumere exẽplum, nec vnicuique dona tua communicare. Duos diſcipulos interrogando, oſtendis quod dum ſumus in via hac, poſſimus ſemper inſtrui, vt ſumma prudentia operemur, & in talibus operationibus alios edocere, quamuis eos interrogando, quid inter ipſos interrogarentur, oſtendere volueris.

5 Sextus canalis, tuas, Cęli, terræque operationes manifeſtat; eſtque admirabilis, & glorioſa Aſcenſio tua, in qua totaliter, operationes, quæ iugiter in Cęlo fiunt, oſtendis. Vbi potentia tua ſtatim corpus aſſumit, & quando vult aſſumere poteſt, & in Cęlum conducere, quemadmodũ in Matre tua effeciſti, quæ, corpus, cuius illi placuerit, ad ſe trahere in momento, imò millies pro momento ad te aſſumit

2. Corin. 3. aſſumit,& ſi nõn corpora, animas electorum:ſuoque tempore efficiet, quando ad ſuam ſimilitudinem transformabitur. *De* Ioan. 3. *claritate in claritatem, & ſimiles ei erimus, cum videbimus eum, ſicuti eſt:* Et hæc tota Diuina operatio eſt, in nullo humana.

Mar. 16. 6 Reprehendendo Diſcipulos, & in montem aſcendendo, operationes, quæ in terra fiunt,oſtendis: dum enim hic deorſum ſumus, in montem cognitionis tuæ aſcendere debemus, nos metipſos de defectibus noſtris, & de modica noſtra fide reprehendentes; cum totus noſtrarum operationum defectus,à modica noſtra fide proueniat.Inſuper,in conſeruandis tuis cicatricibus, electis tuis oſtendere voluiſti,quod id,quod in mundo deorſum fuit illis confuſio, & verecundia, poſtmodum erit meritum, & gloria in Cœlo.

7 Septimus canalis has operationes manifeſtans,eſt oblatio, quam fecit Verbum de ſua humanitate, & Diuinitate æterno Patri. Oblatio quam fecit in introitu,& exitu huius mundi, & toto tempore,quo in eo vixit. In ingreſſu ſinus Matris,in exitu,in Crucis brachijs, & in Luc. 6. vita iugiter, quando *Erat pernoctans in oratione Dei.* Et quàm feruenter; cum à calido amoris accenſus ſanguis, in venis ſe continere non potuit, ſed foras exiuit; Luc. 22. *Et factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Sanguis, foras, vi amoris,& doloris expulſus;doloris,quem amoris oſtendit agonia,quem,verba,*Non* Luc. 22. *mea voluntas ſed tua fiat*,oſtendunt, Igitur Diuinitatis oblatio eſt, opus,quod fit in Cęlo: Patris enim oſtenditmagnitudinẽ, quam non poteſt,nec decet hominem intelligere. Offerẽdo poſtmodum humanitatem;terræ opera oſtendit; Nos enim hic deorſum debemus omnia opera noſtra licèt vilia,vel actualiter, vel habitualiter,tàm intrinſeca, quam extrinſeca in vnione ipſius humanitatis offerre:Si enim in vnionem illarum, quæ Verbum in ſua humanitate patrauit,fiant, Pater æternus ſe ſe complacebit in ipſis. Nec Angeli oblationẽ hanc in Cęlo efficere ceſſant: in hoc enim iugiter exercentur: Deum offerunt ipſi Deo, aliquando Verbi humanitatem, aliquando Diuinæ magnitunis laudem in creatura proferentem,eandem aliqnando creaturam cum donis ipſi à Deo communicatis:nec ceſſant à talibus iugiter oblationibus; & quamuis idem ſemper offerant, oblatio nihilominus tanti valoris eſt, & tàm magna, vt ſemper noua ſit, & quanto plus frequentatur,tanto dignior eſt.

8 Octauus canalis,Cæli,terreque opera manifeſtans,aliud non eſt(ità ſentio, & errate non puto)quam laus illa glorificationis, quam Verbum dedit æterno ſuo Patri,quando actu illos ſuperauit;qui redemptionis opus impedire volebãt. Hoc autem opus ad extra dignius, & glorioſius eſt omni alio, quod in Cęlo fiat,laus inquam Verbi,'qua Patri de ipſa Glorificatione Suæ humanitati, cunctiſque ſuis electis præſtita,gloriam accreſcit: non ſibi,nec alijs eſſentialem, cum eſſentiale augmentum nequeat eſſe in Cęlo, vbi amplius mereri non poteſt, & beatifica viſione, præmium iuxta meritum confeeratur: Nec ſibi,cum tota eſſentialis gloria in illius animæ creatione, communicata fuerit,corporique, & animæ quaſi tota accidentalis, quando ad Patris dexteram ſedit, ſed tamen omnibus Angelicis Choris,beatiſque Spiritibus;Vndè nõ iam altiorem, vel digniorem operationem,ipſius Verbi laude, in Cælo eſſe credendum eſt'. Laudis gratiarum actio,ad operationes terræ attinet, Poteſt tamen Verbum talem gratiarum actionem efficere? etiam:membra enim eius efficiunt: quoties enim anima per gratiam, affectuoſo deſiderio,& amore,Patri, & conſequenter Verbo, & Spiritui Sancto iterum vnitur, Verbum Patri gratias agit propter gloriam animæ præſtitam, ratione vnionis ad ſe; quæ propter quandam excellentem vnionem dici poteſt eo modo proportionaliter vnita, quo Verbum Patri, & Diuinitas humanitati.

CA-

CAPVT IX.

Nonum Canalem, Verbi petitionem, aſſignat.

1 NOnus canalis, Cęli, terręque operationes adnotans, eſt Verbi petitio ad Patrem ſuum æternum, conferendi, & communicandi ſuam Spiritibus beatis æqualitatem, ideſt vt ſint corpore, & anima, ſicut ille, beati; & mortalibus creaturis miſericordiam ſuam, vt omnes tempore ſuo huius æqualitatis
Eph.1.n.3. participent, & ipſe *ſit omnia in omnibus*. Miſericordiæ petitionem efflagitat: adeo enim creaturam hanc à ſe creatam dilexit, & diligit, vt nequeat illi ſui participationem non communicare. Sed quonam modo Poteſt Verbum à Patre petere, cùm ſit etiam eiuſdem ſubſtantiæ Deus, vnitus Patri, cuius voluntas adeo conformis, & vniformis eſt voluntati illius, vt aliud, quam quod Pater vult, non poſſit nec petere, neque velle? Agit hoc, humanitate mediante; vnde humanitas ipſa hanc ſuam æqualitatem Spiritibus beatis corporibuſque aſſumptis communicare volens, videns hanc communicationem ex ſe efficere nequaquam poſſe, ad ſuum Verbum Diuinum accedit, ſciens, quod propter incomparabilem, inſuperabilemque erga eos amorem, exaudietur: cum idem ſit velle Patris, & Verbi. Vnde concordes ſimul beneuolo, & concordanti affectu, & voluntate conformi ad Patrem accedunt, talemque petitionem efficiunt; & propter æqualitatem, quam cum Patre Filius habet, non poteſt eam nõ concedere; imò nec ipſam petitionem expectat, ſed prius, ſtatim ac conceperit velle petere, iam conceſſit. Petunt igitur ambo ſimul, ideſt Verbum Diuinum, & humanitas, vt creaturæ corpus glorificetur cũ quantitatibus, & qualitatibus, iiſdem donis in perfectione dotium corporum beatorum; ſicuti eſt Chriſti Corpus, & prout corpora ad recipiendum ſunt capacia. Et quemadmodum in hoc mundo eorum opera humanitatis Verbi operibus vnire conſueuerunt, Ita eorum corpus, glorioſo corpori Redemptoris aſſimilatur. Quoad quantitatem concedetur, quia omnes in *plenitudinis ætatem* reſurgent, ea mem- Eph.4.
brorum proportione, & forma, quam in corpore habent; ſed non ea pulchritudine, & perfectione: vnde in quantitate, in qualitate minimè, concedetur, quia alij dij eſſent. Petunt poſtmodum pro anima gloriam, & recipiunt; non in qualitate ad Verbi Gloriam, ſed tamen ad participationem. Inde poſtulant viſionem, & vnionem, agilitatem, pulchritudinem, & æternitatem, & omnia obtinent; & hoc eſt proprium Cęli opus, ideſt petere Diuini Verbi, & humanitatis æterno Patri, animarum, & corporum noſtrorum gloriam.

2 Poſtulat deinde idem Verbum Diuinum ſimul cum humanitate à Patre miſericordiam; licet propter recipientis indiſpoſitionem ea copia, & abundantia, quam deſiderat (ſi tamen dandi, & concedendi in eo deſiderium eſſe poteſt) non impendat. Sed non ita ſe habet in animabus, & corporibus Spirituum beatorum, cùm totaliter apti ſint, & capaces ad totum id, quod communicat, & communicare vult, recipiendũ. Sed quamuis creaturæ nõ ita ad miſericordiam, ſicut ęqualitatem, & gloriam Beatorum recipiendã aptæ ſint, Pater tamen, Verbum Diuinum humanitati coniunctum adeò diligit, vt illam eis concedat, quamuis illar ũ creaturarum nonnullæ, quæ eam recepturæ ſunt, & finaliter deinde, cum ſint de numero electorum, recipient, non modo non reddantur aptæ ad eam recipiendam ſed etiã aſpernentur. Plurimæ autem propter earum obſtinationem nec ad punctũ recipient, & de hoc Diuinum Verbum, & humanitas valde dolent, ſi dolor in eis eſſe poteſt: vident enim, quod quamuis Pater eam pro illis concedat, qui eam volunt, & ad eam recipiendam ſunt diſpoſiti, ipſius tamen Verbi Diuini, & humanitatis deſiderium conferendi miſericordiã omnibus creaturis minimè adimpletur. Ideo ambo modum placandi Patrem, & diſponendi creaturam ad eam recipiendam, cogitant. Hac de cauſa Diuinitas in ſe intuens, adeò magnam ſe conſpicit, vt nihil ſimile inueniat ſociandum, ſimiliter-

literque humanitas ſeipſam conſpiciens, à Verbo ſeparatam , vermem ſe eſſe videt,ideo,cui ſe aſſociet,non inuenit,ac ità ambo ſoli inueniuntur . Ideò pro ſocia eam rem decernunt aſſumere , quæ ab vtroque proceſſit,& hic eſt ſanguis,qui à Diuinitate,& humanitate initium habuit, à Diuinitate,quia hæc,amore,ad eum effundendum,impulit humanitatem;& ipſa humanitas eſt , quæ eum effundit ; & hi tres vnanimiter Patrem adeunt ad hanc petitionem faciendam . Ipſe Pater duabus primis, tertium adiunctum videns, Ideſt ſanguinem,illius amoris recordatur (quamuis omnia illi ſint præſentia) qui eum admittendum Verbum mouit , & illius , quo ipſum Verbum ſanguinem pro creatura effudit;& quomodo ipſe ſanguis medium fuit , quo iterum ipſi creaturæ vniretur , æternus Pater petitionem non expectat , nam ſtatim eam concedit(ideſt miſericordiam peccatoribus) non modo pro diſpoſitis , ſed etiam pro iis, qui mediante ſanguine diſponuntur ; & hæc eſt terræ opus,per nonum hunc canalem nobis oſtenſum .

CAPVT X.

Decimum,vndecimum,& duodecimum canalem explicat.

1 DEcimus canalis eſt , conferendi . Vndè occultam , & manifeſtam in Cælo gloriam , & opus in terra contemptum oſtendit . Æternus Pater confert,Verbum ſuum eſſe indiuiduum confert,Spiritus Sanctus eſſe ſuum vnitiuum. Beati Spiritus eorum eſſe , ſubiectum , & purificatiuum conferunt,& in Cęlo iugiter noſtri Dei eſſe Diuinum confertur , O quod donum , ò quæ collatio ? Pater totum ſuum eſſe,ſuam Diuinitatem, ſuam naturam,ſuam eſſentiam,ſuaſque perfectiones Verbo confert , & Verbum cum Patre Spiritui Sancto conferunt , ò,ò, totum quod intelligerem , vmbra eſſet, & totum quod enarrarem eſſet nihilum ; in terra charitas , Amor , & dilectio conferuntur;quæ virtutes ab eiuſdem terræ habitatoribus contemnuntur.Ego charitatem laudare non ſufficio , ſed Paulus bene eã declarat,& laudat . *Perfecta charitas*, nulla cupiditas , 1.cor.13.

2 Vndecimus canalis eſt Conſilij,opera,quæ in Cęlo iugiter fiunt , & in terra fieri deberent,manifeſtantis . Conſilij ab æterno;à ſeipſo,per ſeipſum , & inſeipſo . Generando enim Pater Verbum , vt humanitatem aſſumeret conſilium iniit , haud tamen eſſe ſuo Diuino relicto . *In principio erat Verbum* , & hoc eſt conſiliũ Ioan. 1. inexcrutabile,inexcogitabile,vt non poſſit nec inueſtigari , nec intelligi , nec à creata creatura capi;hac de cauſa cum ſilentio præteribo.Et ab hoc conſilio,aliud inter Patrem,& Verbum , & cum ſemper concordante Spiritu Sancto , ortum eſt . Æternum conſilium creandi Angelos ; cum enim tam magnæ potentiæ , Verbũ , tàm infinitæ ſapientiæ , Spiritus Sanctus adeò immenſæ,& ſuper effluentis bonitatis,ſe cognoſceret,vt nec vellent , nec poſito hoc conſilio,poſſent in ſeipſis eam retinere;ideò ab ipſorum communicatione liberaliſſimè aſtricti ſunt , creaturam quærere,quæ participare,& laudare hanc eorum magnitudinem,& bonitatem poſſet.Et in hoc admirationis conſilio,ſi mihi vti hoc vocabulo licet , admirationis inquam,propter faciendi operis perfectionem , Deus excellentiam perfectionis creaturæ Angelicę admiratus eſt; quamuis eam capaciſſime intellexiſſet , quippe qui eam creabat . Ita dico , non quia in Deo ſit admiratio,cum creaturas, iiſdem infinitè perfectiores,vt ſic dicam,efficere poſſit : Sed propter incapacitatem meam hoc dico. In eodemque intuitu creaturã Angelicam tot perfectionibus , quot habet, nec poſſunt à nobis in præſenti comprehendi,concepit , & creauit. Hac communicatione contentus; cum ſit Ipſe bonitatis infinitæ, creaturam rationalem, ideſt hominem ſumma innocentia creare decreuit,vt in eo ſua dona communicare poſſet.Et hoc fuit opus creandi creaturas, communicationiſque conſilium . Ex hoc ortum eſt conſilium glorificandi eandem creaturam,motus à ſeipſo, & à complacentia , quam videbat de gloria Angelorum habere , vt etiam creatura eiuſdem gloriæ complacentiã conſequeretur. Hac

de

de cauſa, Angelorum partem propter excedentem ipſorum amorem, & propter inordinatam excellentiæ, Deo non relatæ, complacentiam; cumque tenaciſſimæ ſint naturæ, quæ immobiliter ſua determinatione innititur, Deus, qui non vult, nec naturæ, nec rebus ordinem permutare, illum dereliquit, & Cęlo pulſum puniuit.

3 Relicto in ſua obſtinatione, & pœnis Angelo, ad rationalem creaturam ſuum conuertit amorem, tot donis, gratijſque eam dotando; quot per iuſtitiam originalem poſſidebat. At ſtatim ac creatura hæc producta eſt, ſuam conſiderans magnitudinem, nobilitatem, & pulchritudinem, & quod à Deo tàm magno, immenſo, & infinito eſſet creata, videns ſe ſolam, nec alium præter Angelos, qui quantum ipſa, de Diuino eſſe participare poſſet, conſilium, Dei conſilio, oppoſitum, inijt: adeo enim erga proprium ſuum eſſe affecta eſt, ut Deo, qui eam creauerat, ſimilis voluerit fieri, arboris vetiti commixtione, aliũ Deum ſe euaſuram exiſtimans. In hoc autem, oppoſitũ eo, quod cogitauerat, euenit: vice enim exaltationis, adeò annihilatas eſt, ut non modò non euaſerit Deus, ſed Deum intelligere poſſe, eiuſque in ſe dona recipere, incapax reddita ſit. Ac ita conſideratione proprij eſſe, nobile illud eſſe à Deo præſtitum in partem amiſit, vndè ex ſe, hoc annihilationis conſilio, Dei conſilium de eo glorificando deiecit. Sed quia ab Angelo dæmone reddito, ſeducta fuerat, nec in ſuo propoſito adeò tenax eſt, ſicut Lucifer fuit, capax remedij extitit. Ex hoc nouum ortum eſt conſilium, quod Verbum ſibi ipſi dedit, in Patris idea, Spiritu Sancto concurrente, illum conferendo. Fuitque nouus inueniendi modus, quo ad recreandã creaturam iam creatã veniret. Vt autem hoc præſtaret, ſuum eſſe quaſi reliquit, creaturæ eſſe, ideſt humanitatem aſſumendo, ut Diuini ſui eſſe participationem, quam perdiderat, illi redderet. Ac ita quemadmodum creatura ſeſe extollẽdo eam participationem amiſerat, ex oppoſito Verbum ſeſe humiliando, eandem reddidit. Ideò conſilium de Incarnatione iniit.

4 Ex quo validum inter iuſtitiam, & pacem duellum ortum eſt. Iuſtitia, quæ reddidit vnicuique quod ſuum eſt, Verbum ut nõ veniret, retinebat. Haud enim iuſtum, ei videbatur, ut adeò pro creatura, quæ ita Deum offenderat, ſeſe humiliaret. Paci verò, quæ medium eſt inter Deum, & creaturam, conſentaneum videbatur, ut veniret adpacificãdã, & recõciliandã eandem cum æterno Patre creaturam, ad eam aptam reddendam, ut Filij paſſione, & ſanguinis effuſione mediante, iterum creata, Diuini eiuſdem Dei eſſe participationem haberet. Vndè poſt diuturnam altercationem; pax victoriam reportauit. Iuſtitia autem tota ſe in Verbo recepit, volẽs (nam Verbum ad creaturam exaltandam venire decreuerat) ut tota iuſtitia de peccato ab homine cõmiſſo, ſuper ipſum exequeretur. Quapropter à ſeipſo, & ab amore erga creaturam compulſum eſt Verbum, ut, ad ſe in ſacratiſſimo Mariæ vtero incarnandum veniret, noſtram humanitatem ex illius puriſſimis ſanguinibus aſſumendo. Vndè nouum, nec dum auditum conſilium, nec in Cęlo, nec in terra. Vbi peractum? vbi dicemus? in Cęlo cum Patre? an cum creaturis in terra? dicam nec in Cęlo, nec in terra, ſed in nouo Cęlo, & in noua terra, licet prius in idea Diuina cõceptum. Vbi ergò, & cum quo peractum eſt? in Virginali ventre Mariæ cum tempore concurrẽte Spiritu Sãcto: & hoc patiendi pro creatura conſilium fuit, & adeò magnum extitit conſilium hoc, quòd Verbum in eo inſtanti, quo in Mariæ ventre intrauit, effecit, ut cum potuerit ſolummodò in Mariæ ventre, in illius puritate delectari, & præſtitum ab ea nutrimentum ſumere, voluerit etiam in ipſo ventre pati. Hæc autem magna amoris ſublimitas fuit, vt etiã à Mariæ ventre Crucem ſubire voluerit; ſemper enim eidem ſe obtulit, ſemper in animo præſentem habuit, ſi ardentiſſima cupiens ſeſe in balneo ſui, in Cruce, ſanguinis lauare, & quaſi hoc eſſet amoris incendium, nocturno tempore, frigidiori hyeme natus eſt.

5 Poſtmodum quaſi ad incendium extinguẽdum die octauo ſanguinẽ effũdere voluit, veluti diu expectare impatiens, & cum hoc, dedit pignus, & arram reliqui

liqui, quem erat effuſurus in Cruce, & etiam priuſquam in ea figeretur. Quaſi enim in amoris torculari anguſtatum cor eius in horto, illas adeò magnas, & iteratas ſanguinis guttas dedit, ut poſtquam veſtimenta tingerent, ſuper terram cecidetint, veluti amoris pluuia, vel vindemia, in qua pretioſiſſimum ſui ſanguinis vinum impendit; quod, cum ſit calidum, ebullienſque muſtum, in vtris, & vaſis nouis, noui cordis, ſe in nouitate ſpiritus renouantis, poni oportet; ſed a quo turpitudinis, & peccati ſenectus, veteriſque Adami tunica ablata ſit. Itaque quamuis propter hoc veniſſet, poterat nihilominus nouem illis menſibus haud pati, expectans, donec illum Maria peperiſſet.

6 Et in Verbo humanato generando, Maria, æterni Patris aſſumit eſſe, quod eſt ipſum Verbum, cunctaſque creaturas generare: Maria enim cunctorum viuentiū per gratiam, ſicut Verbi Mater eſt per naturam. Nunc verò quamuis Pater præſtet Mariæ ſuum generare Verbum, & creaturas regenerare Verbo, concurrit ſemper etiam nihilominus in regenerandis creaturis Spiritus Sanctus, & cum Spiritu Sancto, & Verbo, Maria; quippe quæ pro nobis ſemper intercedit; vt idem ſit principium in regeneratione ad gratiam, quod fuit ad generationem, & ad peccatum prima mulier; & ad tollendum noſtri ſexus opprobrium, Ecce Maria reſpondeat. Et omnia huius undecimi canalis conſilia, operationes, quæ in Cęlo fiunt, manifeſtant.

Nunc autem ſit amoris conſiliū, quod eſt conferendi, & dandi dona ſublimia, & gratiam creaturis, gloriam, pulchritudinem, agilitatem, unionem, viſionem, fruitionem, communicationem, immortalitatem, æternitatē, & alia. Conſilium, opera, quæ in terra fiunt, manifeſtans; conſilium dandi poteſtatem Verbo quod poſtmodum veniet ad iudicandum, & ad dandum cuilibet gloriam, vel pęnam ſecundum opera ſua. Et hæc, lumen illius, quod operari debemus dabit, ideſt iudicare nos ipſos, nè in hoc tremendo iudicio, quod Verbum in die iudicij faciet, incurramus.

7 Duodecimus canalis, ideſt vltimus, eſt definitiuus, & cunctas operationes, quæ in Cęlo, & in terra fiunt complet.

CAPVT XI.

De duodecim alijs canalibus mirabiliter loquitur.

1 VErbum in ſinu Patris permanens, ſimul cum ipſo Patre, & mortuū per voluntatem Patris, omnes facit operationes, illas ſuo ſanguine nobis manifeſtans, nec ſolum quæ in Cęlo, ſed etiam quæ in abyſſo terræ fiunt.

Primus canalis, qui hæc opera oſtendit, verba ſunt Verbi, inter quæ illa primò à Dauid prolata, & poſtmodū à Verbo iterata, ideſt. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*, Cęli opera manifeſtant. Sed quomodo Pater dicere poterat Verbo. Sede à dexteris meis? non enim dexteram, nec ſiniſtram habet, ſed totum implet mundum, idemque Verbū Deus eſt, ſicut & Pater? fecit hoc, ad magis manifeſtādam nobis vnionis, & amoris magnitudinem, quę eſt inter ipſas perſonas Diuinas, & ad oſtendendam, & ad nos capaces reddendos diſtinctionis, quę in Sanctiſſima Trinitate eſt in tribus perſonis, & in eſſentiæ vnitate; etiam ad noſtram humanitatem in ipſo Verbo exaltandam. Poſtmodum in illis alijs verbis. *Cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio*, terræ opera manifeſtantur. Sed quomodo ad hanc reprehenſionem faciendam venturus erat hic Spiritus, cum humanitatē, ſicuti Verbum non aſſumpſerit? Non venit in humanitate illam aſſumendo, ſed venit ſimul cum Patre in ipſo Verbo, quo mediante talem reprehenſionem fecit. Vnde loquente Verbo, quod idem eſt cū Patre, & Spiritu Sancto, loquebatur Pater, & Spiritus Sanctus: itaque idem ſpiritus in Verbo hanc fecit reprehenſionē. Pſal. 119

2 Secundus canalis eſt ille, qui mediantibus operationibus adoleſcentiæ Verbi, Cęli, terræque opera manifeſtat. Cęli opera oſtendit, ſtans in medio Doctorum indicibili ſapientia diſputando. In Patris idęa erat ſapientia hæc, nec poterat

terat à nobis hic deorſum intelligi, quãuis Prophetis pars reuelaretur, illoſque moueret ad deſiderandum, ut manifeſtè veniret: vndè dicebant, O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodiſti, veni, veni, noli tardare. Nouerant enim, quod ipſa adueniẽte Sapiẽtia, nota fieret ipſa via, quam vt ducerentur ad Cęlum, tenere debuiſſent. Non poterat ſapientia ipſa hic deorſum in terra intelligi, niſi mediante Verbo, cui inter perſonas Diuinas ſapientia appropiatur. Licet etiam Pater, & Spiritus Sanctus ſapientię ſint infinitæ. Verum Verbo, in medio Patris, & eiuſdem Spiritus Sancti permanente, tota in illo ſapientiæ ſumma redundat; quãuis in omnibus tribus perſonis tota ſit. Vndè neceſſarium fuit, vt per ipſum ipſa ſapientia manifeſtaretur, & cognoſceretur, quia à ſolo Verbo aſſumi humanitas noſtra debuerat, quippe qui nullo alio conuenientiori medio capaces reddi potueramus; Et quemadmodum ipſum eſt media Sanctiſſimæ Trinitatis perſona; ita in medio Doctorum ſtans eiuſdem ſapientiæ partem manifeſtare voluit: vndè, ipſo Verbo humanato mediante, cognitionem ſapiẽtiæ æternæ Trinitatis habemus. Terræ opera in ſua pueritia, ſanguinis effuſione, in circumciſione, mediante, diſpoſitionẽ cum animabus noſtris faciendo, manifeſtauit.

3 Per tertium canalem, Patris potentia, mediantibus operibus miraculorum ab humanato Verbo patratorum, manifeſtatur; ſapientiam verbis manifeſtauit, ſed neceſſarium fuit, ut operibus manifeſtaret potentiam, quę tribuitur Patri; ſola enim ſua voluntate poteſt omnia momẽ-
Pſ. 108. to facere, & diripere. *Ipſe dixit, & facta ſunt, Ipſe mandauit, & creata ſunt:* & in ijs, terræ opera oſtendit, quando Lazarum ſuſcitauit, oſtendens, quòd deſcendens in terram omnes nos in peccato mortuos reperit, & ad gratiæ vitam ſuſcitauit.

4 Quarti canalis definitio eſt Amor à Verbo manifeſtatus in Cruce, quo mediante, opera Cęli, terræque demonſtrãtur; dicendo, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Cęli opera manifeſtat, oſtendens, quod vbi ipſum eſt; ibi Paradiſus eſt; dicendo, *Hodie*, oſtendit clarificationem ſibi à Patre datam tantam fuiſſe, vt ex ſuperabundantia illius omnes nos glorificemur, & hæc Paradiſus eſt, quæ niſi mediante Verbo, quod in ſe talem glorificationem habebat, & amplius pro nobis eam meruerat, manifeſtari non poterat. Cum alia verba protulit. *Pater ignoſce illis*, opus quod iugiter in terra facere debueramus edocuit, ideſt implorare, & miſericordiam ab æterno Patre petere. Quem modum imploradi nemo docere poterat, niſi qui pęnam in ſe fuiſſet expertus, eamque delendi authoritatem habuiſſet. Hoc autem in incarnato Verbo fuit; nam in humanitate expertus eſt in ſe pęnam, & cum ſit etiam Deus, potuit, voluitque miſericordiam concedere tollendi pęnam petenti.

5 Quintus canalis eſt, quo, ſanguine mediante, nobis opus Cęli, terræq; oſtẽditur. Verbum reſurgens, opera mirabilia, quæ iugiter in Cęlo fiunt manifeſtat; vbi omnes beati ſpiritus nutriuntur, & delectantur; & modo incomprehenſibili, & nobis viatoribus inexcogitabili humanitatis Verbi fructum adorant. Et in ipſa reſurrectione, Verbum, Magdalenæ, alijſque Diſcipulis apparens, terræ opus oſtendit.

6 In hoc definitiuo canali, ſextus canalis definitur, qui Cęli opus, & terræ in admirabili Verbi Aſcenſione demonſtrat, in qua humanitatem ſuam in Cęlũ aſſumpſit, vt animæ noſtræ in ea valeant protegi, quieſcere, & delectari; cum iugiter animæ glorioſæ in Verbi vulneribus ingredientes, ſanguinis veſtimentum ab ipſis attrahant, quod talem præſtat ornatum, vt nonniſi ab ijſdem glorioſis animabus intelligi poſſit: & à vulneribus, ad æterni Patris ſinum pertranſeunt. Patent enim viſcera Patris, vt inquit Sanctus ille, per vulnera filij, vbi requieſcunt, cibum ſuauiſſimum deguſtantes; inde ad Verbi vulnera, vt nutriantur, redeuntes; Et hoc eſt veluti gratiarum actio animarum erga Verbum, eo quod plagas retinere voluerit, vt in eis iugiter beatæ animæ valeant nutriri, & delectari. Non intrant autem in Patris ſinu, niſi prius per vulnera amoris pertranſierint, & ſimiliter nec in vulneribus nutriũtur, niſi prius

fuerint in ſinu Patris. Et Verbum ipſum humanitatem in Cęlo aſſumendo, & in eam amoris vulnera conſeruando, tale glorioſarum animarum nutrimentum oſtendit.

Manifeſtat inſuper terræ opera in admirabili ſua Aſcenſione ſaliens ſupra *Mar.16.* *Montem*, & diſcipulos reprehendens.

7 Pro ſeptimo canali, Cęli, terræque opus oſtenditur, cum Verbum humanitatem ſuam, ſimul cum animabus Sanctorũ Patrum, quos ſecum in Cęlum aſſumpſit, Æterno Patri obtulit. Nunc vero Pater Verbo illum offert amorem, quo ab eterno Verbum ipſum retinebat in ſinu. Quique Patrem mouit ad eum mittendum in terram, ab ipſo ſinu ſuo egrediens, ſemperque in illo manens: quamuis enim noſtræ ſe ſe vnierit humanitati, Deus tamen eſſe, & idem cum Patre, non deſtitit. Pater etiam Verbo eundem offert amorem, quo aſcendens ad Cælum, Verbum, denuo in eodem ſuo ſinu recepit, & Verbũ Patri eundem reſpondentem offert amorem, quo illi ſe obediens reddidit, ab eius ſinu abſque eo quod egrederetur, egrediens, & in terris ad ſe incarnandum adueniens, vt aptas noſtras redderet animas ad ſuam æternam viſionem, & fruitionem conſequendam. Suauis etiam, & amans Spiritus Sanctus ſuam efficit oblationem illud Patri offerens opus, quoad Mariam obumbrandam concurrit, effecitque, vt Verbum, iugiter Spiritu Sancto, in Patre, in Verbo, & Maria remanente, incarnaretur; Inſuper mouens, manenſque iugiter Spiritus Sanctus, ſpirare illud, quod in creaturis præſtat, Verbo offert, quo aptas eaſdem reddit creaturas, ad proficiendũ in ſanguine ab humanuto Verbo effuſo. Offert poſtea Pater eidem mouenti, iugiterque manenti Spiritu concurſum teſtificationis in Verbi Baptiſmo præſtiti, ſuper ipſum in columbæ ſpecie deſcendendo, manendoque, & in derſertum poſtmodum, vbi opera ſua mirabilia Verbum manifeſtare cæpit, adducendo.

8 Nec etiam Verbum Spiritui Spiranti ſuam oblationem efficere ceſſat, adimpletam promiſſionem Apoſtolis factam de mittendo poſt eius Aſſumptionem, ſpiritu veritatis, qui amore ſummo, tantaque abundantia, ſupra eoſdem Apoſtolos deſcendit, offerendo. Videntes Angeli adeò dignam trium Diuinarum Perſonarum reciprocam ſimul oblationem, magnoperè delectantur; ab eademque oblatione, maior in ipſis gloriæ ſuperabundantia reſultat. Ideoque etiam ipſi ad aliquam Sanctiſſimæ Trinitati oblationem faciendam mouentur: vnde præter ipſorum laudes, omnia creaturarum opera, deſideria, & affectus aſſumunt, Verboque offerunt; Verbumque accipit, lauat purificat, in ſuoque ſanguine ornat, indeque Spiritui Sancto, qui in ſui amoris igne purificat, offert, amboque tandem æterno offerunt Patri, qui igne purificatos, & in ſanguine ornatos aſpiciens, contineri, non poteſt, quin eos accipiat, recipiatque: & ab hoc intuitu valorem adeò magnum accipiunt, vt digni ſuo aſpectu exiſtant, Paradiſumque mereantur; cum autem prius in ſanguine Verbi purificati fuerint, Pater ipſi offert Verbo, quod valde ſibi complacet, fructus ſuæ amantiſſimæ Paſſionis aſpiciens.

9 Ab octauo canali alia manifeſtatur operatio, quæ laus eſt à Verbo, Patri pręſtita, quando effectiuè cunctos hoſtes, opus Redemptionis impedire volentes ſuperauit. Nunc verò talem laudem Verbum dat Patri, quia eum tantæ magnitudinis, tantæ bonitatis agnoſcit, vt à nulla creatura intelligi queat, nec ab ipſa ſua humanitate, licet omni alia creatura capaciori, ſed ſolummodo ab ipſo Verbo Diuino, cum ſit idem cum Patre. Ideoque Verbum intuetur in Patre, & Pater in Verbo, & ab hoc Patris, & Verbi intuitu, magnopere ſimul collaudantur; quæ laus nonniſi à Diuinis perſonis intelligitur; & ab hoc laudis intuitu in cunctis beatis Spiritibus amantiſſimum reſultat deſiderium laudandi Sanctiſſimam Trinitatem, eo modo, quo capere iiſdem datum eſt: & hoc eſt opus, quod iugiter fit in Cęlo.

10 Tres alij canales, Cæli, terræque operationes manifeſtant, quorum vnus eſt Verbi petitio ad Patrem de animabus, corporibuſque noſtris glorificandis, & de miſericordia ergà peccatores; alter eſt conferendi, oſtendens occultum, & manifeſtum opus in Cęlo, & contemptũ

opus

opus in terra. Alius eſt conſilij à Sanctiſſima Trinitate ab æterno initi, de creandis Angelis, conſilij, de mittendo Verbo; conſilij tandem de glorificanda creatura. Et in hoc vltimo definitiuo canali, omnes Cæli, terræque operationes in Verbi ſanguine, duodecim his canalibus mediantibus, includuntur, manente ipſo Verbo in ſinu Patris(noſtro modo intelligendi)mortuo, non in ſe, cum in ſe vita, & fons totius vitæ, & naturæ, & gratiæ, & gloriæ ſit, ſed propter determinationem, quam pro nobis moriendi habebat. Itaque duodecim hi canales, veluti duodecim linguæ ſunt, infinitas eius operationes manifeſtantes, quamuis nunquam manifeſtari queant. Mortuum erat Verbũ in ſinu Patris, vt dixi, quia vt moreretur venire voluit, ad talem manifeſtationem faciendam: ſeipſum enim pro nobis relinquens, mortuus eſt in Cruce, & ità hic deorſum operationes, quæ in Cælo fiunt manifeſtauit. Si enim non manifeſtaſſet, nunquam intelligere, nec capere potueramus, cum nullus vnquam in Cęlo fuerit, qui poſtmodum ad manifeſtanda ea, quæ ibi fiunt, adueniſſet. Verbum verò, quod ab æterno in ſinu Patris fuerat, non ſolum id, quod fiebat in Cęlo, ſed etiam quod in intrinſeco paternæ ideæ operabatur, manifeſtauit, dicens, *Quia omnia*
Ioan. 15. *quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

CAPVT XII.

In illa Verba. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum &c.* Mira videt, & fatur.

Ioan. 6. 1 *NEmo poteſt venire ad me, niſi trahatur à Patre,* qui me miſit. Prius dicis, *neminem poſſe ad Patrem venire, niſi per te,* nunc verò cur, oppoſitum dicis? Sed in hoc, idem reciprocè eſſe, oſtendis. Nunc patri priuilegium præſtas, ò Verbum, & nunc pro te idem aſſumis; quia opera Sanctiſſimæ Trinitatis ad extra reciproca ſunt.

2 Video Deum ſedentem in magna, & ſpatioſa nauicula, cuius latitudo quadraginta cubitorum eſt, latitudo quinquaginta trium, & altitudo trium hominis ſtaturarum. Et nauis iſta in mari ſanguinis humanati Verbi nauigat; in cuius nauis extrema parte duodecim ſunt Seraphim, & à dextris, & à ſiniſtris quaſi facies hominis, ſex in quolibet loco, & in medio eius ſedes vna, Adamantibus, Saphiris, & Piropis, eſt ædificata, in qua ſedebit Deus, Deus Pater, Pater Æternus. Ponit in nauicula pedes ſuos in ſtatera, & cũ nihil ponderis habeant, omnia librant; poſtmodum omnia ponit intus, etiam minimum, quod intus librat. Rubicunda, lucida, ſplendentia, & candida fulgura eam obumbrant, & trecenta ſex candelabra ſunt in ipſa naui. Omnes beati Spiritus circum ea Chorum ducunt, ut ſuauẽ, nouamque muſicam canant. Sed altior Seraphinorum Chorus, ad ima deſcendere vellet, vt illuc ſedentis ſponſas eleuaret; at multum grauitatis, & ponderis imperfectionis eſt, ſed non in cunctis. Triplicatæ, ideſt tribus redimitæ coronis per tria ſingulariſſima dona eleuantur, & aſſumuntur, licet differenter, & cæteræ minoris gradus circum ipſam nauiculam congregatæ ſunt, & inter ſe etiam differũt. Sed tracti quot ſunt? quos Pater æternus à nauicula trahit, inſolita, & incognita iacula ſua immittit, quibus ferit, & ſanat, mortificat, & tempore ſuo placito viuificat. Nec huius reddi alia ratio poteſt, quã Diuinum eius beneplacitum. *Ita Pater, quoniam ſic beneplacitum fuit ante te. O altitudo diuitiarum, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia tua.* Luc. 10. Rom. 11. Nauigat in Vnigeniti ſui ſanguine, ita ab illo abundanter effuſo, vt amplum, ſpatioſumque ſalutis mare iugiter videatur. Suaque iacula immitit, ſed mediante ſuo Sancto Spiritu, qui in Patrẽ reſpiciens, arcum in manibus cum infinitis iaculis tenet. Poſtmodum hanc, & illã animam trahendam intuens, amantiſſimis inſpirationibus, procul violentia, vulnerat: & vt ſic dicam, ad amorem ſuum corda compellendo; non enim ipſe in minimo vult arbitrij noſtri libertatem, violentiam pati, ſed amanter allicit; Et quis poterit tali, ac tanto amore reſiſtere?

3 Hic Spiritus mihi veluti Verbi arcus repre-

repreſentatur,cuius ſagitta ipſe eſt,& qui ad ſe trahit quem vult,eumque qui trahitur,amoris ſui iaculo vulnerat. Cum operatur hic Spiritus, licet Trinitatis opera ſint indiuiſa,Verbum humanatum eſt idē Arcus,& qui iaculatur, & quando operatur Pater, eſt etiam idem Arcus, & qui iaculatur.Sagittæ in Verbi humanati ſanguine,& nobis in Spiritus Sancti flammis communicatæ, ardentiores effectæ ſunt. Nos hic deorſum iaculans, amoris ſagittam infundit, quæ eſt idem amor, quo nos vulnerat,& aſſumit;& ad ſe attrahendo nobiſcum amorem trahit; Et quibus, intus,& foris,amoris ſtimulis?omnes Diuinæ perſonæ qua erga nos charitate ardent?

Ioan. 10. 4 Reſpicit Verbum in æterni Patris ſinum. & ad ipſum reſpiciendum eumdem Patrē mouet, & Spiritus Sanctus in huius intuitus medio poſitus,concurrit;maiorē, vt ita dicam,ignem accendendo,& in animam infundendo. Ad quam infuſionem Deus animæ ſe communicat, & anima transformatur in Deo. Quæ anima transformata, & vnionis amore quodammodo quaſi deificata, tantum apud Deum, valet,quātum poteſt ille,cui ita per amorem ipſa vnita eſt, & per merita humanitatis Verbi, paulominus ipſa Verbi humanitate valet apud ipſum Deum.

5 Sed quid inquis,ò mi Domine? Nemo venit ad Patrem, niſi per me, & ad te quomodo venit? Nemo poteſt ad Verbum venire,niſi trahatur,non amore,non imitatione, non participatione ſolummodo:omnibus etenim his modis Deo vnimur,ſed non ità perfectè, ſed mira ſacratiſſimi illius ſinu, & Æterni Patris viſcerum attractionæ, in quibus omnis attractio generatur, & conſumitur, nodoque vnitur, quo ligari tecum vellem, ò Verbum. Heia aſtringe,ſit ità,ſit ita Ieſu mi.

Iſaia 60. *Leua incircuitu oculos tuos*, anima mea, & *vide* Verbi operationes inter animam,& ſeipſum,

CAPVT XIII.

Verbum Diuinum veluti Gigantem, humanitatem veluti Agnum, videt.

1 A*Peris manum tuam, & imples omne animal benedictione*, Cor ſponſæ tuæ aperuiſti, eam benedictione adimplens, ſubſtantialique tuo ſanguine, in tua humanitate quieſcente ſatians. Video numerum perſonarum nudarum, & veſtitarum currentium, & quemadmodū nudæ, ita & indutæ, abſque vllo ornatu, Video nobiliſſimum, fortiſſimum, maximum,& omnimode glorioſſimum Gigan. tem ſuper humilem Agnum quieſcentē. Hic Gigas Verbum Diuinū eſt, quod ſupra ſuam humanitatem, & ſuper omnes animas,quæ per humilitatem, & manſuetudinem veræ Agniculæ ſunt,requieſcit. Fortis huius Gigātis fortitudo talis eſt vt ſola eius vmbra decorem omni faciei afferat. Gloria eius talis eſt,vt ſi infernus poſſet ſcintillam vnam deguſtare,glorioſus redderetur,& quælibet anima libenter omnem pateretur infernum, ſi tamen certa redderetur,ſe ſemel talem gloriam habituram. Fortitudo eius talis eſt.vt tantam præbeat morti fortitudinem, vt vita euadat,eamdemque interficiat mortem. Nobilitas eius talis eſt,vt qui infimi ſerui ſunt, videnturque cum Paulo mūndi immunditia,*Omnium peripſema vſque adhuc*, magni Domini reddantur. *Pſ. 144.* *1. Corin. 4.*

CAPVT XIV.

Verbum,& Agnum, & Paſtorem indigitat.

1 A Gnus.& Paſtor eſt Verbum. *Sicut Agnus obmuteſcit &c. Ego ſum Paſtor bonus.*Hoc totum creatura eſſe poteſt.Agnus,Ouicula,& Pater.Si ad Paſtorem attinet Agnos, Ouiculaſque conducere,& Paſcua præbere,vtrumque valde benè præſtitit Verbum;nos verò hoc, nonniſi eius gratia, efficere poſſumus: & *Iſaia 53.* *Ioan. 10.*

quæ

quænam eſt anima, quæ conducit, aut conducere Agnos poſſit, niſi eum, ut
Matt.6. Paſtorem ſequendo? *Qui vult venire poſt me*. Si etiam ad Agnos, & Ouiculas attinet, paſcua, quæ nutrimentum præbent, recipere, quodnam eſt hoc nutrimentum, niſi illud quod dat. *Ego ſum panis viuus?* dicit, carnem ſuam in cibū, & ſanguinem in potum præbere. O quod pro animabus noſtris nutrimentum eſt hoc? Non modo paſcua recipere debent Agni, & ouiculæ, & à Paſtore conduci, ſed etiam tempore ſuo fructus præbere; & quinam eſt fructus, quem tempore ſuo debet anima reddere? gratiæ, doniſque à Deo conceſſis reſpōdere. Nec ſolum debet pro qualibet hora fructum reddere, ſed etiam omni momento temporis; quolibet enim momento noua dona, nouaſque gratias à Deo recipimus. Quænam autem hac gratia maior? quod ipſe nos toleret, quoad vſque eidem reſpondeamus gratiæ. Debet etiam cibum præbere, qui huic Agno, & Paſtori ſimilis eſſe vult. Et quinam Verbi cibus? ille, de quo
Ioan. 4. dicit *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*, & quænam eſt volutas eius?
1.Teſſ.4. *Sanctificatio noſtra*. Sanctificando enim nos nutrimentum præbet, noſque auxilio eius ſanctificantes nos ipſos, Verbo nutrimentum, quod concupiſcit præbemus, ideſt ut perfectā in nobis ſuam faciamus voluntatem. Præbemus etiam Verbo fructum, & quemnam fructum? fructum qui non ſolum pro cibo, ſed etiam pro veſtimento eſt. Et quomodo veſtiri poteſt hoc Verbum noſtrum? Non fuit noſtra carne veſtitum, pretioſiſſima illa veſte, Spiritus Sancti opere in Mariæ viſceribus, filij ſui
Pſa.103. puriſſimo intexta ſanguine? *Confeſſionem, & decorem induiſti. Amictus lumine, ſicut veſtimento.* Gloriam hāc ex ſeipſo habet, ergo eum nos veſtire non poſſumus. Igitur ſi non valemus hanc ei veſtem præbere, oportet, ut eam ſponſæ ſuæ, ideſt Eccleſiæ præbeamus. Eam enim quaſi
Pſal.44. ſuam recipiet; *Veſtitu deaurato, circundata varietate*. Meritorum numerus infinitus, eſt ſponſæ Eccleſiæ nutrimentum.

2 Vult etiam Deus animam Paſtorem reddere: vult enim homini hoc etiam cōmunicare priuilegium, quod humanato ſuo Verbo, cui nos vult ſimiles eſſe, largitus eſt. Quod ſi hoc nollet, nequaquam ſpiritu ſuo dicere decreuiſſet. *Ego dixi Dij* Pſal.81.
eſtis: homo enim factus eſt, ut nos faceret Deos. Ad Paſtorem attinet Gregem ſuum ad ouile conducere, & paſcua præbere. Hoc tibi Deo creatura efficere poteſt.

3 Quemadmodum enim Agnus Paſtorem ſequitur, ſic & tu Deus creaturam ſequeris, *Obediente Deo voci hominis*. *Vo-* Ioſ. 10.
luntatem timentium ſe faciet. Qui nam sūt Pſ. 144.
effectus paſcuorum, in quibus anima introducit, ò Verbum? Varij, alij nutrimentum, alij delectationem afferentes: creatura verò ad ea, quæ delectationem afferunt ſe cōducet; magis hi tibi appropriātur, qui ſunt nutrimento, & quænam sūt, quæ delectant? Tecum ſpiritualibus dul- Prou.8.
cedinibus agere. *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum*.

4 Ad Paſtorem etiam Agnum defendere attinet, & idem præſtare debet creatura, te Verbum defendere. Et quomodo te defendere poteſt? perſecutionem, & maximè nunc, pateris, quia te vellet lupus in anima deuorare, nec alius eſt, qui magis cupiat, quæratque, Agnum deuorare, quàm lupus; Et quid Paſtor ad eum deterrendum aſſumit? nihil aptius igne: & quid à creatura agendum, adhoc, vt hoſtes ſuos, lupos rapaciſſimos, qui in ea te deuorare vellent, deterreat, niſi igne charitatis veſtiri? ac ita eos omnes, qui te Agnum offendere voluerint, deterrebit. Charitate anima veſtiatur, & omnia poterit. Benè hoc dixit tuus, amore captus, Paulus, quòd *Charitas omnia vincit, ſuperat omnia*, Nec aliquid poteſt animam ab Rom. 8.
hac charitate ſeparare, neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes: & anima, quæ eſt charitate induta, adeò fortis eſt, ut non ſolum dæmones, ſed etiam homines, qui aliquando dæmonibus ſunt peiores, vincat.

5 Baculum etiam Paſtor habere debet: debet anima, ut huius Agni Verbi Paſtor, baculum tuæ conſolationis habere, *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me con-* Pſal. 22.
ſolata ſūnt. Quænam eſt Agni huius conſolatio? manſionem cum ſponſa ſua anima facere. Oſtendit hoc, cum dicit. *Veni colum-*

columba mea, ſponſa mea, cænabo cum illa.

Tandem introducere Agnum in ouile, nè prædetur, debet Paſtor. Hoc animade Verbo hoc præſtare debet, ideſt in ouile introducere; Et quodnam eſt ouile ſuum? Catholica Eccleſia; ſed ab hac longè abeſſe nō poteſt: & inſuper anima cuiuſcumque Sponſæ fidelis, cum cor noſtrum templum ſit Dei viui, hoſpitium eſt Spiritus Sancti; & ſi Templum eſt Dei viui, & hoſpitium Spiritus Sancti, eſt etiam Deus, & idem cum Spiritu Sancto; & ſi Templum eſt anima noſtra, eſt etiã cor-
1.Cor. 3. pus: *Si quis Templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.*

CAPVT XV.

Mat. 10. In illa Euangelij verba; *Conuocatis Ieſus duodecim Diſcipulis*, myſtica plura, & moralia explicat.

1 VErbum æternum in throno ſuo reſidens ſemper noua operatur; nunc verò opus ſe dignum efficere vult. Duodecim ſuos Apoſtolos vocat, eoſque ad prædicandum mittit, de eo quod facturi ſunt formam præſcribens. Totum hoc præſtat ſponſis ſuis. At quis intelliget? & quis intelligere noluerit? Dicit eis, ut nihil ferant in via, non baculum, non peram, non panem, & ab ijs, qui eos recipere nolunt, excutientes pedum ipſorum puluerem, diſcedant. Eandem vim, eademque præcepta eiciendi dæmonia, infirmos ſanandi, & alia confert, intrinſeco iaculo, & extrinſeca voce eos eligit. Tantum præſtat ſponſis ſuis, qui vt offenſas cognoſcãt, vocat; cum culparum cognitio aliud non ſit, niſi illarum remediũ. Confert eis ſanandi omnes infirmos, dæmonia eiciendi, mortuoſque ſuſcitandi authoritatem. Et quomodo ſanare debent infirmos? Verbi tui medicinam accipere, etiam, ò Verbum, quæ omnes animæ infirmitates ſanat. Superbiæ febrem
Matt. 5. curat, cum dicit, quod *Qui non ſe humiliauerit, non intrabit in regnum Cælorum.* Tertianam vanæ gloriæ ſanat, dicens,
quòd ſine ipſo nihil fieri poteſt: *ſine me nihil* Io. 15.
poteſtis facere, oſtendit etiã, cum ab amato Propheta ſuo fecit dicere. *Non nobis* Pſ. 113.
Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Quartanam inobedientiæ curat, ſalutifera ea medicina, cum dixit. *Non veni* Io. 6.
facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me Patris, & alias. *Non mea voluntas, ſed* Matt. 8.
tua fiat. Factus obediens. Continuam, quæ cito conducit ad mortem, febrem ſanat, ideſt Auaritiam, non modò verbis, ſed etiam exemplo. Vulpes foueas habent, & volucres Cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ab accidentalibus etiam malis eripit, il-
lis verbis. *Quidquid petieritis Patrem in* Io. 16.
nomine meo dabit vobis. Et quænam ſunt mala hæc accidentalia? variæ animę paſſiones, quæ mediante, cum fide, oratione, nequaquam in anima ſiſtunt; quandoquidem hac eadẽ medicina facilè eas ſuperat expellitque à ſe. Dat etiam hoc Verbum eiciendi dęmonia authoritatem, ſed quomodò dæmonia eiciuntur? cruce, iugi ieiunio, oratione, anxio deſiderio, & annihilata voluntate. Itaque ſicuti Antonio ſeruo tuo dixiſti, ò Verbum. A tot laqueis abſque humilitate egredi non poteſt, multò magis vinci non poteſt dæmon, niſi humilitas habeatur. Redditur vita mortuis Vnigeniti Verbi ſanguine cum enim ipſi offertur, & per ipſum creaturis quodammodo influitur, animam ad gratiam mortuam talis influxus ſanguinis viuificat, & ad ſuum Creatorem iterum vnit; iterum eandem gratiam poſtulando.

2 Dicit, & iubet, vt eant, vt *baculum* non portent. Quinam eſt baculus, quem
portare debent, niſi defenſio. *Defenſor* Pſal. 26.
vita mea. Se defendere non debent, ſed percuſſa eorum ſiniſtra, porrigere dexteram. Non *panem* deferre: At ò Verbum æternum, ſi ita eſſet faciendum, fame moreremur. Nõ vis, aliundè prouideri, quia prouidentia tua vis nutrire. O ſi prouidentia hæc intelligeretur, quælibet creatura hæc mundana relinqueret, & te, vt poſſit prouidentia tua nutriri, ſequeretur. Panem relinquere debent, te verò non iam relinquemus, qui *panis vitæ* es; ſi enim te relinqueremus, vitam in nobis habere

non

non poſſemus, cum ſis tu panis nutriens, & vitam præbens.

3 Panis iſte cæleſtis in ſinu Patris intritus eſt, quia in ſecretiſſimo Diuinarum Perſonarũ Conciſtorio ab æterno decreta, & concluſa fuit incarnatio Verbi, quæ poſtea in tempore manifeſtata eſt Angelis, Patriarchis oſtenſa, Prophetis vt animabus Deo charis reuelata; & in tempore iam tanto prius definito, ò Deus mi, in ventre Mariæ factus, inter faſcias fermentatus, ad furnum ludibriorum, conuitiorum, & opprobriorum ductus: Coctus in Cruce, repoſitus in ſepulchro, in Reſurrectione, Apparitione, & Aſcẽſione ad mẽſam poſitus, In aduentu Spiritus Sancti ſumptus, & deglutitus. Non dico Iã quod prius à Domino in cęna non fuerit Diſcipulis Preſtitus, (& forſan etiam ab eodẽ poſt Reſurrectionem communicati) & in illorum dierum ſpatio, in quo orantes Diuini Spiritus aduentum cum abundatiſſima gratiarum pluuia ſuper ipſos expectabant, hoc Diuino pane ſe ſe haud nutrierint. Sed in Spi itus Sancti aduentu melius agnitus fuit, & poſtmodum frequentius à cunctis fidelibus ſumptus: etenim *Erant vnanimiter perſeuerãtes in oratione, & fractione panis.* Act. 2.

4 Sed quid mihi prodeſſet panem accipere, ſi in ore non ponerem, non manderem, & ad ſtomachi intrinſecum haud mitterem? Ita eſt, *Guſtate, & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus.* Deſiderijs ore ponitur, maſticatur operibus, ceſſando ab opere, & iugiter operando, deglutitur. Ad degluriendum, ideſt ad operandum, patientiæ, & manſuetudinis dentes habere oportet; ab hac enim virtute procul, nil perfici poteſt. Ab operę ceſſare, eſt ſe totam mortuã relaxare, tunc autem verè in Deo viuit, ità vt idem Deus operetur in illa, & illa in Deo, ac ita quodammodò perfectiſſimè operans, operari haud intelligit. Pſal. 33.

5 Eſt ſpecies alia panis verè ſuperſubſtantialis, qui etiam eſt ſicut ille, qui idem Deus eſt, eiuſdemque ſubſtantię; ſed paulò mollior, & delicatior ad comedendum, pro his, qui dentes delicatiores haberent, vel paulò magis delicatè nutriri conſueuiſſent. Eſt autem hic panis, de quo Beati in Cęlo nutriuntur. O panis delicatus, ò ſuauiſſimus panis. O poſſem de eo paululum guſtare, & me æternè fælicem. Hic panis eſt Verbum, per quod, Deus fecit, & conſeruat omnia, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, eſtque ſicut panis, vita totius, *Quod factum eſt in ipſo vita erat.* Totius vita vitalis. quæ toti mundo dedit, conſeruat, dabitque uitam. Per quem, & in quo omnia in ſuo eſſe ſuſtentantur, remanent, & vſquequò ei placuerit, remanebũt, *Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ.* Panis iſte eſt in idæa Patris intritus, in eodem Patris pectore fectus, In complacentia Sanctiſſimæ Trinitatis ad furnum ductus, In trium diuinarum perſonarum æqualitate in furno Patris poſitus. In creaturis producendis è furno eductus, in glorificandis Agelis, Spiritibuſq; Beatis in menſa eſt poſitus. In ſuipſius fruitione, & vnione guſtatus. Ioan. 1. Hebr. 1.

C A P V T XVI.

In ea verba: *Neque duas tunicas habeatis*, hæc addit. Mat. 10.

1 IVbet etiam, nec duo ferre veſtimenta. Idem facit omnibus ſibi chariotibus creaturis, & ſpecialiter ijs, qui paupertatis votum, à multis promiſſum, & à paucis, væ mihi, obſeruatum, emiſerunt. Et quæ nam veſtimenta ſunt iſta? Forſan quæ membra cooperiunt, & corpus, & à frigore, & calore, & ſuper omnia, à nuditatis opprobrio nos defendunt? Hoc etiã: Vis enim ò Domine, vt nos omni cura, & rerum harum caducarum affectu ſpoliemus, & in te reponamus, qui aues plumis, & pilis feras, liliaque campi coloribus veſtis, quæ nec in pulchritudine, nec in ornatu in maiori diuitiarum ſuarum *gloria* coæquare Salomon potuit. In omni gloria ſua veſtitus eſt ſicut vnum ex illis: ſed magis intrinſeca penetras. Non vis, vt veſtimenta deferant, quia, vt innocentiæ veſtimentũ, quod eis dediſti, habeanr, delectaris. Si tamen aliud expetunt, acquieſcis. Charitatem aſſumant; & in hoc, ò quæ fimbriæ, ò qui ornatus, ò quæ diuitiæ, *circundata varietate.* Sed nihilominus unicum veſtimentum, ò bonum, ò melius, Luc. 12. Pſa. 44

O ò opti-

ò optimum. Vnicam intentionem, vnicũ finem, per te ſit opus inceptum, in te finitum, qui veritas es, ſed à quam paucis veritas hæc intelligitur? omnes claudere videntur aures, ſed ad oppoſitum mendacium adaperiunt.

Mat. 5. 2 Recte veritatem tuus ille ſeruus à te in ventre Sanctificatus, intellexit, nã pro veritate vitam poſuit. Vnicum, vnicum vis vt habeamus veſtimentum, quod eſt tua, tuæque bonitatis cognitio, haud in aliquo creato ſiſtendo; non in diuitijs, nec in pulchritudinibus, nec in fortitudine, nec in delicijs, non in aliquo extrà te, ſed tantum omnium creaturarum ſalutem in te, & pro te deſiderare: quod eſt charitas perfectiſſima.

Nec vis, vt ſecum peram, nec nummos, non, non, nec res tranſitorias ferant: ſunt enim tibi contraria; male Diuinis miſcentur tranſitoria, & qui ea miſcere vult decipitur; ſimul enim ſtare non poſſunt, ſed horum loco, Spiritus tui dona, Regnũque Cęlorum elargiri vis. Peram, ac nummos
Rom. 8. prohibes: Quia tuus inquit Apoſtolus, *Nõ eſſe condignas huius ſæculi paſſiones*, quas tanti facis, *ad futuram gloriam*, multò minus huius mundi theſauri, quos tu ita cõtemnis, & verè ſunt lutum, Cęlorum iter impediens? Non hi, non ad rem faciunt, pro eo, qui ad te currere vult; imò nocent: ideoque non vis, vt iungamur cum illis.

3 Adeò diuitiarũ tuarũ plena debet eſſe anima noſtra, vt punctũ loci, vbi tranſitorium aliquid reponat, non habeat. Non in corde, non in anima, non in intellectu, non in memoria, nõ in voluntate, ſed totum, te plenum debet eſſe, in te retinendo occupatum, cum ad te approximanté, cõſtituas diuitem; & quò leuiter quis veſtitur, eo aptior redditur ad ambulandum. Væ autem illis, qui affectu tranſitoria hęc
Pſal. 61. poſſidẽt. *Diuitiæ ſi affluãt nolite cor apponere*. Ad eam enim tandem paupertatem deuenient, quæ illos infælices, & valdè miſeros reddet, & pro diuitiarum præmio, ad paupertatem æternam, ad eum dentium ſtridorem, nunquam ceſſaturum, damnabuntur. Et pro delicijs, quas ſecum diuitiæ afferunt, quibuſque in tui offenſione vſi ſunt, pænis omnibus, quæ in inferno ſunt, punientur.

4 Feliciſſimi verò; qui te purè, nullam rem tranſitoriam poſſidendo, ſequuntur. Te enim, qui es diuitiarum diuitiæ, cuiuſcumque. Theſaurus, & infinita Paradiſi poſſeſſio, pro præmio obtinebunt. Sed quis Paradiſum comparabit? Vbi pecunia ad eum æquiparandum? quid pro bono adeò magno, dari poteſt in prætium? Nihilum, nihilum, ſed pro Deo nihilum poſſidere, nihil huius mundi concupiſcere, nec aliud, quam Deum velle.

5 *Dominus pars hæreditatis meæ*. Dicã Pſal. 15.
amplius. Imo nec etiam Deum velle, niſi propter Deum. O altiſſima, & in ſummo diues paupertas. Hac, ad Cęlum comparandum, pretium in manibus habent pauperes: hi enim theſauri ſumma cõparantur paupertate, & quo pauperior anima, eò magis Deus in ea theſauros ſuos, quibus Paradiſum conparare poſſit, infundit. O quis paupertatem hanc non amabit, cum ſit cauſa, vt Deus tot magna dona elargiatur. *Beati pauperes Spiritu*. *Me-* Luc. 6.
lius modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorũ Pſal. 36.
multas. *Quam dilecta tabernacula tua Do-* Pſal. 83.
mine virtutum, concupiſcit, & deficit anima meã, dicam, in deſiderio poſſeſſionis Cęli, aut in deſiderio paupertatis tuæ, quæ mihi Cęlo æquiualet, quia cum illa vis, vt comparem Cęlum, prætiumque ſufficiẽs ſit ad regnum adeò magnum comparandum.

CAPVT XVII.

Ad intellectum illorum verborum, Mat. 10.
In quamcumque domum intraueritis, manete in ea, & cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliã, hæc ſubnectit.

1 DIcis etiam illis, quod in omnibus illis locis, quibus intrauerint, ibi permanent & alibi *ſi perſecuti fuerint in* Malach.
ciuitate hac, fugiant in aliam. Tantum agis 3.
in anima, quam te æqualem per participationem, qui immutabilis es, *Ego Deus, & non mutor*, reddere vis. Vt fugiat iubes: vbi enim te non inuenit, tardare non debet, nec, ne te amittat, quieſcere. Vt in qui-

quibuſcunque domibus intrauerint, permaneant, & ita debet anima facere; firma, & in cunctis virtutibus ſtabilis debet eſſe, ſuper te viuam petram fundata, *Petra*
1.Cor.10. *autem erat Chriſtus:* anima enim virtutum exercitium capiens, ità ſe exercere debet, ut ſeſe intus ſtabiliat. Permanere debent; anima enim, quæ opus aliquod efficere propoſuit, adeò firma eſſe debet, ut illud executioni demandet; concipere ſiquidē opus, & non facere, eſſet nunquam ad perfectionem peruenire. Væ, væ, ei, qui in virtutibus ſe ſtabilire non curat, iacitque malè edificatæ domus fundamenta in arenā, & in mobile, & inſtabile ſolum. Venient enim venti, & corruet, & cadet, ſuaque ruina maximam ſtragem, & perniciem alijs inferet. O qualem perniciem malo ſuo exemplo debilibus, & puſillis infert, illius ruina, quæ Dei ſerua, & ſpiritualis exiſtimatur. Solidum ſe præbere oportet, ſecus à præcipitio ad præcipitium, à malo ad peius, à peiori ad peſſimū ducimur. O, ò, vt hic permaneant, quia in enunciandis, edocendis, & reprehendendis creaturis, non ſemel, ſed multoties id efficere oportet, donec creaturæ eædem capaces reddantur, & benè intelligere poſſint, quid faciendum ſit, vt in opere ſtabiles inueniantur.

2 Iubes inſuper, ut à domibus, in quibus non recipiuntur, exeant, & ab eorum *pedibus puluerem excutiant.* O Diuina verba, in quibus tot ſunt abſcondita ſacramenta. Puluerem ab eorum pedibus excutere debent. O, contremiſcant qui te non timent, ò Deus magne: nihil enim eorum, nec puluerem aliorum pedibus adiacentem vis. Contrà verò de tuis electis: numeras, ponderas, menſuras omnem minimum actum: omnem cogitationem, & hoc capilli capitis ſignificant;
Mat.5. *Nam & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Itaque de illis dici poteſt, quod
Rom.8. *Omnia illis cooperari in bonum.* Reprobis verò omnia conuertuntur in malum. Cōtemnis enim puluerem, ideſt eorum ſuperfluum, & quod magis intuetur, quia ſæpè quod eis ſupereſt largiuntur, & ſæpius veluti puluerem pro nihilo habēt, & poſtea magna pro tuo amore feciſſe gloriantur. Tu verò hos contemnis; vis enim, ut quod pro tuo amore agitur, alicuius momenti ſit alicui, & occultum. Sed te timentes, multa, & quæ cum labore acquiſierunt largiuntur, nihilumque dediſſe arbitrantur; nec vellent, vt ea creaturę viderent, ſed ſolummodò tu, qui omniū bonorum operum es remunerator. Vt excutiamus de pedibus puluerem vis: cum enim oporteat viam virtutis, modumque tibi ſeruiendi addiſcere, vis ut exercitos in his virtutibus, ad diſcendum, adeamus; eos, qui virtutes habere videntur, & non modo non habent, ſed nec etiam agnoſcunt; voluntque alios docere, ut deſiderium te honorandi habere videantur, ſed ut ipſi honorentur aſpirant; Ad hos prohibes, ad diſcendum, accedere; cum in veritate non ambulent; ſed ut etiam ipſorū verborum puluerem relinquamus.

CAPVT XVIII.

De quinque gradibus gratitudinis Dei ergà creaturas, ſubdit.

1 NVnc æternus Pater Diuinos ſuos oculos in ſuo æterno eſſe reducens, ad oſtendendam ſuę gratitudinis altitudinē ergà creaturas mouetur, eamq; principaliorē, quā erga gratas ſpōſas ſolet habere. Docens eas ad reſpondendum ſuæ huic gratitudini, Angelorum amorē ergà dictas creaturas, & ſpecialiter ardētium Seraphinorum ergà ſuas ſponſas, eis oſtendendo. Æternus Pater Verbum generare haud intermittens, dedit Mariæ generare, ideſt poſſe Verbum illud in noſtra mortali veſte generare, quod ille abſque mortali veſte genuit, generatque. Itaque, quod Maria per gratiam genuit, ipſe generat per naturam. Magnitudinem ſuæ gratitudinis ergà creaturas oſtendere volens, quinque gradus gratitudinis æternus Pater Generi humano oſtendit: primus gradus eſt Amor, & hunc, mittēdo Verbum, vt carnem in Maria ſumeret, oſtendit. Secundus gratitudinis gradus eſt dilectæ donare, & ſimul cum dono cōferre beneficium: dans enim Pater æternus Verbum ſuum, largitur donum, &

Digitized by Google

reddens nos ipſius capaces, beneficium confert.

2 Tertius eſt, illi ſubiici, cui beneficium confertur. Pater æternus ſe, in ſuo Verbo creaturæ ſubiecit; eſt enim eiuſdẽ ſimpliciſſimę naturæ,& ſubſtantiæ. Deum *de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*, & per Verbum ita creaturæ manifeſtatur,ut nihil diſponere videatur, quin ipſi creaturæ in eodem, & per idem ſuum humanatum Verbum notum faciat.

Ioan. 14. *Omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis.*

3 Quartus gratitudinis gradus non eſt ſolum ſubijci perſonæ,cui datur, ſed eam in dono recipiendo,tanquam benefactricem agnoſcere. Quomodo autem eſſe poteſt, ut Pater æternus creaturam,quæ donum recipit,tanquã benefactricem agnoſcat, cum ipſe ſit donans, illa verò, quæ mendica ex natura ſua erat, & eſt, beneficijs affecta, & ditata? etiam, etiam. Tantum enim in dando ſibi complacet, ut quod ſua dona recipiant, donum exiſtimet; tãtum ſe communicare concupiſcit, vt de ſua cõmunicatione participare velle, ſibi eſt, ac ſi aliquis magnum aliquod bonum cum ipſo communicaret. O Deus

Pſal. 15. magnus, *Deus meus tu, quia bonorum meorum non eges.* O charitatis mare,& immẽſum amoris oceanum, fac, ne mei cordis anguſtia, meique amoris paucitate, amoris influxum, tuorum plenum donorum, impediam. Cognoſcit inſuper creatura, quòd quamuis culpam commiſerit, nihilominus poſtmodum Verbi ſanguine deleta eſt. Vndè quoties creatura ſanguinem hunc, quo redempta eſt, offert, donum tale æterno Patri exhibet, ut quaſi æquiualens ad reddendum non habeat. Donum hoc adeò magnum eſt, ut Pater æternus creaturæ debitor ſe exiſtimet. Videt enim, quòd illa, miſeria ſua, cui pro ſua infirmitate compati, & compatiendo communicare ſe voluit, fuit in causa, ut bonitatem ſuam communicauerit, iugiterque communicet.

4 Quintus,& vltimus gradus eſt,quod grato poteſtatem tribuit, & hoc eſt,quod æternus Pater dat creaturæ poteſtatem Deum glorificandi. Deum ex parte ſua glorificat creatura, cum eum honorat, in omni ſua operatione gloriam ei dando; & hoc modo dicere poteris, Matrem glorioſam feciſſe,quę magnitudine ſua,Deo gratias, ſicut opus honorat Artificẽ egiſſe videtur, & ita verba illa intelligi poſſunt. *Magnificat anima mea Dominum.* Totum autem ſit donum eius, *Quia reſpexit humilitatẽ Ancillæ ſuæ*, nullum ex ſe bonũ cognoſcendo.

CAPVT XIX.

Quinque alias Sponſæ gratitudines adnectit.

1 QVinque ſunt Patris gratitudines, & quinque etiam debẽt eſſe animæ ſponſæ gratitudines, ſed inæquales, cum natura tanquã fragilis, & velle tanquã mutabile, infinitè diſtet à Deo quoad velle; Verbi ſanguis eſt,qui illud conformat, cum ſanguis iſte adeò nos Diuino amore inebriet, vt Diuino velle conformes, & vniformes nos totaliter reddat. Gratitudinis ſponſæ animæ primus gradus eſt, ſeipſam Deo dare, & cum delectatione totaliter in ipſo relaxari. Secundus gradus eſt, ut nihil velit, & hunc cum petendo aliquid à Verbo Sponſo, tacer, oſtendit, nec petere volens, ne propriam, petendo, ſed Dei, tacendo, efficiat voluntatem. Tertius eſt annihilationis,& in eo oſtendit, quod mortua in ſeipſa ſit; faciatque pro viribus, ut Deus in omnibus honoretur. Quartus gradus eſt, cum ſuo Sponſo Verbo amplexus,qui ſeipſam cum creatis omnibus recuſare facit, itaut nec mortem, nec vitam, nec Paradiſum, nec infernum, nec donum aliquod exiſtimet, ſed in ipſo, & per ipſum,& ad ipſum referendo; nec aliquid reputat, niſi in ipſo: ſemper autem ad laudandum Donatorem reddit.

2 Quintus gradus gratitudinis ſponſę eſt, Deum propter Deum recuſare; nec aliud conſolationis à Deo, quàm purum velle Diuinum acceptare, & hoc velle, & non velle in ſeipſa ſentire, vel eundem Deum apprehẽdere, creaturam contemnere, & euiſcerato amore diligere.

Deum recuſare, eſt eundem Deum appre-

apprehendere, & ità ipſi conformari, & vniri, ut eum in ſe non ſentiat, & non ſentiendo, fiat idem cum ipſo, & non vnam, ſed mille vitas, vt ſit Deo conformis, & vnita, profundere. Proximum contemnere, & quomodo? iuſſit enim ſicut ſeipſum diligi. Proximum per ſe contemnere, & quomodo fieri poteſt? omne vel minimũ peccatum, quod in eo videtur, veluti dęmonem contemnere. Peccatum quod committit, quia Dei bonitatem offendit; non creaturam contemnere, quia ad Dei imaginem creata eſt, imò euiſcerato amore diligi debet, ab ea omnem pęnam etiam inferni auferre cupiendo.

3 Sponſis æternus Pater peculiarem oſtendit gratitudinem, aliquas in Verbi ore, aliquas in latere collocãdo. Erat dignior in Cęlo locus, aut in teipſo altior, ô Verbum, in quo ſponſas collocare poſſes, ſacro tuo ore, & latere, in quo tuæ reſpirationis, verborũ omnium à te prolatorum, omnium, quæ æterno Patri tuo reſpondes, omniumque gratiarum, & donorum, quæ creaturis tribuis, participatur? & hoc tibi non ſufficit, quia eandem ſponſam ad te aſſumendo conſumere, & lætificare in corde tuo facis.

C A P V T XX.

De Angelorum amore ergà animas, ita fatur.

1 MAgnus eſt Angelorum amor ergà creaturas, ſed Dei amore haud æqualis. Amant Angeli creaturas amore Intrinſeco, Extrinſeco, Memorãte, Veraci, & Recreante. Amore intrinſeco, qui à Verbi viſceribus egreditur. In Verbo enim creaturarum dignitatem vident, & Verbi amorem erga eas intelligunt, eſtque, ut ita dicam, amoris Verbi ſupereffluentia, quæ in ſe recreat Angelos, & hi in nobiliori creaturæ parte, ideſt in corde poſtea communicant. O ſi intrinſecum hunc Angelorum amorem creatura intelligeret.

Amore extrinſeco, qui gaudium generat, & lætitiam. Hic ab humanitate Verbi procedit, eſtque puritatis humanitatis ſupereffluentia, quæ redundans in Angelis, maximam eis gloriam tribuit accidẽtalem, quam ipſi hic deorſum in inferiori, & ſenſitiua parte nobis communicant. Vndè ſi anima talem ſemel extenſionem guſtaret, omnia terrena relinqueret, & Angelis vniretur; extenditque nos in nobis, ut inquit Paulus. *Dilatamini in charitate*. 2.Cor.6.

2 Amore Memorante, & Communicante, quem ijdem Angeli habent. Nec ſemper eum habuerunt, cum à Verbo poſtquam humanitatem aſſumpſit, & nobis hic deorſum communicauit receperint. memores ſunt: iugiter enim humanitatis Verbi, fuſique ſanguinis recordãtur; memoreſque etiam hic deorſum reddunt creaturas: vnde ſi quilibet attentè proprij Angeli voces audiret, ſẽper Verbi paſſionem cogitaret. Quia verò memoriæ noſtræ in ijs rebus tranſitorijs occupantur, & terrenorum affectuum ſtrepitu perturbantur, ad Angelorum voces audiendas minimè incũbunt. Audiam quid loquatur in me Angelus meus. Amore Veraci, qui in Angelis ab antiqua, & noua veritate redundat, & ipſi poſtmodum nobis creaturis hinc deorſum communicant. Hic tam Magnus Amor, Deum veritatem eſſe, & veritatem amare, commemorat. Vnde veritatis amor generatur in nobis, & qui eum audit, potius vitã profunderet, quàm veritatem non dicere, veritatem non amare, & ſinceritate, & veritate minimè operari.

3 Amore Recreante, ab increato Verbo, tanquam principio, & origine tantam perfectionem, delectationem trahente, qui in Angelis infuſus, ab ijs poſtmodum creaturis infunditur; à quo amore, amor erga Deum adeò Magnus in creaturis generatur, ut cum Deo vnitæ iugiter eſſe vellent. Vbi influxu iugi à Verbo deſcendente ad nouam perfectionis vitam, memoria, intellectus, & voluntas, eidem Verbo iterum vnitæ, generantur; Deus me creauit, recreauit Verbum.

4 Mouentur poſtea Seraphim à Verbo, amore erga eius ſacratiſsimam animã, ad diligendas illius ſponſas, & ad infũdendũ in eas vnitiuum, cõmunicatiuũ, trans-

Digitized by Google

Transformatiuum, & Præſeruatiuū amorem. In ſponſis infundunt Seraphim Vnitiuum amorē, qui velociter eas ſponſovnit, & quem, ab amore inter Diuinitatem, & Verbi animam, trahunt, maculas quaſdā imperfectionis, quas ſponſæ habere poſſent, purificantem.

Communicatiuum infundunt amorē in ſponſis, quarum amor Deo adhæret, & qui eum poſſidet, guſtare non poteſt, niſi videat ſecum ſimul ab omnibus creaturis guſtatum: libenterque ſe Deo priuaret, vt omni creaturæ communicare poſſet, ſicut guſtauit Paulus, *Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Rom. 9.

5 Alio Transformatiuo amore; quià transformante Diuini Verbi voluntate oritur, & in Seraphim infunditur, qui eum poſtmodū in ſponſas infundunt; qui amor facit, vt anima per participationem velle, & amoris, quaſi idem Deus reddatur; & hæc transformatio vinculum eſt, animam Deo ligans, & vniens.

6 Amore Prçſeruatiuo à Dei Æternitate ſumpto, & ab æternitate Seraphinis conceſſo, quem poſtmodum in Sponſarū voluntate infundunt, aguntque, vt ſapienter voluntas operetur, cum voluntas ſit, quæ apprehendat, & aſſentiatur. Itaque ſi eadem voluntate, dæmonis, vt ſic dicā, operationes fierent, honoraretur Deus; & ſi Dei opera voluntate mala efficerentur, offenderetur. Talis amor ſapientiam, & prudentiam præſtat. Sapientiam in operationibus recta intentione ſolum ad honorandum Deum peragendis, & prudentiam in virtutibus cunctis præſeruandis, quæ in anima hos producunt amores, qui omnes in vnum redacti, annulum pretioſiſſimum ad ſponſas deſponſandas efficiunt; Cumque eoſdem amores ſeraphim dederint, deſcendunt, & duabus alis aſſumunt, & duabus alijs ornant, & duabus alijs coram ſponſo, vbi deſponſatio facienda eſt, adducunt, & collocant. Vbi cūcti Angelici aſſurgunt Chori, aliquid ad Sponſæ honorem non agere haud ferentes. Vnde quid aliud agerent non inuenientes, nouam, eam laudantes, renouant laudem, dicentes. Iſta eſt digna accipere nomen nouum, & procidentes (cum in ſponſa ſponſus honoretur) adorauerunt eam.

CAPVT XXI.

Incarnati Verbi vocationem, arborum ſimilitudine tangit.

1 VOcaſti me; *& ego reſpondebo tibi*. Iob. 14. Narrare mihi vis, ò Verbum, eā aliquantulum elocutionem, quam de magnitudine, & excellentia tuæ humanitatis cum Diuinitate, quam inquam, cum Patre, & Spiritu Sancto habes. Quia verò ſublimium adeo, & Diuinarum elocutionum ego incapax ſum, ea mihi explicare vis, vt à me ſimilitudine viginti arborum intelligantur, quibus vis etiam, vt communicationem donorum, electis tuis, ſub eorum vmbra permanentibus, tributorū, intelligam. Nec ſolum communicationē iſtam donorum erga nos, ſed etiam illam, quæ ab ijs, qui tibi viciniores in Cęlo ſunt, in electis tuis in terra deorſum diffunditur, & quam, amore, Spiritus beati conferunt creaturis, & ſpecialiter Prophetæ Sponſis tuis. Narratio, ò diuinum Verbum, nihil aliud eſt, quàm tui eſſe, omniumque à te creatorum indiuiduum intelligere. Quo igitur fertiliſſimæ hæ arbores nascuntur, quarum altitudinem corporeus oculus penetrare non poteſt, quęque per æquale ſpatium immenſum ramos ſuos extendunt? Narret hoc, qui ſub illarum vmbra quieſcit. Supra quos ramos ſuos expandunt, explicet ipſe, ſi tantem poteſt; vel, vt melius dicam, explicet ille, qui ſuper eas permanet.

2 At quis ſupra eſſe Dei, qui totius eſſe fons eſt, eſſe poteſt? O Deus meus, harum arborum fructus tua eadem Diuina ſubſtantia ſunt, quæ nec principium, nec finem agnoſcit. Eos comedere, eſt iuge animæ operari; non operando; ſed in ſe operationem ſuam recipiendo. Indicibilia hæc, ò Verbum, creaturæ enarras, vt ſe in anguſtijs dilatet, in laboribus gaudeat, in inferno, ſi ibi à te ducta perueniret, iubilaret; vbi ligatis manibus operaretur, truncatis tibijs ambularet, clauſis oculis aſpiceret, deformato ore ad operandum, iugiter operaretur, virtute Mouentis, & in ipſa operantis. Et quid eſt hoc

tuum

tuum enarrare, ò Verbum,cum alijs Diuinis perſonis?

CAPVT XXII.

Eandem animam, duplicem in contemplando, & in patiendo, intelligit,Patris vnam,Sponſi alteram vocitans.

1 DVas hic animas vides? vnam eligit Pater,ſponſus alteram; & tamen vna, ſed operandi diſſimilitudine duo ſunt. Illa Patris, nunc tranſit; ſurgit illa ſponſi,vbi omnes æternæ, ſubſtantia verò,& natura indiuidua vnum ſunt.Quæ nunc tranſit,propter opus iterum aſſumetur à Patre,ad primum opus maiori perfectione,quemadmodum experieris, reditura:illam ſponſi, quæ tale miniſterium nunc capere videtur, poſtmodum propter operationis varietatem derelinquet. Illa quæ eſt Patris, eſt de ſui miſerentis,& inſcrutabilis eſſe complacentia, ſed in opere ſæpè interrumpitur, finitque,ad opus ea varietate rediens;de qua qui eam mouet,& regit,magis ſibi complacet: nec continuationem in peregrinatione hac habere poteſt.illa Verbi mixta eſt, ideo magis continuare poteſt, eiuſdemq; Verbi auxilio nimium operatur. In aſſumendo ſponſi opere, quod eſt pati, illam Patris relinquit, quæ eſt frui, quam relinquendo valde lamentatur,veluti vita,non iam gratiæ, ſed ſuauium deliciarum, priuata. Et quomodo? valde lamentatur lacrimans, & ſuſpirans, quaſi de eodē Deo dolens, exiſtimans ſe ab illo reprobatam; ſtatim autem Verbum eam præhendit, ſuſtentat,tangit, redditque veritatis cognitionem; ac ita ſe doluiſſe dolet, & ad talem cum ſponſo ſuo ſecuritatem venit, vt neque perſonam, neque diabolum,neque creaturam, neque aliud pertimeſcat. Et cum diuo Paulo totum mundum ad duellum prouocare videtur. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Ac ita videntes Rom. 8. poſt incarnati Verbi veſtigia talem animam ambulantem, quam ſecum in tribulationibus totam poſitam attrahit,quamque prius viderant, ſub Patris vmbra, in conſolationibus ambulare; aliqui admirantur,aliqui contemnunt, aliqui diligūt, aliqui perſecuntur,& aliqui eam non eſſe exiſtimant, quæ eſt,& antea fuit. Quando lucebat lucerna ſuper caput eius.

2 Illa vero poſt ſponſum, & cum ſponſo non videns, non audiens,non intelligens, non ſciens, non loquens,non guſtans, nec, ſic dicam, non operans, & omnimode veluti mortua,deambulat; ſolummodo ad ſequendum illud intrinſecum Verbi ictum, nè eum offendat, intēta. Animam autem in Deo relaxatā,mortuam ambulare, aliqui haud intelligunt, aliqui perſecuntur,diligunt aliqui, pauci agnoſcunt,rari deguſtant, poſſidēt pauci, vnici operantur: vnde qui talem contemnunt animam,exaltant,& valde, qui perſecuntur,purificant;& qui non agnoſcunt manifeſtant.

3 Operatio præcipuè arte facta,in natura nomen dat operanti, ac ita qui cantat,cantor vocatur, & ſimiliter qui aliud operatur,nomen ſumit ab illo. Hoc totū efficiunt animæ iſtæ,vnam vocāte Patre, alteram Verbo: Itaque duæ hæc animæ, vna ſolummodo ſunt, quemadmodum vnum quid eſt Pater,& Verbum, duæ tamen propter operationis differentiam, ſecundum tempus faciendam, vocantur. Itaque anima,duo nuncupatur.Conſuetis ſemper modis,Pater,& Verbum vti ſolet, cum enim anima opus aliquod facere debet,prius enunciat, & quacumque via ſecum trahunt, illa ſemper melior, ſibique ſecurior,per quam ambulat. Et cum Diuina luce illuminata oculos aperit,cognoſcit,viam ſibi prius difficilem, arduāque eſſe vere amœnam. Viæ enim Domini omnes pulchræ ſunt, de quibus dictum eſt. *Viæ Domini viæ pulchræ*;nec vult,vt illis ſuperfluo inceda timore, ideoque prius operationem hanc intelligere facit,ſimulque vim tribuit operandi. Prou. 3.

CA-

CAPVT XXIII.

Spiritũ Sanctũ veluti fontem ſe ſe in animamdi fundentem, intelligit.

1 MOuens Spiritus natura, & eſſentia, & intrinſeca eſſentiæ operatione, nec procul ad punctum diſcedẽs, beneuola gratiæ operatione ab eſſentia Patris, à complacentia Verbi, ab angelorũ ſplendore, & à Spirituum Beatorum puritate, quaſi diſcedit. Ab eſſentia Patris, pro alijs, ideſt pro ſuis ſponſis, robuſtum velle attrahit; à complacentia Verbi clarã, lucidamque intelligentiam; ab Angelorũ ſplendore memorantem memoriã: à Spirituum beatorum ſplendore, verax, & ſimplex operari abſque duplicitate, & dolo. Venitque tanquam fons, ſe ſe diffundens in animam, & hæc in ipſo ſummergitur; & quemadmopum duo flumina currentia ſimul vniuntur, itaut minor eorum nomẽ perdat, perdat inquã, maioris nomine remanente; ita Spiritus hic Diuinus agit in animam, vt cum ipſa vniatur, aduenienſ: oportet enim, vt illa, quæ minor eſt, nomẽ amittat, & Spiritu Sancto relinquat. Hoc autem facere debet, ſe ita in ipſo transformando, vt cum illo vnum quid efficiatur.
Galat. 2. *Viuo ego, iam non ego, & Qui manet in me,*
Ioan. 6. *& ipſe viuet propter me.*

CAPVT XXIV.

Denuò rapitur, & ad arborum plenam intelligentiam enarrandam, redit.

1 DIuinę narrationis prima arbor, in qua Deus ad extra, & per gratiã & per gloriam ſe communicat, Cęlum eſt Empireum, cuius folia ſunt nobis ignota, fructus eius diſtillamentum gloriæ ſunt; ſub vmbra illius beati Spiritus ſimul cum ipſo Deo quieſcunt.

2 Secunda arbor, Angelorum ſunt Hierarchiæ; iuges laudes Sanctiſſimę Trinitati perſolutæ, ſunt illius folia; fructus, animæ, quæ illis mediantibus, reducuntur ad Deum. In hoc autem maiorem, & meliorem partem habet Verbi humanitas. Illis enim mediantibus carnem aſſumpſit humanam, quam incarnationem Deus Angelis mediantibus, voluit, cum per ipſos reſponſum habuerit à Maria. Radices eius in Patris æternitate fixæ ſunt. Rami eius quanta eſt Diuinæ voluntatis cõplacentia, extenduntur: fructus omni tempore abundant, ſemperque renouantur, quemadmodum animæ conuertuntur, ita vt Angeli gaudeant, & lætentur; *Gaudium eſt in Cęlo ſuper vno peccatore*. Cantantes Luc. 15.
ſimul. *Cantate Domino canticum nouum,* Pſa. 97.
quia mirabilia fecit. Cantabimus canticum Domino in æternitate electionis Verbi, & Electorum ob merita humanitatis Verbi. Priuſquam Deus rationabilem creaturã ſuo ſanguine redemiſſet, & Verbi incarnatione quaſi recreaſſet, Angeli non poterant canticum hoc, niſi ſibi ipſis, inuitare, cum Deus nondum mirabilia ſua opera oſtenderit: nunc verò creaturas inuitare poſſunt, & cũ Dauid ſimul dicere. *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum* Pſ. 116.
omnes populi. Ad fructus huius arboris, peculiari eiuſdem Dei auxilio, peruenitur. Factus eſt mihi Dominus protector meus, & *Eduxit me in latitudinem*.

3 Tertia arbor eſt mundi machina, Pſal. 17.
cuius radices in Diuina bonitate fundantur. Folia ſunt infinita nobis conceſſa beneficia: fructus, ſunt Dei noſtri excellentiæ, quæ per hæc beneficia cognoſcuntur.

4 Quarta arbor eſt totum genus humanum, cuius folia ſunt potentiarum animæ, & corporis ornatus, pulchritudo, & decor. Fructus ſunt operationes potentiarum animæ eiuſdem. In amore hæ arbores plantatæ ſunt.

5 Quinta arbor eſt homo ad gratiam recreatus, cuius plantæ in Sanguine ſunt, folia in Sacramentis; fructus eius, præter merita, & opera per ſeipſa bona, ſunt auxilia, quæ ipſe ad gratiam recreatus, præſtat Eccleſiæ.

6 Sexta arbor eſt glorificatio, quam Deus ſuæ tribuit humanitati: huius glorificationis radices in eiuſdem humanitatis Verbi paſſione fundantur. Folia eius recentia, ſemperque viridantia ſunt (& quis dice-

diceret vnquam) accenſum illud deſiderium,iugeque illud Verbi aſpirare, dum nobiſcum eſſet; dandi gloriam ſuo ſanguine acquirendam.Glorificatæ humanitatis Verbi fructus, eſt ſuperintelligens capacitas, quam habet ſacratiſſima illius anima ad ſe,& Diuinitatem ſuam intelligendam,intelligendam inquam, non cõprehendendam, ea tamen amplitudine, & capacitate nobis totaliter inſcrutabili,& incogitabili.

7 Septima arbor eſt, Sacratiſſimã humanitatem ad Patris dexteram eſſe conſtitutam, cuius radices ſunt humanitas:
Luc. 3. *Qui ſe humiliat exaltabitur,& qui ſe exaltat humiliabitur*,vnde idem Verbum,cum eſſet in Dei Patris ſinu, factus poſtea homo pro creatura,adeò ſe humiliauit,deiecitque,ut vſque ad contumelioſam Crucis mortem, tanta ignominia ſineret ſe adduci.Folia illius ſunt collocatio, & ſublimitas, quæ in Patris dextera intelligitur eſſe. Fructus reſignationis ſunt. Non enim aliud vult,nec vnquam voluit, quã Patris voluntatem facere.Sunt etiam fructus admonitionis nobis,vt eidem uoluntati Patris conformemur, ſub cuius vmbra libenter caput meum reclinarem. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem,& Diuinitatem,& gloriam, & honorem in ſæcula ſæculorum. Amen.* Apoc. 5.

8 Octaua arbor eſt Poteſtas, Verbo
Mat. 28. humanato tributa. *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo,& in terra*, tanquam homini. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in Cęlo,& in terra*, tanquam Deus. Radices eius in manſuetudine, quam Verbum in terra exercuit,fundantur:folia ſunt ſpirantis, & ab ipſo ſpiratæ miſericordiæ
Pſ. 134. Rom. 11. opera. Fructus, Diuina ſua, *& inſcrutabilia iudicia*.

9 Nona arbor eſt vnio Diuinitatis cũ
2. Teſſal. 3. humanitate, cuius radices ſunt in pace, quam Verbum in terra habuit; *Ipſe eſt pax noſtra.* Folia ſunt conſilia humanitatis cum Diuinitate gratiam ſuam cõmunicandi, & per Sanctiſſimam Euchariſtiã vniendi,ideſt per vnionem illam admirabilem ſui ipſius cum animabus noſtris: & fructus ſunt eadem vnio.

10 Decima arbor eſt eſſe communicatiuum,quod æternus Pater dedit humanitati Verbi;Radices in liberalitate, quam humanitas Verbi in peregrinatione habuit,radicantur;Folia ſunt petitiones noſtræ ab ipſo inſpiratæ:fructus ſunt dona, & gratiæ, quas pro ſua bonitate concedit.

11 Vndecima arbor eſt Verbi humanati ſapientia,à mundo ſtultitia exiſtimata.Radices in iniurioſis verbis,quę in paſſione ſua,licet eſſet ſapientia æterna, pertulit,fundantur. Folia ſunt ſapientia,quã infundit, infuditque in ſeruis ſuis, *Os iuſti meditabitur ſapientiam*, & hi ſuauem Pſal. 36. vmbram ignorantiæ bonorum,ſed ſimplicium hominum faciunt, qui nihil de ſe præſumunt, ſed per omnia ſe Deo referunt:& ignorantia hæc ſub diuinæ ſapiẽtiæ vmbra, multorum ſapientia ſapientior eſt,ſpecialiter ſuperborum, & arrogantium,qui multum de ſua ſcientia gloriantur,quique à ſimplicibus,& corde humilibus, ita Deo volente, aliquando ad æternæ ſalutis viam diriguntur, & cum ipſa eorum ſapientia, alios ad æternam ſapientiam fruendam conducunt. Huius ſapientiæ fructus infiniti ſunt, ſed Sacramenta ſunt nobis magis nutritiua, tanta ſapientia donata, tanta ſapientia ab ijs, qui bene æxtimant,& agnoſcunt,recepta, quæque ad tantam ſapientiã adducunt; quæ ſapientia idem Deus eſt.

12 Duodecima arbor eſt Verbi cum æterno ſuo Patre æqualitas; ò Deus infinite,ò Deus magne.Infinita tua magnitudo adamantes commouere deberet, cur non hominum corda? Adeò tamen dura ſunt corda noſtra, vt gratiæ tuæ intendere nolint,nec cooperari. O magne Deus, Te bonum infinitum relinquimus, & rebus his tranſeuntibus implicamur, quas extra te, magis quàm dæmonem ipſum, vt ita dicam,abominari deberemus. Et quamuis cunctæ res creatæ, ac terrenæ, medium, vt ad te conduceret, eſſe deberent,ſæpius. nihilominus, quia his,vt deberemus,non vtimur, retrahunt nos à te. O æternum Verbum, ſemper es nobis præſens, quia in omnibus es, in his tamẽ te non agnoſcimus. Quot autem excuſationis pallio ſe operiunt, dicentes,tranſitoria,& exteriora opera eſſe tuæ vnioni impedimento. Et ego audeam dicere,mi-

nimam omnem, quamuis vilem actionē,
eleuandi mentem ad te, cauſam eſſe de-
bere. Huius arboris radices connexæ, &
fundatæ ſunt in patientia, qua Verbum
nobiſcum hic in terra conuerſatus eſt, qui
eramus ab illò difformes. Quaſi nullus ta-
men, vel pauciſſimi erant illi conformes.
Erat certè Maria, erat vterque Ioannes,
alijque pauci: hi autem quid? eadem Ma-
ria, quamuis ſimilior, eoq; propinquior,
ei nihilominus non erat æqualis. Vndè
per hoc dat nobis exemplum, ut alter al-
terius defectus ſufferre debeamus, vt
Gal. 6. Apoſtolus ait. *Alter alterius onera portate.*
Et videntes, ò Verbum, quod nos ſuſti-
nuiſti, iugiterq; ſuſtines, qua ratione nos
etiam proximos noſtros non ſuſtinebi-
mus, neminem defectu carere cognoſcē-
tes? & quamuis pauci in nobis eſſent de-
fectus, ab alijs tolerandi, ſcientes tamen,
tibi honorem deferre, libenter debere-
mus aliorum defectus ſuſtinere. Folia
eiuſdem arboris cōſilia ſunt, conſilia pa-
cis. Fructus, gratia Præueniens, & Exci-
tans, quæ nō ſolum ad bonum faciendū,
ſed ad malum relinquendum excitat; gra-
tia auxilians, quæ relicto malo, dirigit,
eleuatque ad ambulādum feſtinanter ad
Cęlum, iuxtà Dei noſtri voluntatem: nec
modo ad Deum, ſed etiam ad proxi-
mum diligendum edocet, nec ſolum ad
diligendum, ſed etiam pro illius ſalu-
te omnia patiendum; & quomodò poſſe-
mus vnquam hunc diligere proximum, ſi
Dei gratiam minimè haberemus? Hanc
dico gratiam, ad te, nos, ò Domine, ele-
uantem, quæ te in proximum, & hunc in
te videre facit. Quomodo autē eum ama-
re poterunt, qui eorū ſanguine veſcuntur?
hi poſtea dicunt, ſe ex charitate, & prop-
ter eorum luctum, & nutrimentum hoc
efficere, poſtmodum, quod eis ſupereſt,
tuiſque pauperibus ſeruis (quorum nu-
merum tu ſolummodò ſcis) neceſſarium
eſt, exigunt. Alius huius arboris fructus
eſt charitas, quæ tui ſpeculum eſt, in qua,
anima omnem maculam ſuam, omnemq;
ſuam pulchritudinem, ad eam conſeruā-
dam, videre poteſt; charitas eſt ſpeculum
1. Cor. 13. illud, de quo dicebat Paulus: *Videmus per
ſpeculum in enigmate.*

13 Tertiadecima huius narrationis
arbor eſt Verbi veritas; & huius veritatis
complementū in Verbi humanitate oſtē-
ditur; cuius radices in Patris veritate no-
bis à Verbo manifeſtata fundantur. *Ple-*
num gratia, & veritatis. Fructus eius sūt Ioan. 5.
Iuſtitia.

14 Decimaquarta arbor eſt Sāctiſſimę
Trinitatis vnitas, quæ in ſimplicitate eſſe
& puritatis Dei radicata eſt. Huius vni-
tatis folia, quæ eſſe dicemus? vbi omnia
propter naturæ, & ſubſtātiæ Diuinæ ſim-
plicitatem, & identitatem ſimpliciſſimæ
ſunt? Neque hoc dicere, cum diuerſitatē
arguat, placet. Folia inquam quæ erunt?
Verbi ad Patrem, Patris ad Verbum intē-
ſi, accenſique intuitus; fructus verò eædē
perſonæ Diuinæ.

15 Sex aliæ arbores, omnes in eadem
vnitate continentur; & cum earum perfe-
ctam viſionem conſequemur, intelligen-
tur. Sunt hæ quatuordecim arbores, hu-
manati Verbi narrationes, & manifeſta-
tiones. Suntque animæ, veluti ignis co-
lumna, quæ in deſerto filios Iſrael præ-
cedebat, quamque aſpiciētes, ſequi eam,
non præcedere, debebant; ſecus à recto
tramite deuiaſſent. Ita anima efficere de-
bet, lumen illud à Deo oſtenſum ſequi,
nec, eo, quod oſtēdit, vel intelligere dat,
amplius progredi; omnem intellectum
ſemper illi veritati ſubijciendo, quæ eſt
ineffabilis, illique luci, quæ vt à Deo re-
reuelata obſeruari nequit, quamque do-
cet Sancta Eccleſia Catholica, & Roma-
na Sedes, totius Eccleſiæ caput, cui Deus
hanc promiſit infallibilitatem. *Non defi-* Luc. 22.
ciet fides tua. Hæc oſtendis animæ, ò Ver-
bum, ut vires impendas pro futuro: etiam:
ſed, *Dixi in exceſſu meo, non mouebor in* Pſal. 30.
æternum. Portio mea Domine dixi cuſtodire Pſa. 118.
legem tuam.

CAPVT XXV.

Varios amoris effectus, nobis Beatos impetrare, intelligit.

1 BEatæ animę creaturis hic deorſum
in terra commorantibus amorem
impetrant Exercitantem, Impatientem,
Pęnantem, & Relaxantem. Horum qua-
tuor

tuor amorum,quamuis vnus, qui eſt vltimus, ideſt Relaxans, perfectus ſit;nihilominus cum etiam Beatæ animæ in noſtra fuerint fragilitate, nobis compatiuntur, & compatiendo, & diligendo, vt eamus ad poſſidendum æternum bonum,de quo ipſi gaudent, concupiſcunt. Hos amores quamuis imperfectos, impetrant, conferuntque; nō iam quod eos in nobis amēt, ſed fragilitati noſtræ ſeſe accommodant: cuilibet eoſdem amores impetrantes, ſecundum diſpoſitionem,quam cognoſcūt; vt prius in iiſdem amoribus imperfectis exerciti, poſtmodum ad vltimum perfectum, animam ad Dei vnionem conducētem, deueniant;Exercitans Amor tandiù durat, quouſque anima ad aliorum trium amorum perfectionem perducatur, illis enim adeptis,in operibus,ad gradum illum conducentibus, exerceri non indiget.Hunc Exercentem amorem habentibus euenire ſolet, vt ſi vel minimū,quod vellent, deerit, in confuſionem vertuntur aut triſtitiam,vel rebus tranſitorijs ſe cōuertunt:non enim Deum propter Deum, vt conuenit, ſed Deum propter ſeipſos amant.

2 Alius eſt amor, qui vocatur Impatiens, & hic pluribus ſolet perturbationibus ſubiacere. Animæ enim, in quibus reperitur,nondum firmitatem, nec in aliquo ſtabilitatem habent,in quibus Deus, prout vellet, quieſcere non poteſt: non enim poteſt, niſi in quietis cordibus habitare: & iſtæ animæ, cum ſint adeò impatientes, non poſſidentur à Deo: de ſuis triſtantur proximis,eos ad maiorem perfectionem ambulare videntes. Maiores ſuos non extimant,æquales nulli faciunt, non iam, quod vellent, ut Deum non amarent, nec alias virtutes haberent,ſed ipſæ diligere,& illis perfectiores eſſe vellent. Minores contemnunt, non quia illis noceant:ſic enim,nullo modo diligerent, ſed ſimpliciores, minus fūdatos, minuſq; penetratiuos exiſtimant. Ac ita in nullo ſtabiles, hinc indè requirunt, in ſeipſis dicentes, in quo ſpiritu ſiſtam? ad quam perfectionem peruenero? quam viam tenebo? Paradiſum, an infernum adibo? Si Paradiſum, quomodo Deum videbo? quomodò cum intellexero? quem locum habere continget? quam gloriam mihi dabit? ac ita cum ſe non remiſerint Deo, in nullo ſiſtunt, plures committunt imperfectiones: vndè quoad vſque ad relaxationem perueniatur, nunquam perfectionem aliquam acquirere poſſunt.

3 Alius amor Pœnoſus vocatur, qui nondum eſt totaliter laudabilis; cū enim ad modicum, ſenſus amoris deficit, ita dolet, ut nullum in ſe bonum habeat anima illum poſſidens. Videtur enim ei infernum mereri; nec dolet, propter Dei amorem, ſed timore, & ſuipſius amore, quia pati nollet,affligitur. Vndè haud fūdatus amor,eligendus nō eſt; dolor enim ipſius à pluribus oriri poteſt. Primo ab amore proprio,omnis perfectionis impedimēto,qui proprius amor ſemper timet, non tàm Deum offendere, quàm in eam pœnam, quæ peccato debetur,incurrere; oritur etiam à timore non filiali, ſed ſeruili, & ab intrinſeca ſuperbia, qua in eorum operibus Deum honorare videntur, ſed non eſt ita. Nec etiam ſuperbiam hāc habere intelligens, haud ſatagit à ſe expellere; ſi enim agnoſceret, iam auferret. Adhoc autem remedium aliud non eſt, niſi virtus,& meritum ſanguinis humanati Verbi. Impetrant Beati Spiritus omneſque tres ita imperfectos amores conferunt creaturis, ut paulatim ad perfectū diſponant. Incipientibus Exercitantem impetrant,conferuntque amorem: vident enim, quod retrogrederētur, niſi ſe exercerent: eumdem etiam amorem ijs impetrant, qui natura exercendi ſunt. Proficientibus, amorem impetrant Impatientem, non quod, vt illum haberent,vellēt, ſed quia vident, quodſi Impatientem hūc non haberent amorem, in tepiditate cōſiſterent.

4 Alium poſteà impetrant amorem, quem,quoad aliquid,in alijs non vellent, in creaturis tamen omnibus deſiderant, ut poſſint ad eum Relaxatum amorē peruenire: quem Beati ſpiritus ijs impetrant, & conferunt creaturis, quas aptas, & ad eum recipiendum diſpoſitas eſſe cognoſcunt. O, amor iſte Relaxatiuus eſt,quem magnopere concupiſco, & non poſſideo, & qualis eſt? Amor totaliter Relaxatus, ita ut nihil velit,nihil poſſideat, nihil de-

ſideret, niſi quod Deus vult. Ad perfectionem aliquam, velut ſuam poſtea in Cęlo coronam, non aſpirat; in dono aliquo non ſiſtit; ad quam perfectionē peruenire poſſet non conſiderat, nec in ea in qua fuit, vel eſt; ſolum autem Deum honorare intendit. Tentationem nullam timet, imò eam amplectitur, ſtringitque eo quod Deus ita velit. Proximos ſuos aſpiciendo ad maiorem perfectionē ambulare, feruentiuſque Deum diligere, gaudet,& Deum non diligentem videns, triſtatur, quod eum in diligendo non ſuperet. Etenim creatura amorem hunc relaxatiuum poſſidens, vel ab hoc amore poſſeſſa nō attendit,vtrum Deus hoc, vel illo modo operetur, vt Sanctus ille, vel alius, ille Beatus, ille glorioſus, ſed tantummodo ut Deus honoretur, concupiſcit, & quærit; vel per ſe, vel per alios, hoc, vel illo modo, non diſplicet ei. Ad eumdem amorem aſpirandum eſt, ſed nō anxiè concupiſcendum. anxiè enim deſiderando, ab eo quod in dicto amore intenditur,deficimus. Hi ſunt amores,quos Beati ſpiritus impetrant rationabilibus creaturis hic deorſum in terra commorantibus, longè ab eo loco,in quo omnis amans, amore vero, ſincero, & perfectiſſimo amat: non iam quod vnus Beatus non magis alio diligat,ſed aio,quod quilibet ſecūdum gradum ſuum amore perfectiſſimo diligat.

CAPVT XXVI.

Plures alios amores, Prophetas Virginibus impetrare, docet.

1 PRophetarum inſuper chorus adeſt, qui Virgines ſacras,tanquam ſibi ſimiles diligunt. Quia verò hoc prophetiæ donum ſæpius puritati vnitur, vt in Hieremia, Daniele, Ioanne Baptiſta, non illæ, non, Prophetis aſſimilantur, quæ ſolum virginitatē etiam intuitu aliquo humano, cuſtodiunt, ſed quæ, inquam, electæ ſunt à Deo in hoc ſtatu, quem ſolum ad ſeruiendum Deo, vel honorandum aſſumunt. Hæ Virgines certè ijſdem Prophetis aſſimilantur, imò dicere audeo, eas quodāmodo eſſe Prophetas: proſpiciunt enim futura, ideſt quod in fine vitæ earū futurum eſt,& quod Deo perfectè vniendæ ſunt; ad quod requiritur puritas. Ideò præſentia hæc tranſitoria, & vana relinquunt, vt eandem puritatem non impediant,& hæ ſunt, quas Prophetæ diligūt, quibuſque non amorem Exercitantem, Impatientem,& Pænoſum impetrant,ſed quatuor alios perfectiores amores conferunt. Amorem Otioſum, Amorem Anxioſum, Amorem Satiatiuum,& Amorem Mortuum. Amorē Otioſum magna operantem; otioſus eſt, ſed quomodò otioſus, ſi operatur, & quomodò operatur, ſi otioſus eſt? quia Deum contemplatur, in quo eſſe ſummæ bonitatis, infinitæ magnitudinis, profundæ, & immenſæ ſapiētiæ videt, quique tantam gratitudinem, perfectionemq; à creatura requirit. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cęleſtis perfectus eſt*. Matt. 5. Quæ creatura ſe eſſe nihilum videns, nec poſſe tantæ magnitudini reſpōdere, idem amor, imò creatura eundem amorem poſſidens, otioſa perſiſtit, in cōſideratione infinitarum perfectionū Dei cum ſua delectione, omnia in manibus relinquendo, vndè in eodem otio magna operatur. Et in hoc etiam amore aliqua defectus macula inuenitur.

2 Alius amor eſt Anxius. Amor Anxius ſapiens eſt. Anima amorem hunc poſſidens, iugi, & ſpaſimante deſiderio concupiſcit, ut cunctæ creaturæ,& etiam ipſa Deum cognoſcant, & ut Deus cunctis ſe præbeat ad cognoſcendum. Nondum verò amor iſte perfectus eſt, cum in ſe deſiderium habeat.

3 Amor alius Satiatiuus nuncupatur, qui de Deo gaudet, delectatur in Deo, omnia opera in Deum dirigit, eaq; propter Deum mouet, terminatque in Deo. Neque amor iſte perfectus eſt, cum Deū guſtare guſtet. Vltimus amor eſt Mortuus qui non deſiderat, non vult, non concupiſcit, vel aliud quærit. Anima enim amorem hunc poſſidens propter mortuā ſuipſius factam relaxationē in Deo, eum cognoſcere, intelligere, aut guſtare minimè deſiderat, niſi eo modo, quo vult Deus. Nihil appetit, nihil ſcit, & nihil

poſſe

poſſe vult, tantumque ſe humiliat, ſi ei eſſe Deum, quam ſi eſſe dæmonem diceretur. Tantumque ſe extollit, quando diceretur, Tu es Paradiſum poſſeſſura, quàm, Tu infernum adire debes. Pæna enim ipſi pænam non affert, nec gloriam quærit, tanquam mortua viuens. Galat. 2. Coloſ. 3. *Viuo ego, iam non ego. Mortui ſumus, & vita noſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.*

4 Omnes hi amores ad Verbum conducunt: in nullo autem, niſi in vltimo ſiſtendum eſt, in amore, inquam, Mortuo, cuius aliquam partem, Verbum faciet Sponſam deguſtare, cumque anima guſtauerit, cæteros omnes aufers, & donas, ò Verbum. Aufers amorum imperfectiones, donaſque Exercitantem amorem, amorem Impatientem, amorem Penantẽ, amorem Relaxatiuum, amorem Otioſum, Anxioſum, & Satiatiuum, & iterum hoc modo donas, vt eadem anima in iugi ſit exercitio, nihilque exerceat, eſt, & non eſt impatiens: Patitur; & nullam habet pęnam; eſt otioſa, & operatur magna, ſitit & ſatia eſt; ſatia eſt, & ſitiens.

5 Priuſquam autẽ anima hos habeat amores, oportet, vt in eodem amore Mortuo iugiter exerceatur: niſi enim in eo, ſe ſe diuturno tempore exercuiſſet, non poſſet, quamuis illuminata, in dicto amore Mortuo perſeuerare, cum valdè difficilis ſit, à paucis notus, paucioreſque continerent, faciliterque in cunctis alijs amoribus imperfectis per exercitiũ, ſicut prius, & non per donum, rediret. Et hæc continuatio eſt magis animæ neceſſaria, quam ſit tenebris lux.

CAPVT XXVII.

Plura videt, quæ Verbo, & animæ mirabiliter applicat.

1 ALtum, & eleuatum video Montem, in cuius medio thronus eſt, vbi reſidet Verbum; qui thronus quadratus eſt, ab vno latere Aurificem, ab altero Gemmarium video, qui gemmas perfectiſſimas elaborat, expolitque. Ab altero, virum plurimas mactantem victimas; & ab altero, alium, ad eaſdem victimas offerendas, ignem præparantem. Complures per eundem Montem deambulant. Inſuper ſupra dictum Montem paruus fons, & à quibuſdam ſtateribus, eiuſdem fontis aqua ſuper capita deambulantium ſpargitur. Verbum in throno reſidet, iudicat, acceptat victimas, collocat lapides, & aurum inſpicit. Mons ille ita altus, & eleuatus animam electam oſtendit, Thronus vbi reſidet Verbum, eſt eiuſdem animæ cor. Deambulationes illæ ſunt deſideria, quæ in monte ipſo, veluti delitiantur, sũt etiam creaturæ, quæ Verbum inueſtigare volunt, ideſt, opera, eius; ſed quanto plus inueſtigant, eò minus Verbum ad intelligendum ſe dat. Fons in monte ſcaturiens eſt doctrina Verbi; ſtatores aquam aſpergentes, ſunt affectus, & intelligentiæ, quæ doctrinam ſumunt, & Verbi ſanguinem, quo omnem ſuam operationem aſpergunt. Aurifex perfectiſſimum elaborans aurum, eſt voluntas, in qua de quacunque gemmarum ſpecie, maioris prætij agitur, vel hæ ſint Piropi, Smeraldi, Adamantes, vel aliæ gemmæ, quæ vultis: debet tamen à Verbo in throno cordis illius reſidenti iudicari. Vbi vehemens eſt deſiderium reducendi creaturas ad Deum, & propter Deum abſque propriæ exiſtimationis, vel lucri mixtione, Catenã benè annulatam fabricat;, velle nihil velle præter Deum, nec in Deo ipſo, niſi propter Deũ nunquam ad propriam vtilitatem attendendo: vnà ponitur, ſertumque ſponſæ fabricatur, vt ſponſo donet. Poſtmodum velle quodam, vt Deus totum ſit, quod in ſe eſt, apprehendendo, cum complacentia illius immortalitatis perfectionis Diuini eſſe, Diuinorumque attributorum in eadem Diuina eſſentia exiſtentium, annulũ ſponſæ fabricat, Cumque annulus ſit rotundus, hunc, Deum eſſe, principio, & fine carentem, ſignificat: quem ipſa inueſtigare non debet, ſed tantummodo ſibi in Diuino eſſe, & in velle, vt ſit totum, quod eſt, complacere. Gemmarius elaborans huius annuli lucidũ lapidem adamantinum, eſt purum velle, puritatem Diuini amoris poſſidere. Hic gemmarius eſt intellectus, qui lumine à Deo præſtito mediante, expolit, tollitque totum: quod dictam puritatem impedire cognoſcit, auxilioque

Verbi

Verbi,ità benè circumdolat, & accommodat, vt nihil aliud à Verbo faciendum ſit,quam ſumere, & in annulo aptare,ipſi enim competit collocare.

2 Qui victimas occidit, eſt iraſcibilis, cui concupiſcibilis, aſſentiens,ignem miniſtrat,ideſt Diuini honoris zelum. Ac ita ſimul vniuntur, ad faciendum hoc opus offerendi victimas,quæ ſunt velle,& operatio voluntatis,quæque priuſquam offerantur à quatuor ſtatoribus, ſanguine, & aqua doctrinæ Verbi aſperguntur. Qui ſtatores affectus ſunt, & intelligentiæ,quę actus voluntatis, vt fiant puriores, aſpergunt: ſi enim prædicti voluntatis actus maculati eſſent,& impuri,cum Verbo offeruntur, in throno Sedens, & iudicans, minimè acceptaret.Idem poſtea Verbum Altaris lapidem,ubi uictiſſimæ offerendæ ſunt,collocat.Qui lapis recta intentio eſt. Qui ignẽ ad comburendas victimas præparauit, eſt memoria illius eſſe, quod Deus dedit,ad ſui imaginem, & ſimilitudinem,& memoria illius eſſe, quod Deus pro nobis aſſumpſit,factus homo, totaliterque nobis ſimilis Qua recordatione omnis voluntatis actus accẽditur, & conſumitur,& à Verbo in throno ſedente iſtę victimæ acceptantur.

3 Poſtmodum idem Verbum aurum acceptat; cum enim proprij voluntatis actus conſumpti ſunt,anima tota in Diuina voluntate relaxata, tunc anima ad ſimilitudinem auri in fornace probati,tota purificatur,adeoque pura,ſpecioſaque redditur,vt Verbum,eam intuens, ad ſe attrahendam eius amore compellatur. Tũc omnes, qui in eodem monte erant, ſimul congregantur,& ad pedem eiuſdem Mõtis deſcendentes nobiliſſimum ordinant conuiuium, in quo pro diſco Crucem aſſumunt, Mariæ candorem, & puritatem pro mantili;& potentia Patris, ſapientia Verbi, & Spiritu Sancti amor in iiſdem animabus per attractam ſimilitudinem, pro ornatu eiuſdem menſæ deſeruiunt.; pocula,& cibus, quibus idem Verbum magna ſua delectatione nutritur, ſunt victimæ ſuaues, in igne iam dicto conſumptæ:nec cibi delectantes, ideſt dona Spiritus Sancti,deficiunt, omniaque virtutis opera puritate patrata, pro fructibus, & bellarijs in hoc conuiuio apponuntur, mixto,vino, veluti in ſpiritualis lætitiæ nuptijs,à Verbo,quod ſimul iuuitatur, & inuitat.

4 Adeunt poſtea, & de menſæ fragmentis cunctos ſatiant viatores: neque hoc ſolum,ſed etiam ad eandem menſam conducunt,quam etiam præparanr.& ſupra eam ciborum varietatem quamdam apponunt, qui licet eiuſdem qualitatis appareant, diuerſiſſimum tamen ſaporẽ, & guſtum habent,continentque inſeipſis *Saporem omnem,& delectamentum ſuauitatis.* prout manna in deſerto,quod cum ità paruum eſſet, omnem ſaporem ſuauitatis in ſe concludebat. Poſtmodum veſtium varietatem quandam attrahunt, quibus nudos, nec *veſte nuptiali* indutos, veſtiũt, nè à conuiuio, veluti miſer ille Euangelij, eijciantur: & veſtimenta hæc valdè pretioſa,& ornata ſunt,auro, gemmiſque ditata,qualia debent eſſe ad thronum Altiſſimi aſcendentibus. *In veſtitu deaurato, circundata varietate.* Adueniunt tandem aliqui,& Verbis nubeculas quaſdam attrahunt,veluti triunphi currus, ſuper quẽ inuitati omnes, iterumque veſtiti aſcendunt,& paulatim antè æterni Patris thronum adducuntur, vbi ipſe propter cicatricum Verbi intuitus,ad illos glorificandos compellitur. Facta tali aſſumptione requieſcunt in gloria, ſtillam eiuſdẽ gloriæ nobis huc deorſum demittentes. Primique ſtatus, in quo in terris fuerunt, & in quo nos viuimus, memores, auxilium ab Æterno Patre impetrant, & precibus Altiſſimo porrectis,tanquam tot nubeculæ ſurſum nos attrahunt.

Pſal. 16.

Mat. 22.

Pſal. 44.

CAPVT XXVIII.

Ieſu in Cruce operationes, cum ijs, quæ in ventre Matris operatus eſt, operaturque in ſinu Patris, mirabiliter comparat.

1 O Benedictus ſponſus, ò Verbum Æternum. Verbum in Cruce permanens,in ventre Mariæ,& in ſinu Patris

tr is,eandem quaſi operationem per ſimilitudinem facit. Tres claui in Cruce, tres in ventre Mariæ, tres in Patris ſinu te retinent, ò Verbum, & quinam claui ſunt iſti? ferrei,an ænei? & in qua fucina fabrefacti? Tres claui, qui te in ſinu Patris retinét ſunt Natura,Æqualitas,& Complacentia. In Mariæ ventre, Puritas, Amor, Mariæque conformitas. In Cruce, Obedientia,Humilitas, tuique ipſius Conformitas. Quid in Cruce agis? ſanguinem fundis, ſeptemque verba profers. Totum hoc in Patris ſinu, & in Mariæ ventre. In Patris ſinu ſanguinem quodammodo fūdis,creaturam tibi ipſi ſimilem efformando, & ut ita dicam, teipſum ad creaturæ ſimilitudinem idæando, *In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo.* In Mariæ ventre ſanguinem ab ea aſſumendo, diffundis, deſiderio quod habebas, illum pro creatura fundendi. In Cruce affectu, effectuque. Primum verbum, quod in Cruce dixiſti, fuit. *Pater ignoſce illis.* Quomodo hoc dicis Verbū permanens in ſinu Patris, nondum carne noſtra veſtitum, in omnibus illi conformе, cum nulla poſſit eſſe difformitas, vbi eſt vnitas, & æqualitas perfectiſſima? formando, plaſmandoque creaturam,dicis, *Pater*, eum reddens Patrem, & teipſum Patrem. Vocando,& inquirendo. *Adam vbi es?* dicis, *ignoſce*. Abelem tanquam iuſtum acceptando dicis, *illis*; dicendo, *Adam terra es, & in terram ibis*, & *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, dicis, quia *Neſciunt quid faciunt*. Dicendo,quod *neſciunt*, quia ab ignorantia oritur culpa,cum culpa pęnam eis oſtendis, & neſcio quid illius pęnæ, quam pro ipſis in culpæ remedium aſſumere debebas. In ventre Mariæ dicis, *Pater*, ſimul cum Patre, & Spiritu Sancto corpuſculum illud organizando. *Ignoſce illis*, ſuper te iniquitates, & peccata noſtra aſſumendo; eamdéque carnem,ſecluſo peccato,quam nos accipimus, accipiendo, dicis. *Quia neſciunt quid faciunt.*

Phil. 2.

2 Iugiter in Patris ſinu dicis, ò Verbum. *Hodiè mecum eris in Paradiſo*. Si es ò Verbum, in ſinu Patris, qui Paradiſus eſt,quomodo dicis. *Eris in Paradiſo?* Dicere poſſes, hic es, non eris, in Paradiſo. Sed Diuinæ tuæ naturæ, & eſſentiæ æternitatem oſtendis. *Hodiè:* tibi totum quod fuit, eſt,& erit, ſolus dies vnus eſt.

3 Quoties in animam inſpirationem immittis, promiſſionem hanc dandi Paradiſum facis; talem enim acceptando inſpirationem, ſalua eſt. Quoties te animæ vnis,permanendo, & reſidendo in Patris ſinu,dicis, *mecum*. Quoties impaſſibilitatem,& immortalitatem præbes dicis, *Hodiè mecum eris*. Dicis, *in Paradiſo*, quando æternam tribuis viſionem.

4 In ventre Mariæ tu dicis,*Hodiè*, illas duas naturas, ideſt Diuinam, & humanam, vniendo, & animam in medio. Naturam Diuinam vniendo,quæ eſt æterna, illud æternum, *Hodiè*, oſtendis; animæ verò, & carni vniendo has reddis æternas; *Non enim dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Itaque carni facta eſt promiſſio, Diuinitas res promiſſa eſt, & anima eſt,quæ promittit:mediante enim anima dici poteſt vniri. Igitur Diuinitas in Paradiſo eſt, & anima, & Verbum, & caro quodammodo latro eſt. *Mecum*, in illius vtero nouem menſibus permanens, & quieſcens. Pſal. 15.

5 Deindè dicis. *Mulier ecce filius tuus*. In ſinu Patris, ò Verbum, profers verbum hoc; Tuam iam glorificatam humanitatem æterno tuo Patri offerendo,dicis, *mulier*, ad oſtendendum te ex muliere hominem factum. Offerēdo, imò tuę Paſſionis inſignia conſeruando,dicis, *ecce*. Teque ipſum ad Patris dexteram collocando dicis; *filius tuus*. Cum humanitas ipſa poteſtatem veniendi ad mundū iudicandum acceptauit, animæque ſuæ ſapiētia habitualis Beatorum, quā totum cognoſcebat, quod Eccleſiæ tuæ reuelare oporte bat,infuſa eſt. Altera etiam,quæ eſt Spiritus Sancti donum, quod iugiter creaturis communicas, dici poteſt, verba illa terminaſſe. *Mulier ecce filius tuus*, *ecce Mater tua*. Miſericordiam in ventre ex ventre Mariæ apprehendēdo, cui etiā naturaliter voluiſti eſſe conforme, ideò ab ea naſci volens, ea pietatis, & miſericordiæ viſcera dediſti, vndè Mater Miſericordiæ dici mereretur. Maria Mater gratiæ, Mater Miſericordiæ: & iuſtitiam differendo eadem verba dicis. Inſuper

Vir-

Virgines ſanctificando, tuaſque ſponſas, Sorores, & Matres illas faciendo, quippeque, magis, meliuſque, ſi eorum ſtatus inſpicitur, Diuina tua verba cuſtodiunt, tuique æterni Patris voluntatem exequũtur; quæ voluntas executioni mandata, agit, ut Matres, Sorores, Sponſæque tuæ
Matt. 7. euadant. *Qui fecerit volũtatem Patris mei, ille meus Frater, & Soror, & Mater eſt*, & ita Matres, Virgineſque fertiles, ſterileſq;
Ioan. 19. eas reddendo, dicis. *Ecce Mater tua.*

6 In ſinu Patris dicis, *ſitio*. Quærens, quaſi tu, ò Verbum Diuinum, in terram venire, *ſitio*, dicis in Patris ſinu. Inſuper cicatrices ſeruando, in ſignum, quaſi, ut iterum in corpore eum plagis imprimerentur, concupiſceres, ſi ità pro hominis ſalute, & pro clarioris amoris tui erga creaturam ſigno, neceſſarium foret, dicis, *ſitio*. Quis autem, quoties in ſinu Patris hæc verba multiplicas, ò Verbum, numerare valeat?

Quis enumerare poterit, niſi tu, ſemper ea proferens, ſemperque proferes, quoad totum corpus fidelium, tibi, ſuo capiti cõiungentur in gloria. Quoties animæ tanto amore indulges, ac ſi illa indigeres, non illa te indigeret, dici poteſt, quod tale verbum profers. Sitis à magno calore generatur, & hic magnus eſt amor. Verba hic deorſum in terra prolata, te valdè ſitire faciunt, & tibi in ſinu Patris permanenti in memoriam reducuntur à tua humanitate, & plagis tuis, quæ veluti tot ora, & linguæ, quod pro noſtra ſalute obliuiſci non potes, commemorant. Calor eſt amor, quo præter eadem beneficia, corpus, & ſanguinem tuum reliquiſti: vndè quoties intueris animam, toties tibi vnitam, quam per ſua demerita, & peccata damnandam vides, ò quoties eam intueris priuſquam condemnes, & per charitatem tuam talis aliquando redditur, ut iteratis obtutibus ad te reducas.
Pſa. 118. *Aſpice in me, & miſerere mei.* O, corpus illud tuum, & ſanguis, dum animæ vnitus permanes, in ea magnum hunc calorem generando, magnam ei ſitim guſtare facis, & quodammodo cogeris in ea illud iugiter generare, quod in te generaſti, tui nimirum ſitim, illi ſimilem, quam de ea habes, & ſitim proximi, amoris affectu.

7 Sitis tua, ò Verbum, in ventre Mariæ anxia erat, itaut ibi tandiù permanere nolueris, ut foras ad noſtram ſalutem operandam egredereris, & tamen diutius ibi permanere voluiſſes; ita puriſſimo illo ſinu, & hoſpitio delectabaris, purioti dĩcam, & per charitatem iiſdem Cœlis capaciori. *Quem Cœli capere non poteran, tuo gremio contuliſti*. Sitis tua erat, creaturas in eam præſtinam conducere innocentiam, in qua creaſti, eaſque ad æternum Patrem tuum reconciliare. Sitiebas etiam eas ad vnionem tuam reconducere, participeſque ſuo modo tuæ æternitatis, qualitatis, & communicationis efficere. Anxiè etiam ſitiebas, vt Mariam fœliciſſimus Virginum chorus obſequeretur; itaque Virgines ſitiebas quæ poſt te Agnum puriſſimum cantantes, te vbique, & in Cœlo, & in terra ſequerentur; *Et ſequuntur Agnum quocunque erit*. Apoc. 14

8 Primitias has tuo cõparaueras ſanguine, qui ſpecioſas has plantas, hos flores, ſingulare, & militantis, & triumphãtis Eccleſiæ tuæ ornamentum, producere debebat. Quoties purum Mariæ cor ſumebas, nõ modo in eo tibi complacebas, ſed in eiuſdem ſimilitudine illud intuens, Virginum puritatem deſiderabas; Itaque de Mariæ corde dicere non poteras. *Filia præbe cor tuum mihi*, quia iugiter id habebas, & paruulis tuis manibus perſtringebas. Et hæc eſt ſitis, quam in ventre Mariæ habebas; Iamque *Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*. Ibi Virgines deſponſare, tuoſque Chriſtos coronare diſpoſuiſti. Oportet autem, ut Virgines Virginem in omnibus imitarentur, ſed in eo ſpecialiter, quod de ea dicitur, *Conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*; verba enim earum conſiderata, rara, & veracia eſſe deberent, *Et inclinato capite tradidit ſpiritum.*
Prou. 23. Luc. 2. Luc. 2. Ioan. 19.

CAPVT XXIX.

Iterum de reliquis verbis à Chriſto in Cruce prolatis, ſic fatur.

1 QVid autem,ò Verbum, Spiritũ Diuinum ſimul cum anima carni tuę vnitum, retinebat? Amoris vinculum, & conformitas; amor, quem ab æterno habebas ſaluandi creaturam; conformitas, quæ tibi cum Patre erat, operandi Redemptionem eiuſdem creaturæ. Eædem res ſpiritum tuum in anima retinent, ideſt Amor, & Conformitas. Vnde, ò Verbum, ut tuam operationem efficere valeas te abſcōdis, animā liquens quoad operationem, & tuipſius manifeſtationē abſque vllo poſſe, & velle eiuſdem animæ: dum enim te abſcondis, neſcit, nec te valet inuenire; & te, qui illius vita es, non inueniendo, oportet, ut velut mortua ſit: poſſet enim verbo, geſtu, vel cogitatione aliqua ſpiritum tuum à ſe repellere, cum, ipſa non aduertente, ad eam venit: vultque promiſſam renouare vnionem, quamuis abſque eo quod ipſa percipiat, hoc poſtmodum erit.

2 Vnde anima, quæ tibi correſpōdet, ò Verbum, eritque tibi vnita ſpiritum tuum ſemper retinebit, nunquam à ſe expellendo.

At, ò Verbum, ut nunc ad amoris verba in Cruce prolata redeam, tēpus enim ad ea intelligenda, breue fuit: quomodo in Patris ſinu verbum illud. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, dicere poteras? Teipſum Patri cōmendare, cum quo idem es, perfectiſſima vnitate ſimpliciſſimæ eſſentię vnitum? Quem ſpiritum commēdabas? tuum, aut illos, quos ſpiritus vnione, tua membra feciſti?

3 In anima tecum puritatis amore vnita, tanquam in tuo ſpiritu tibi complaces. Itaq; quoties à mortali corpore anima ſpirat, tu hæc verba profers, quia eam ſumis, & coram Patre tuo præſentas, & ſi adeo pura eſt in ſinu tuo collocas, poteſque dicere; *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*

4 In ſinu Patris permanens, eidemque vnitum, quomodo dolere potes, dicendo; *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* bis replicas, *Deus meus*, ad eam oſtēdendam operationem, quam intrinſecè in ſinu Patris faciebas, priuſquā carnem aſſumeres, ſed ardenti deſiderio te incarnandi propter gloriam ſuam, ſalutemque noſtram, tuamque humanitatem, & poſtmodum noſtram glorificandi. Te dereliquiſſe oſtendis, & quaſi doles, cum, tanta miſericordia ſuſtinet, & non vindicat offenſas. At quis tunc, vt eas ſuſtineat, rogat, niſi amor tuus? vndè licet tibi videri poſſit, quod non æſtimetur ſanguis tuus, dum non puniuntur offenſæ, renouanturque peccatis plagæ tuæ, *Iterum crucifigentes Chriſtum in vobiſmetipſis*; Hebr. 6.
Hanc nihilominus vindictam exoptas, ut peccatum, non peccator puniatur, ideſt, ut peccatum in nobis ad te conuertentibus, illudque à nobis gratia tua expellētibus, denudetur, itant magis quàm infernum ipſum horreamus: & cum vindictam hanc non vides, à Patre videris derelictus. Noſtra nihilominus obſtinatione, ò quàm ſæpè in cauſa ſumus, ut in ſinu Patris hæc verba pronuncies, quaſi ſanguis tuus non ſit valoris in totum inæſtimabilis, cum ita parum nobis proficiat, ita obſtinatè offendentibus te, & cum à te, qui Deus es, & homo effuſus ſit ſolummodo ad recōciliandam Deo creaturam, remanet hæc in ſtatu ſuo miſerrimo maculata, & in ſeipſa propter peccatū abominabilis, æternoque digna ſupplicio (& tu, ſi capax eſſes doloris, maxima, mortalique afflictione) priuata beneficio tui ſanguinis.

5 Ea etiam in Mariæ ventre enunciabas, & quando in corde tuo adeò concupitam, conceptam, & oblatam paſſionem tuam concipiebas, tunc ea enunciabas: etiam. In Mariæ ventre, cum idem cum Matre tua eſſes, conferre, ei, & referre poteras, quomodo Ioſeph putatiuus Pater tuus *eam dimittere cogitabat*, & conſequenter etiam te, licet tunc te nō cognoſceret, ibique eſſe neſciret; inſuper quomodo guſtabas, & intrinſecè puriſſimis illius ſanguinibus nutriebaris, quaſi ſine illis eſſe non poſſes; ſiquidem eorum virtute

Digitized by Google

tute indigens videbaris, cum nutrimentum,& virtutem, rebus omnibus largiaris,nec vllo indigeas nutrimento.

6 In Patris ſinu, ò Amor, in quo immutabilis, & æternus ſemper noua facis dicere potes,*conſummatum eſt*. Ibi enim, omne opus conſumatum, & perfectum eſt;finiſque ſimiliter cuiuſcumque tuę actionis,quam cum Patre,& Spiritu Sancto operaris in anima,complacentia eſt, quã habes,quod anima tecum per gratiam, & amorem vniatur.Hæc complacentia, iuge operari eſt, abſque opere, creaturã ad hanc vnionem conducẽdo: & hic omne tuum operari terminatur, iugiter operando. In ſinu etenim Patris tui animam glorificas,creas, & recreas,& ad te attrahis,& quantum in anima glorificanda operationem tuam multiplicas, tantũ multiplicas dicere,*conſumatum eſt*.

7 In ventre etiam Mariæ dicebas,*Conſummatum eſt*; Ibi enim initiando opus, deſiderio finem imponebas. finitum quidem erat magnum illud à Lucifero inceptum duellum inter iuſtitiam,& miſericordiam,inter potentiam,& bonitatem. Cõſumatum erat magnum illud, mittendi Verbum æternum ad aſſumendam carnẽ, conſilium.*Conſumatum erat*,vt ita dicam, eſſe Diuinum,eſſe hominis aſſumendo;cũ enim ſis potens,impotens; cũ ſis immenſus,paruus,in Mariæ ventre concluſus, te oſtendis. Æternus eras,& mortalem;inuiſibilis, & viſibilem te facis; ſapientiæ eras infinitæ, & talem te reddis, vt inſipiens voceris,& ſtultus;creator eras, & Dominus,& te creaturam,& ſeruum effeciſti.

8 Septem verba à te in Cruce prolata inſtructio, & exemplum Eccleſiæ ſunt; quæ in Patris ſinu dicis,ſunt Eccleſiæ refrigerio,& quæ in ventre matris enuncias nutrimento,Ac ita ſeptem hæc verba triplicata inſtructione, refrigerio, & nutrimento ſunt.Sanguis in Cruce effuſus, eſt cibus;quem in ſinu Patris, ſi dici poteſt, ſpargis,Aqueductus eſt; & quem in Mariæ ventre effundis, præſeruans Theriaca eſt. Claui te in Cruce figentes Eccleſiæ
Abac. 3. ſunt pro lumine. *In luce ſagittarum tuarum ibunt*; Qui te in ſinu Patris retinent, ſunt ſplendor. Quique in ventre Mariæ, ſunt ignis. Ac ita eſt lumens, ſplendor,& ignis; vel claui, qui te fixum in Cruce retinent;ſtellæ ſunt,quibus intuendo Eccleſia, in huius mundi mare dirigit curſum ſuum: Qui te in ſinu Patris retinent ſunt Sol,Eccleſiæ tenebras repellens, eamque calefaciens; & qui in Mariæ ventre te retinent,ſunt Luna,quà confortãtur, & illuminantur in tenebris,tua permiſſione aliquando in anima aduenientibus.

9 Offero tibi, ò Verbum,hunc ſanguinem tuum pro tot oblationibus factis pro tuis creaturis: ſed heù, quia ſanguis iſte non adhuc In creaturis propter earum indiſpoſitionem, penetrauit. Inſuper pro tuis electis ſponſis,& pro ijs,quæ in unione tua,quam ſcis,tibi vnitæ ſunt, offero. Iterum hunc ſanguinem tibi offero, pro infælicibus, quoad ſtatum præſentem,reprobatis ſponſis tuis;& etiam pro periclitantibus in huius mundi mare, propter intermiſſas vndas, naufragio proximis, niſi à te ſpecialiter adiuuentur, & tueantur,ponanturque intra ſecuriſſimum amplæ plagæ tui lateris portum, portum beneuolum,in quo huius amari maris vnda non peruenit:ſed amore, & cum amore in eo oportet permanere. Amplius, hunc tibi offero ſanguinem pro ijs, pro quibus orare debeo; & tandem per hunc ſanguinem te oro,vt tot Eccleſiæ tuæ neceſſitatibus ſubuenias. At,ò meus Amor, oportebit, vt deinceps ſanguis tuus ſit in ſupplementum,& lumen; vbi amor(non dico proprius) nec eſſe, nec ſentiri, timor nec approximare,& velle, nec audiri debet,præteritum tempus,nec memorandũ; præſens,nec cogitandum, nec inueſtigãdum futurum,nec quærendum.Cum probationes multiplicabuntur, gratiaque præſens,quoad perceptionem, ſubtrahetur,cum augebitur lumen,& tamen tenebræ abundabunt, validior erit gratia,& ipſius gratiæ perceptio deficiet. Sed ſufficit mihi gratia tua;non recuſo laborem; fugio tamen,tuamque cupio auferre offenſam. Gloriari oportet, video, in eo, quod in mei contumeliam cadit, non tamen tua ſit,ò Verbum, ſis ergo benedictum. Vt autem in via tua progrediar,forma hæc mihi præſcribenda eſt,vt videlicet pænam pro gloria, tribulationem pro ſolatio,laborem omnem, & famem pro cibo,

cibo,& nutrimento accipiam.

C A P V T XXX.

Mundi realem creationem, ad myſticam Gratiæ, mirabiliter applicat.

1 VIdeo, & intelligo, quod eodem modo, quẽ Deus noſter in creãda mundi machina, & creatura, tenuit, vtatur & Verbum incarnatum, in ea recreanda,& glorificanda,in præſcribendo regulam,& viam, quoadusque eam glorificet. Iiſdemque diebus terminat opus hoc,& die ſeptimo requieſcit. Et in quo quieſcit Verbũ? In complacentia eiuſdẽ operis. Creatura paruus eſt mundus à te factus ò Verbum, ad ſimilitudinem, & imaginem maioris, & vterque te eo modo,quo eſt,veluti factura factorem repræſentat.Prius totam mundi machinam,ſed non ſine proportione formas. Poſtea tuæ potentiæ, & ſapientiæ manibus, modicũ terræ accipiens, creaturam ad tuam imaginem, & ſimilitudinem ſic viuaciter formas, vt eam Angeli admirentur. Modicus autem ad veritatem amor,eos in terram deijcit. In paruo hoc creaturæ mundo,Cęlum,creato ſimile creas, nunc verò mihi notum faciendo,manifeſtas. Et hoc Cęlum creaturæ eſt voluntas libera, quã ei dediſti, quæ verè Cęlum eſt, quando Diuinæ tuæ voluntati eſt conformis; in quo Cęlo connexæ ſunt ſtellę,luna,& ſol. Nubeſque aliquot eum obrumbrantes; in voluntate enim connexæ ſunt ſtellę lucidiſſimæ, quæ plures diuinæ inſpirationes ſunt,quibus mediantibus, bonæ, & Sanctæ determinationes fiunt: Vice lunæ appetitum creaturæ tribuis; non enim adeo eſt luna volubilis,ſicuti hominis appetitus.Solis loco in voluntate cognitionem te eligendi pro Domino, & ſponſo, formas.Rationem dediſti, quæ diſcooperit,cooperitque Cęlum, imò Cęli ſolem. ideſt Dei cognitionem: Si enim ratio à te illuminata,quid eligendum, vel faciendũ adhuc diſcuteret, vel Deum non cognoſceret,vel magna tepiditate, imò illũ offenderet.Aquam in paruo creaturæ mundo ſtabilis,gratiam largiendo. In qua aqua alias creaturas tuas producis,vt piſces propter hominis beneficium: Hi verò piſces,beneuoli affectus ſunt à tua Diuinitate nutriti,qui ab aqua tuæ Diuinitatis egredientes moriũtur: affectus enim rebus tranſitorijs alligatus ſtatim moritur; cum ſolus in te affectus magnam generet fæcunditatem, quæ in piſcibus inuenitur, ideſt affectuum multitudinẽ aduirtutem.Horum piſcium aliqui adeò nobiles ſunt,vt inſeipſis lapides, gemmaſq; prætioſiſſimas generent, quibus ornatus homo gloriatur.

2 Ab aquis etiam illa adeò pulchra, candida, pura;& delectabilis gẽma Vnionis elicitur;& hic eſt puritatis affectus beneuolus,qui in ſe prætioſã hanc generat gemmam,qua adeò delectatur Verbũ, vt ea ornetur,non quia in ſummo eam non poſſideat,cum ſit fons puritatis, ſed ut eã creatura poſſideat adeò ſibi complacet, quod hoc pro ornamento ſibi eſt.

Naſcuntur etiã in aqua truncus quidã, veluti flammulæ,qui ſunt Coralli, quibus paruuli;purique infantes ornantur.Sapiẽtiæ Diuinæ guſtus eſt, quo, qui infantes, tironeſque ſunt in via Dei, delectantur, qui verò pueritiam reliquerunt, non amplius in ſapientiæ guſtu detinentur, ſed ſolummodo in eiuſdem Donatore: Clareſcit, & obſcuratur Corallum, iuxtà Geſtantis ſanitatem; ita ſapientia ſecundum quod accipitur,colorata redditur,vel obſcura.Alius enim,vt Deo vniatur, illa vtitur,alius,vt ab eo ſeparetur.Ex quo creaturæ infirmitas, uel ſanitas cognoſci poteſt. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. *Rom. 8.* Alij quaſdã in ſeipſis generant gemmas,ſed multo minoris valoris, quibus qui certam præteriere ætatem, ornãtur, eſtque beneuolus affectus, quem de mundi, ſuique ipſius contemptu habet creatura.Alij etiam lapides obſcuri generantur in aqua,quibus ille ornatur, qui dolet.Alius eſt lapis minoris valoris, ſed obſcurior generatur,& hic eſt beneuolus pænitentiæ effectus,& hæc eſt mortificatio in ſe exercita, exeploque proximis tradita.

3 In paruo hoc mundo, beneuolum Verbum,fertiles etiã quærit plantas, quæ

ſunt memoria ſapiens animæ præſtit... Quarum plantarum aliquæ delectabiles ſunt, aliquæ fructuoſę, vtiles aliquæ, quædam noxiæ, quædam ſalutiferæ, infirmitates ſanãtes. Tuorum beneficiorum memoria, ò Verbum, ornat, magnamque animæ delectationem affert. Memoria sãguinis fructuoſa eſt. Memoria bonorum cęleſtium vtilis, & defenſiua. Qualibet enim tribulatione, pæna, anguſtia, tentatione, vel impatientia adueniente, cum anima, bona cęleſtia his paſſionibus præparata cogitauerit, omnia leuiter, fęliciterque pertranſibit, imo pęnam pro gloria amplexabitur. Ac ità in ea, quod veritas dixit, adimplebitur, ideſt, quod *iu-*
Mat. 11. *gum eius erat ſuaue, & onus leue*. Facultatum, diuitiarumque hominibus præſtitarum, necnon aliorum bonorum tranſeuntium memoria, noxia eſt, & offenſiua; poteſt nihilominus veluti per inſitum, vel, vt aliquæ plantæ, iterum in alio ſolo plãtatæ, cum noxiæ eſſent, vtiles, & proficuę, guſtuiq; ſuaues reddũtur; poteſt inquam ita memoria hæc etiam vtilis reddi, tranſplantata, ut ita dicam, in valle cognitionis ſuipſius: in hac enim, quàm vile, caducum, ac fragile ſit, quod nos extollere facit, agnoſcitur; & ſi generoſo quodam cõtemptu mundum totum reliquiſſet, nihil reliquiſſe, ſed magnum onus, ſarcinamque depoſuiſſe, arbitraretur.

4 Æternitatis memoria ſanatiua eſt: in ea enim vel gloriæ, vel pænæ cognoſcitur æternitas, vel ſi amore, vel timore ad eam deſiderandam, vel fugiendam compellitur.

5 Creat inſuper Magnus hic Deus noſter in paruo hoc creaturæ mundo fructuoſas, altas, frondoſaſque arbores: hæ autem ſunt capaciſſimus hominis intellectus, qui altitudine ſua, & Diuinæ eſſentiæ viſione, lumine tamen gloriæ adiutus, capax eſt. Aliquæ arbores fructuoſæ ſunt, aliquæ nutritiuæ, aliquæ delectantes, & pro vmbra deſeruiũt; aliquæ, quas, vt nõ defloreſcant, oportet: ſecus fructus amitterent; in aliquibus diù fructus rerelinquere, priuſquam colligantur, neceſſe eſt, ut matureſcant. Conſideratio amoris, quo Verbum carnem aſſumpſit, eſt arbor fructum dans valdè nutritiuum. Conſideratio magnitudinis Sanctiſſimorum Sacramentorum fructum etiam præſtat nutritiuum; defloreſcere autem non debet: ſi enim flores caderent, haud perficerentur. Vndè Sacramentorum originem conſiderare non oportet; detrimento enim eſſe poſſet, & curioſis animabus errorem aliquem, & in fide deceptionem inducere; magnum ſiquidem eſt, totum Deum ſub parua panis ſpecie abſconditum conſiderare, ſufficit tamẽ ſcire, quod ipſe dixit, & facere poteſt. Et ſimiliter quod aquæ modicum, paradiſum aperiat, magnum, profundumque myſterium eſt; ideò non eſt intellectu inueſtigandum, quomodo hoc effici poſſit; ſed conſiderata horum Sacramentorum magnitudine, profunda obſeruantia, humilitateque ſuſcipere, eo amore, ſimplicitate, ac puritate, qua ordinata fuere. Diuinæ diſpoſitiones in rebus omnibus conſideratio, fructus eſt, quantumlibet in arbore relinquendus: quo enim in hac conſideratione progredimur, eò magis Magni Dei ordinem penetramus, magiſque cognoſcimus, eum, nihil abſque magna ordinatione, & ſapientia efficere. Cõſideratio capacitatis Diuinæ, & communicationis magnitudinis, & bonitatis ſuæ, quam Deus animæ tribuit, fructus eſt cæteris non minus vtilis: ſumentis enim accendit magnopere, & inflãmat affectum.

6 Nec æterna Sapientia ceſſat, in paruo hoc mũdo ea creare, quæ animæ vtilia eſſe poſſunt, alia ad inſtructionem, alia ad delectationem, alia ad vſum. Alias producit creaturas; eſſe, vegetare, & ſentire habentes; & hæc ſunt animalia terræ, inter quæ aliqua ſunt vtilia, aliqua defẽſiua, offenſiua aliqua, quæ propter peccatum hominis noxia effecta ſunt; & hæc in anima ſunt variæ motiones, quas temperare oportet, & cogitationes, & affectus, & opera, omniaque ad Deum dirigere, & ad honorem, & obſequium illius efficere, quemadmodum animalia ad hominis vtilitatem ſunt. Concupiſcibilis eſt homini maximæ vtilitati: illa enim concupiſcit, & deſiderijs paſcitur, animæque maximas meritorum diuitias affert, dicẽte Verbo, eſſe bona volũtate contentum, cum opus impeditur. Eſt etiam in paruo

hoc

hoc mundo iraſcibilis, quæ omnia temperat, cunctaque reſtringit deſideria, & ad Dei obſequium reducit. Sunt etiam montes, & colles. Prudentia mons altus eſt, vndè qui in montibus commoratur robuſtius conſeruat corpus: ibi enim aer purior, videt, præuidetque agenda, ſeque prouidet; fructuſque rariores ſunt. Similiter prudentia animam, & corpus maiori virtutis vigore conſeruat, eo non peruenientibus tot nubibus, & ſic denſa paſſionum caligine, intellectum deprauãtibus; ibi inſuper ſe prouidet, quia in cũctis ſuis operibus Deum honorat, videt, præuidetque: magna namque fortitudine ad omnes ſe præparat tentationes. Fructus eius rariores.

7 At, qui nam ſunt prouidentiæ fructus, niſi opera, quæ ipſe producit? quæ ab hac virtute procedentia, quamuis rara, maioris vigoris, & vtilitatis nihilominus ſunt, vndè potior eſt actus vnus à prudentia elicitus, pluribus alijs ab imprudẽtia, & leuitate peractis. Siquidem prudentia priuſquam operetur, omnia benè conſiderat, ponderatque: & quãuis pauciora ſint illius opera, gratioſa tamen ſunt Deo, & creaturis: extimabiliores enim, & acceptiores Deo ſunt vnus, vel duo actus prudentia, & cõſideratione patrati, decem caſu, & abſque prudentia effecti. Eſt etiam iucunda temperantiæ vallis, quæ, vel quod intellectus ſuperbè intelligere vult, aut appetitus inordinatè requirit, retrahit. Quæque nec mons eſt, neque integrè vallis, ſed planities ſupra montem. Sophiſticam in primis eorum prudẽtiam retrahit, qui volunt Dei opera inueſtigare.

8 Quæ nos ipſi agimus, benè conſideranda ſunt, & ſumma prudentia facienda, ſed quæ Deus facit, ut faciamus, nec conſideranda à nobis, nec ponderanda ſunt, ſed ab ipſo mouenda, & iudicanda, nil prorſus de illis cogitando, nec Diuinam inueſtigando voluntatem. Retrahit etiam temperantia eorum leuitatem, qui in ipſorum operibus abſque prudentia incedunt, continetque ſimul virtutes omnes. Theriacam ſuauem deindè componendo; eaſque ita firmat, ſtabilitque in anima, ut nõ valeat illam quilibet flatus amouere, nec ad terram deijcere. Moderatur etiam temperantia, abducit à cunctis affectibus, inordinatiſque appetentijs, agitque, vt non decipiamur cortice neceſſitatis induti. Pura enim neceſſitas tam exiguo indiget, ut eſſe vix dici poſſit, & quaſi nihilum ſit. Gratia verò Diuina adiuuans agit, vt amplius, quàm quis exiſtimaret, faciamus, ac patiamur. *Non ego, ſed gratia Dei mecum*. Qui verò cęleſti lumine caret, neque in hac valle moratur, facilè decipitur; quemadmodũ decipiuntur, qui animæ gratia Diuina firmatæ, & erectæ, vires, eorum humana prudentia metiuntur, vndè omne quod eis exceſſum videtur, vitioſum erit, & indiſcretio: ſed authorem in opere recognoſcere debent, Diuinæque bonitati gratias agere, quod largius alijs, quam ſibi ipſis ſe communicet, & ſimiliter propriã inſpicere tepiditatem, & negligentiam. *1. Cor. 15.*

CAPVT XXXI.

Myſticam volatilium animaliũ creationem proſequitur.

1 NEc vſque adeo, Magnus hic Artifex Deus noſter hoc contentus eſt; finem operi vult imponere, cum ſit ipſe operum omnium cõplementum: ideoque in paruo hoc creaturæ mundo alia creat animalia volatilia, delectabilia, & & iucunda: & ſunt quieſcentium, & potentium, nè dicam otioſorum exercitia, quæ tanquam aues variæ ſupra hominem volantes, hòmini ſunt vtilitati. Hæ verò tres Theologicę virtutes ſunt, Fides, Spes Charitas, & quatuor cardinales, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, & Prudentia. Variç ſũt, quia magna eſt varietas auium. Fides pro communibus, omnibuſque notis columbis accipitur, quæ in proprijs domibus habitantes, iiſdem cibis veſcũtur, qui ab iiſdem habitatoribus dantur: & ut proficuæ ſint columbæ, ut domeſticæ ſint, oportet. Ita in anima conuenit eſſe fidem, aio intrinſecam eſſe oportere: quo enim in animæ interiori magis penetrat, tanto maior eſt fides: nec ut à longè veniat, ſicut cæteræ virtutes oportet, ſed

vt ra-

vt radicetur in corde. Columbæ cantus eſt gemitus,gemendo enim cãtat, & cantãdo gemit: Ita anima gemens, adeò exiguam in creaturis fidem aſpiciendo,cantat,magnitudinem, bonitatemq; Dei cognoſcendo. Gemitque ſimul, & cantat;& gemit, quomodo amari, & cognoſci ab omnibus creaturis deberet, contemplando. De illius magnitudine gaudet, & de humana ingratitudine, quæ eum non cognoſcit, nec diligit,dolet.

2 Nec altius volet anima, vt paſcatur, ſed ſeminibus in terra fixis: nõ altius volitare oportet,Dei inueſtigando altitudinem, dico, principium eius,quæ eſt æternitas; eſſe, qui eſt actus puriſſimus, & independeus; vnitatem quam in ſeipſo habet, & communicationem, quam Pater æqualitate perfectiſſima facit duabus alijs Diuinis perſonis, quæ tamen ſimpliciſſima naturæ, & eſſentiæ identitate, realiter in proprietatibus à perſona Patris, & in ſeipſis diſtinguuntur. Non intelligere fatagat inexcrutabilis, infinitæ, profundæque Sapientiæ ſuæ immenſitatem; ſi enim hoc conſideraret, ſtatim deficeret;ſed pro illius cibo Verbum humanatum in terra puri Mariæ ventris radicatum, petat; credat verbis,ſeque cõformet Verbi humanati operibus; quæ ſemina ſunt in terra radicata, quibus ſecurè anima veſci poteſt. Quamuis tantiſper interdum, volare, & ad has erigi conſiderationes poſſit, vt reuereatur, & Diuinam adoret magnitudinẽ;de ea ſibi complaceat, ſed deorſum ad cibum ſumendũ redeat:quod ſi nimium ſe eleuari conſpexerit, ſeipſam comprimat, & in conſideratione ſuæ humilitatis, tantæ magnitudini oppoſitæ,dicat. *Bonum mihi Domine, quia humiliaſti me.* *Pſa.118.*

3 Sunt etiam plurimæ, variæ, paruæque aues delectabiles, aliqualiſque vtilitatis, veluti Cardueles, & aliæ: & hæ in anima ſunt Spei virtus, qua multa ſperari poſſunt, non tamen in ea, ſicut in fide, & charitate, neceſſe eſt ſæpius exerceri; quãuis vtilis, & proficua ſit quoad exercendi modum. Licet enim creatura ſine hac in anima infuſa, & radicata ſaluari minimè poſſit, ac ità aliquando etiam actum aliquem elicere,vel ad remiſſionẽ impetrandam, vel ad vltimum finẽ ſuum cognoſcendum tencatur, & conſideratio beatitudinis, quod eſt præcipuum ſpei obiectum,magnoperè ad operandũ confortat, cum ſine illo malè mundi huius,& mortificationis propter Dei amorem labores, & opera ferrentur, & ſine hac ſpe, miſerabiliores eſſemus omnibus hominibus; duas alias nihilominus neceſſe eſt frequentius exercere. Fidei enim obiecta præ oculis iugiter in Sanctiſsimo Altaris Sacramento, & in alijs à fide propoſitis, habemus, & charitas in omni bono opere exercetur. Spes verò animam præcipuè delectat, relaxatque, ut in ſuis laboribus confortetur. Præterquamquod maximam vim ad multa à Deo impetranda, & ſingulariter audaciam,& vires in laboribus noſtris,habeat: iterum autem dico, exercitium eius non eſſe ità neceſſarium, ſicuti aliarum illarum duarum, quæ, ut ita dicam,magis vnitæ,& intrinſecæ Deo ſunt, ſine quibus, haud quaſi poteſt anima operari,& ad Dei ſui fruitionem peruenire. O quam delectationem Spes hæc animæ affert, ſperare faciens id, quod eſt in patria perfruendum, & ex parte deguſtat, quod in Cęlo æternè eſt fruitura, intellectura, & poſſeſſura, quod eſt Deus, cui perfectè vnitur.

4 Eſt etiam rara,& adeò volans Aquila:& hæc in anima Charitas eſt, quæ rara non eſt, quia Deus in ea communicanda parcus ſit, ſed quia à paucis æſtimatur,& in anima retinetur, ideoque à paucis poſſidetur. Aquila in altum volat, et natura ſua fructuum corticem nõ ſumit, ſed medullam, & ſingulariter Cedri. Charitas tàm magna eſt, quam Deus ipſe, quia ipſe eſt Charitas, *Deus charitas eſt.* Ita fertur *Ioan.4.* in altum,ut Thronum Sanctiſsimæ Trinitatis adeat, ibique in ſinu æterni Patris ingreditur,& à Patris ſinu ad Verbi latus, & à latere ad cor accedit, ibique requieſcit, ſuumque accipit nutrimentum. Ita anima in ſe charitatem habens, in Deo ſolummodo nutriri, in eoque quieſcere cupit, in eo paſcitur, & poſt quietem iterum volat, & deorſum in terra deſcendit; quia charitas etiam ad proximos dilectione extenditur,illos non modò,ut creaturas, ſed etiam ut à Deo ad ſui imaginem,

nem,& ſimilitudinem creatos, diligendo. In corporis amore, tanquam in cortice, minimè ſiſtit,ſed intrinſecus in anima fertur;pænam non reſpicit, ſed pænæ cauſã, quæ eſt offenſa, nec offenſam in ſe, ſed offenſum.Gloriam non intendit,ſed dantem,non in donis ſiſtit, ſed in Donatore; Non in carne Verbi,ſed in anima; non plurima,quæ patitur Verbũ, ſed in amore,quo patitur: & tandem in humanato Verbo non ſiſtit,ſed,ab eo eleuata,in Diuino ab æterno Genito à Patre, & ita in Diuinitate ingreditur,& ab illa,tanquam à Cedri medulla, ſuum elicit nutrimentum.

5 Alia in hoc mundo euolat auis,quę in aliquibus quieſcit arboribus, ibique nidum faciẽs,delectabiles ſuos,iucundoſque generat filios ſibi ſimiles, ſanguine ſuo eos in pectore nutriendo. Et hic eſt Pellicanus,ſumptus in anima pro iuſtitia, quæ in virtutibus alijs, puta charitate, Humilitate, Patientia.Amore, & in multis alijs requieſcit, & rectitudinem generat: & quamuis iuſtitia ſit, miſericordiam non recuſat. Sui pectoris ſanguine genitos poſtea nutrit, & hoc aliud non eſt, quam Verbi humanitas, quæ verbis ſuis,operibus,& exemplis nutrit,magis autem pretioſi ſanguinis ſui effuſione. Tribuit Iuſtitia vnicuique quod ſuum eſt;Deo,animæ,corpori, & Proximis. Deo tribuit, quod eſt ſuum, ideſt amorem,cultum,& reuerentiam, & quod ipſe maximè cupit, animam propter ipsũ creatam. Tribuit animæ quod ſuum eſt, cum autem anima nihil aliud,quam ſeipſam habeat: imò nec ſeipſam, cum Dei ſit,ad nihilum habendum,quod ſuum ſit, reducit.Inſeipſa tamen magis pretioſũ, & rarum reperiendo,quod eſt Deus ſuus, qui amore ſe ei dedit, Deumque in ſe inueniendo, qui verè ſuus eſt, ſibique ipſi Deum ſuum reddens,ſibi ipſi quod ſuum eſt,tribuit: nihil enim præter Deum habet anima,quod ſuum dici poſſit.Corpus nihil aliud, quam terram,habet, eum in alto,vel profundo ſuſtinentem,& per medium huius mouetur, vnde illud eleuat, deprimitque; & anima ad huius ſimilitudinem,propriam habens cognitionem, parua, magnaque humilitate deicitur, & eleuatur. Tribuit etiam proximo quod ſuum eſt: & quid habet proximus, quod verè ſuum ſit? Verbum incarnatum,quod verè pro eo natum eſt,eique datum. *Nobis datus, nobis natus*, Idcirco anima,quę hanc habet iuſtitiam, proximo Incarnatũ tribuit Verbum,exemplo,verbis, & opere eum in aliorum cordibus inſerendo.

6 Alia in hoc paruo mũdo volat auis, vocata Turtur,quę Fortitudo eſt;hoc animal, ſocio amiſſo,gemit; ita anima in ſe hanc habens fortitudinem, gemit,fragilitatem,in qua ſe eſſe videt, licèt per fortitudinem roboretur. Fragilitatem ſuorũ etiam proximorum deplorat, ſuoque ſocio amiſſo, ideſt Diuino guſtu per ſubtractionem perceptionis gratiæ; alium recuſat, qualibet tribulatione, vel tentatione adueniente; in ſua nihilominus fortitudine,ac ſtabilitate,qui Deus eſt, permanet, quamuis eum non guſtet.

7 Creat inſuper Accipitrem,non quia auis hæc bona ſit,ſed quia pulchra, eamque manibus teneri delectationẽ affert: & hæc Diſcretio eſt, quæ propriè nõ virtus,ſed virtutum omnium regula eſt, qua deficiente,virtutes deficerent, Cum hæc theriaca ſit,regulam,& perfectionẽ virtutum omniũ continens. Accipiter omnes ad ſe attrahit aues,iiſdem paſcitur, videri tamen nollet;ita in anima diſcretio.Etenim veluti Temperantiæ mater, eã mirabiliter aptam reddit ad attrahendã à Deo ſapientiam,qua, quid ſibi faciendum ſit, ad placendum Deo,percipit. Aufertque à ſe totum,quod videt ſapientiam poſſe impedire, id quod in ſeipſa imitari, & retrahere debeat,cognoſcendo.A proximis ſuis virtutes attrahit, cum creaturæ, Dei imagines ſint, Quo circa ſi Dei voluntatem vult exequi, in proximos reſpicere oportet, in quibus virtutum varietatẽ intuetur,eaſque attrahit, & pro ſuo profectu,& vtilitate, vt Deo placeat, aſſumit, imitando.Ab his etiam proximis edoceri poteſt,vt quod Deo diſplicet, recognoſcat. A rebus etiam tranſeuntibus, fragilitatis earum cognitionem, nè iiſdem ligetur, attrahit; apprehenditque gratitudinem, gratas illas aſpiciens Creatori. Attrahit à dæmone, & quid? Quam ipſe nunquam agnouit, dico, Humilitatem,

cum

Digitized by Google

cum propter ſuperbiam à ſe Deus expulerit. Vndè propter hoc anima cognoſcēs ſuperbiam Deo eſſe odibilem, humilitatem diſcit, exercetque. Debet etiam diſcretio in manibus teneri, virtutes omnes iugiter præ oculis habendo, ac ponderādo, ut exerceatur in illis.

8 Surgunt inſuper aliæ quędam Aues, quorum ſubſtantia nutritiua eſt; nec facilè capiuntur: hæ verò ſunt aues æxternæ, & ſapientem ſignificant prudentiam. Ad hanc autem capiendam, locum, in quo habitat deſignare oportet, die in luce, in noctis tenebris peculiari lumine capere. Hæc prudentia Dei eſt, & in Deo, & à paucis intellecta, vel habita, cum eam plerique quadam perquirant aſtutia, quę videtur prudentia, volentes propria Sapientia, Diuina inueſtigare: verè tempus, & quod facere debent, amittunt; hi verò nunquam eam capient. Qui autem verè vult eam apprehendere, Diuinum adeat Verbum, in quo hæc prudentia habitat, & cuius luce inueniet: cum autem à nobis, tanquam mortalibus creaturis apprehēdi non poſſit, Verbum humanatum oportet adire, & peculiari charitatis lumine capiemus; quæ licet omnibus lumen ſit, geſtari tamen apud ſe, maiori lumini eſt.

Quemadmodū lucerna, maius lumen, eam in manibus geſtanti; quàm alijs lōgè ſtantibus, præſtat. Huius auiculæ caro valdè delicata, & licet ea omnes paſcantur, magis tamen apud nobiles in vſu eſt. Ad peculiare ingrediens, dico, quoſdam virtute præditos hac prudentia paſci, ità; ſed nobiliores, puta Sacerdotes, in terra multum hac virtute indigent, conſilia dādo, abſoluendo, documenta præbendo, ſed non minus Virginibus neceſſaria eſt; ſumma enim prudentia acceptare conſilia debent, & admonitiones, magnaque mentis integritate perpendere, quæ ſunt executioni mandanda, ad maiorem perfectionem ambulando. Debēt inſuper intrinſecum cōſiderare motiuum, ſi à Deo, vel à dæmone eſt; & à Deo eſſe cognoſcentes, diligenter ſequi, nec in aliquo ab eo diſcedere; ſi vero à dæmone, fugere debent, & vitare.

CAPVT XXXII.

Triplicem hominis ſtatum, veteriſq; Teſtamenti figuras ſubnectit.

1 *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona, & benedixit eis.* Gen. 1. Video Deum creātem hominem, Deum video hominem iterum creantem, omniaque ſimiliter in hoc homine, qui paruus eſt mundus, facere, in eo ad gratiam recreando, quæ, in creando mundo, iam fecit. Eundē tenet ordinem Deus in hoc paruo mundo ad gratiam, ut ita dicam, recreando, quem tenuit in eo ad naturam recreando, & ad gratiam in principio illum conducendo. Tria fuerunt in mundo tempora; tempus Naturæ, tempus Legis, & tempus Gratiæ, & totum hoc in paruo hoc mundo facit in hac recreatione per gratiam. Primo, Naturæ tempore, Deus creauit in ſumma innocentia hominem, in qua non diù ſtetit; peccando enim, naturam quodammodo corrupit. Adueniēte poſtea propter commiſſa peccatā diluuio, iuſſit Deus Noë, vt Arcam faceret, in qua *octo animæ ſaluæ factæ ſunt*, clauſaque etiam fuere animalia munda, & immunda; de *mundis ſeptena, & ſeptena, de immundis duo, & duo.* Gen. 7. Adueniit poſtea diluuium; & omnia creata a ſuperficie terræ conſumpſit: Noe in Arca remanente: emittit indè *foras columbam*, quæ ramo *oliuæ in ore*, regreditur in ſignum aquarum. Et hoc preſtat in anima.

2 Secundo, tempore Legis venit in montem Moyſes, in quo legem in tabulis lapideis ſcriptam recepit, quam cum dare: Deus, fulgura immittit, tremere facit montem, Moyſis facies ſplendore cōpletur, itaut velata facie debeat loqui populo, dicenti, vt ipſe, & nō Deus loquatur, nè fortè moriantur: & totum hoc in anima preſtat. Mitto Rubum à Moyſe viſum ardentem, & non conſumentem; vtpotè non neceſſarium modo. Remanet Hebræus populus in Egypto captiuus. Iubet Deus Moyſi, vt adeat Pharaonem, dicatque, ut populum ſuum abire ſinat,

ſecus

ſecus puniet ipſum. Sed hoc prætéribo, dicamque, cum Deus populum ſuum à Pharaonis ſeruitute eripuit, & cum dicit, vt vaſa, lapideſque pretioſos ab Egipto accipiat, mare rubrum tranſire faciens, ſed Pharaonẽ cum omnibus ſequacibus ſuis ſummergit. Conducit poſtea populũ per deſertum,in quo ille,cibo deficiente, murmurat, vndè Deus ſuauiſſimum mannæ cibum emittit. Denuo propter ſitim murmurat populus, percutit Moyſes virga lapidem, largiſſimas faciens effluere aquas,quibus non ſolum ſatiatus eſt populus,ſed eam cunćta illorum animalia.

...m. 21. Terram promiſſionis petunt,ſed priuſquã ad illã perueniãt,fructus illius, ideſt duos illos *botros* aſpiciunt. Propter gulam, & murmurationem à ſerpentibus mordentur,& in medicinam pænæ, exaltat etiam Moyſes in deſerto ſerpentẽ.Sed hæc miſſa faciamus. Moritur poſtea Moyſes, & duo ſolummodo terram promiſſionis ingrediuntur. Antè Moyſem fuit etiam Abraam, quem Deus miro, & ſupremo modo probauit,dicens, vt filiũ ſuum val-

Gen. 22. dè dilectum Iſaac ſacrificaret:& totũ hoc facit in anima. Fuit poſtea magnus Pa-

Gen. 32. triarcha Iacob, qui *Cum Angelo luctatus eſt*,ſpecioſamque,*vidit ſcalam, cuius ſummitas pertingebat Cœlum, per quam Angeli aſcendebant,& deſcendebant*. Vis autem,vt hæc omnia relinquam,ò Verbum? Voluiſti enim, vt potius in Eccleſiæ figura illi oſtenderentur,quam quod Iacob ea operatus eſſet: & vis, vt ſolum in hoc paruo animæ orbe ea omnia,quæ tu Deus meus per teipsũ, & quod etiam ſeruis tuis mediantibus,operatus es,inſpiciam. Adueniunt poſtea Prophetæ Sancti, qui prophetijs ipſorũ,Verbum annunciabant:& orationibus prouocabant,vt veniret; indè figuris quid faciendum ſit oſtendunt. Et tantum facis in anima.Elias Propheta poſt diuturnam ſiccitatem moratur in monte,videtque nubeculam illam è mari aſcendentem Cœlum petere,magnamque emittere pluuiam; ſed vis vt totum hoc cum omnibus alijs Prophetijs relinquã: Nunc enim ad animæ rem non ſunt.

3 Tempore poſtea gratiæ Deus mittit te Verbum, & Tu cunctas tuas operationes peragis:tantum in paruæ animæ orbe exequens. Mitto duodecim illas columnas,quas mundo dediſti. Veniet tandem Antichriſtus,& ipſe etiam intrabit in animam.Redibis, O Verbum,cum tua poteſtate ad iudicandum, & ad gloriam dandam, & pænam: & hòc in anima facies, quia gloriam ei dabis,& pænam.

CAPVT XXXIII.

Quæ in mundi propagatione, nec non, & Chriſti opere figurata ſunt, ad animæ perfectio nẽ myſtycè,& moraliter applicat.

1 EVndem tenes ordinem, ò Æternũ Verbum, in recreanda creatura ad Gratiam, conducendaque anima ad peculiarem perfectionem,quem in mundo creando tenuiſti. Ego verò hoc non percipio,nec capio: quapropter oportet, vt influxum tui ſanguinis mittas, qui me capacem reddat.O Verbum,poteſt anima ad tantam perfectionem peruenire, ad quantam uocas, & vt perueniat vocas? poterit etiam.

2 Creando hominem, prius innocentiam tribuis,in qua aliquantum temporis ſtetit: conſortem etiam tribuis, vt multiplicaret. Præceptum deindè imponis, vt de arbore vetito minime comedant. Totum hoc in anima præſtat Verbum. loco enim Innocentiæ,ſuam, per participationem,dat puritatem, & in ſinceritate profectum.Dat ſapientiæ, liberique arbitrij conſortem, vt ſapientia, id cognoſcere,& eligere poſſit,quod, vt ad perfectionem perueniat,operari debet:& arbitrij libertate mereri, &,aliquantulum laborando in opere,quod iam ſapientia elegit,meritum inueniret.Cum abſque arbitrij libertate opus ſuum totum Dei opus eſſet, & conſequenter nihil mereretur. Sed liberũ hoc arbitrium anima aliquando habere nollet,cum ſæpe cauſa ſit, vt ſeparetur à Deo.Vult etiam,vt in bonis operibus, & in adducendis pluribus Deo animabus, multiplicet. Præceptum deinde iniungit, vultque totaliter obeſeruari, & ſi non

 ob-

obſeruabit,pænam proponit incurrendã. Præceptum eſt, vt non curioſe Diuinum illius Eſſe inueſtiget; magis ei placuerit, vt intelligat,ſed in viridario ſuæ humanitatis permaneat,ſi enim eſſe illius æternũ, & innuitum inueſtigaret, deficeret;cum a creata capi non valeat creatura.Permãſit Adam aliquantulum temporis in innocentiæ ſtatu,quem poſtea amiſit. Innocẽtiæ amiſſio in anima, eſt quædam deuiatio,quam aliquando, ab illa intentionis puritate à Deo infuſa,habet, & magnum donum hoc puritatis nec cognoſcere, nec cuſtodire. Venit indè Serpens, & reddit eum inobedientem: & anima ſua illa ſapientia diſcutit,quinam error eſſe poterit cum peccauerit,quodnam peccatum per perpetrauerit, propter quod Deus ab ea nonihil ſit elongaturus, doletque ex hac parte, quod Deus arbitrij dederit libertatem, qua mediante inobedientiã commiſit,propriam potius, quam Diuinã voluntatem faciendo. Vndè neceſſe erit, vt
Gen. 3. Verbum dicat. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; ideſt oportet, vt neceſſarium illud pati oſtendas,quo culpæ delectationi ſatisfacias,& opus erit, vt Verbum ei dicat.*Vbi es?* ! non in teipſa,quia à tua rectitudine egreſſa es, non in me quia me offendiſti, igitur in aliquo ſeipſa viliori eſt; quod vel creatura cui affectu ſeipsã alligat,vel ſuipſius affectus eſt,quo in beſtiarum cadit deiectionem, cui natura ſimilis,& gratia multo magis, expreſſa,& viua Dei imago,extiterat.

3 Multiplicatis indè populis ſuper terram,peccata magnopere multiplicata ſunt,& iniquitates; ita vt Deus ad mittendum diluuium ſuper terram cogeretur.
Gen. 6. Elegit Noe,cui dixit,vt faceret *Arcam*, *vt ſaluetur vniuerſum ſemen in ea*. Mitto cunctas Arcę conditiones:pro nunc enim ad animæ rem non ſunt.

Perſeuerante aliquantum anima miſera in illius ſinceritatis,& puritatis,quam Deus ab initio dederat, deuiatione, eo quod non abierit poſt intrinſecum illum Dei ictum,quo magna facere, ac properanter ad perfectionem tendere poterat, quemadmodum minime illum ſequi,magno eſt perfectioni impedimento; Verbũ mittit diluuium,eò quod in animam ſuipſius abreuunciationem, quam ab illa requirit, non inueniat. Quis autem eſt Noè in paruo hoc orbe, niſi voluntas, quæ ſolum illuminata remanſit, cæteris potentijs,& affectibus nonihil obtenebratis? & quemadmodum Noe non erat totaliter abſque peccato, iuſtior nihilominus erat omnibus, qui in mundo inuenirentur;ita & voluntas, licèt omnimode perfecta non ſit,nec omnimode maculata ſed,ſolo illius intrinſeci Dei ictus lumine remanſit.Arca quam ædificare debet nihil aliud eſt, quam intrinſeco lumini, & cognitioni à Deo præſtitę,nec non intrinſecis motibus habitis in ſinu Patris, reſpondere. Iuſſit Deus Noe, vt animas in Arca clauderet,& in hac anima octo eſſe debent cognitiones. Cognitio Dei:Suipſius,ideſt ſui non eſſe,à ſe,ſed à Deo totũ; cognitio magnitudinis,ac nobilitatis animæ, cognitio particularium donorum à Deo animabus cõmunicatorũ; Cognitio primæ innocentiæ à Deo datæ; cognitio particularis prouidentiæ,quam de ea habet;cognitio, quod totum quod in ea facit,amoris affectu facit, cognitio puritatis,& maximè intentionis. *Hæ octo animæ* Gen. 6.
debent in hac Arca collocari. O Sacra Arca in cognitionum compendio ædificata.

4 Iuſſit etiam Deus Noe, vt in Arca omnium animalium mundorũ,& immundorum ſpecies,ſeptena,& ſeptena,duo,& duo includeret. In Arca hac cunctæ debent eſſe virtutes,puta Charitas, humilitas,obedientia,cętereque:& quemadmodum cuiuſque ſpeciei animalia munda ſeptena, & ſeptena eſſe debuerant, ita & hæ virtutes eſſe debent,ſupra ſeptem Spiritus Sancti dona fundatæ,plures virtutes ſupra quodlibet donum,ſecundum quod ei communicare placuerit. Animaliũ immundorum copia, mundorum minor eſſe debuerat:Anima enim minus virtutibus, in actionibus exterioribus exercendis,indiget, quam quibus in interiori debeat exercere. Miſit indè diluuium. Miſit etiã Incarnatum Verbum in hoc paruo mundo diluuium,& quodnam eſt diluuiũ hoc? Superabundantem gratiam,ſanguiniſque ſui effuſionem, in qua deſideria omnia, affectus,animæ intentiones,quæ extra vo-

lun-

untatem ſuam ſunt, ſubmergere facit. Emittit Noe extra Arcam columbam, ut videret, ſi iam ceſſaſſent aquæ. Et anima emittit columbam, quæ eſt, nihil à ſe velle, ſed totum, quod Deus vult, ad videndum, ſi gratiæ ſuperabundans influentia finem fecerit. Vndè influentiam hanc terminatam inueniens, ſuper miſericordiã, quam Deus creaturis exhibuit, licet eum offenderint, quieſcit. Reuertitur indè columba hæc, in ore oliuæ ramuſculum deferens; iugi videlicet confeſſione Diuinæ puritatis; quam gratijs in anima altè imprimere concupiſcit. Cōcedit indè Noe, ut ex Arca egrediatur. Tantum in anima præſtat Verbum, facultatem ei tribuendo, ut ex illarum cognitionū Arca egrediatur, ſeque per totum mundum extendat, multiplicetque. Vndè poſtmodum ipſa omni ſecuritate incedit.

5 Accedit Deus ad probationem cum Abraham, & Verbū incatnatū cum anima. Dicit Abrahæ Deus, vt filium ſuum, (quod, eſt ipſi propinquius, & quod habeat carius) ſacrificet. Totum hoc agit Verbum animæ, quam per gratiam ad peculiarem perfectionem elegit, ut propriū filium ſuum ſacrificet, dicit, ideſt, quod habet carius, & intimius. Quid autem eſt, quod carius habeat anima, quam Verbū, dulcemq; Verbi perceptionem? vult ergò, ut ipſummet ſacrifices, & ſupra montem contemplationis Diuinitatis, vnitatis cum humanitate, vbi eadem anima in illius contemplationis altitudine conſenſit linquere Verbi guſtum, ut in ſeipſa, & in ſui cordis altare, ut ita dicam, ſacrificatum, æterno offerat Patri. Vndè videns Pater hanc animæ relaxationem, ferre nō poteſt, ut ipſa abſque dulciſſimi Verbi ſui guſtu, & conſequenter ſuipſius, videatur. Hac de cauſa mittit Angelum, qui eſt ſuperna inſpiratio, qua mediante eam admonet, vt filium ſuum, ideſt Verbum, nō ſacrificet, ſed victimam ſumat, ideſt ſeipſam, cultro mortificationis veluti exanimatam, in igne tribulationis purgatam, ſed non iam à ſenſibili Verbi præſentia derelictam; & hanc Deo ſacrificet.

6 Quod interim occurrit, relicto; Hebræum populum captiuum in Egypto ſub crudeli ſeruitutePharaonis inuenire cura; bimus, & ita capti remaneant ſenſus ſeruilis timoris: & quemadmodum Hebræi ex Egypto egredientes, ſecū vaſa, & pretioſos lapides deferebant, ita & hi animi ſenſus, è ſeruili illo timore egredientes, vaſa, ac lapides ſumunt pretioſos, ideſt timoris fructus, & theſauros. Pertranſit mare Rubum Hebræus populus; & animæ ſenſus amoris mare pertrãſeunt. Trãſire poſtea volunt animæ inimici, ideſt paſſiones, ſed in hoc amoris mare ſummerguntur. Ambulat Hebræus populus per Deſertum, vbi propter ciborum defectum murmurat, vndè Deus ſuauiſſimū mannæ cibum immittit: & Verbum animæ eſurienti ſuipſius cibum præbet, ideſt manna abſconditum in Sanctiſſimo Sacramento, in quo omnem volitum reperit guſtum. Si vult potentem, potentiſſimus eſt, *Etenim omnia quæcumque voluit Dominus fecit in Cælo, & in terra*; ſi ſibi ſimilem vult, ideſt debilem, & impotentē; ecce: quinq; enim verbis à Sacerdotibus ſuis in terra trahitur. Si immortalem vult, & æternum; hic eſt, neque principium habens, neque finem. Si temporalem; hic eſt caro, quam pro nobis in tempore aſſumpſit. Hic ſi ipſa abſconditum, ut altiores Cæli Seraphim, neque agnoſcerent. Si manifeſtum, & publicum; ecce manifeſtum, & publicum: quod enim oculis, ſpecierum ſacramentalium velo, apertum eſt, ſecretum eſt cordi, & abſque velo, internisque affectibus; quod enim fide creditur cognoſcitur, amoriſque calore experitur. Et ſi delectabilem vult, ſub ſpecie panis (quod eſt homini magis commune) abſconditum videt, delectabiliori modo, ideſt in cibum ſe præbentem. Tandem ſi cum ipſo dolere, & triſtari vult, ut Sponſo ſuo in Paſſione aſſimiletur, ecce hic memoriale; videtque panem hunc coctum in igne tormentorum Paſſionis Domini. Pſa. 113.

7 Iterum populus murmurat propter ſitim; Moyſes virga percutit petram, ex qua largiſſimæ fluunt aquæ, quibus non modo populus, ſed etiam eorum animalia ſatiantur. Ambulat ſuis affectibus anima per deſertum ſubtractionis perceptionis gratiæ. O paupercula anima mea, tibi accidet. Hic acutè interni affectus triſtan-

tur propter cruciantem ſitim, quę eſt ma-
ximè ſenſibilis gratiæ ſubtractio, & quod
cæteri in perfectionis via non eo ſtrictio-
ri modo incedunt, quo anima hæc ipſos
conducit. Moyſes autem, ideſt illumina-
tus intellectus percutit petram virga pro-
miſſionum Diuinarum, percutit, inquam,
1. Cor. 10. petram. *Petra autem erat Chriſtus.* Et vir-
ga hac promiſſionum à Chriſto Verbo fa-
ctarum, eiuſdem Chriſti cor percutit, Qui
latus aperit, vndè largiſſimæ gratiarum
aquæ emanant, quibus non modo animę
ſenſus, ſed etiam externi corporis ſatian-
tur. Satij nunc eſtis, ò affectus? Vlterius
iugiter per deſertum Hebræo populo in-
cedente, Deus legem dat Moyſi in dua-
bus tabulis lapideis ſcriptam, in qua cũ-
ctæ operationes internæ, externæque à
populo faciendæ continebantur. Proſe-
quitur Verbum opus ſuum in anima,
dumque per deſertum ſubtractionis ſen-
ſibilis gratiæ incedit, legem in tabulis
ſcriptam ei tribuit, eligitq; Moyſen, ideſt
illuminatum intellectum, ut eam populo
manifeſtet. Tabulæ ſunt animæ cor, in
quo Verbum ſcribit, ideſt imprimit ope-
rationes omnes intrinſecas ab illa faciẽ-
das, & ità eam aſtringit, ut, ſuo ſenſu, ita
ſtrictè, tantaque ſinceritate, ac puritate
cum Deo ambulare, ei impoſſibile videa-
tur. O paupercula, ſi auxiliari poſſem;
quid de te erit? in terram te proſternes,
Deoque te committes. Ita fac, ita fac, ò
ò te beatam.

8 Deus legem Moyſi dando, cum eo
facie ad faciem loquitur; & hoc animæ
ſignificat, nõ debere ſolummodò in Ver-
bi humanitate ſiſtere, paſcendo ſe con-
ſideratione paſsionis, & vitæ illius, ſed
ad contemplationem Diuinitatis conue-
nienti reuerentia, & ſobrietate tranſire;
Pſal. 27. ne de ea dicatur, *Deieciſti eos, dum alleua-*
Rom. 12. *rentur. Noli altum ſapere, ſed timere.* Po-
pulus, qui Dei ſplendorem ferre non po-
terat, ſunt affectus, qui infimis aſſueti, ca-
pere Diuina non valent; Vnde Diuino
apparente ſplendore, cum Deum guſtare
non ſoleant, deficiunt præ timore. Pro-
greditur Hebræus populus, vt ad bene-
dictam promiſsionis terram perueniat,
ſed fructus illius intuetur. Moritur, non
Ioſ. 14. intrat Moyſes, ſed ſolum *Ioſue*, & *Caleb*
ingrediuntur. Progredere igitur anima,
ut ad terram promiſsionis te cõferas. Nõ
modò Verbum te ad Paradiſum adducet,
non, non ad æternam viſionem fruendã;
ſat erit, ſi te ad intrinſecum tabernaculũ,
quod ſit in ore Verbi, conducet: & priuſ-
quam te conducat, illius fructus videbis,
quæ ſunt Verbi voces, & peculiariter, quę
ab ipſo prolatæ ſunt. *Clarifica me tu Pa-* Io. 17.
*ter apud temetipſum claritate, quam habui
priuſquam mundus fieret apud te.* Ad quam
oris habitationem, voluntatem ſolum
& amorem, non intellectum conducit;
moritur enim prius ſicut Moyſes; etenim
anima non tam intelligere, quam velle, &
frui, & gaudere debet, operando quidem,
ſed intellectu ſuo, in hac Verbi actione
operari, minimè intelligendo: Diuinas
illuſtrationes recipiendo, & executioni
mandãdo; quomodo veniat, vel quomo-
do recipiat, ignorando. Surgunt poſteà
Prophetæ Sancti, qui animæ annunciant,
Deum velle opus inceptum perficere. An-
nunciant, & quid annunciant? Animæ,
Verbi aduentum. Verbi vulnera ſunt hi
Prophetæ, in cunctis animabus impreſſa.
Aliquibus in effectu, aliquibus per affe-
ctum, aliquibus amore, intentione ali-
quibus. Varijs figuris adueniunt, & hoc
præſtant vulnera Verbi, figuras varias,
varioſque effectus imprimentia. Et hæc
quinque vulnera, animæ, quinque Pro-
phetæ ſunt; ampliſsima autem lateris eſt
Dauid, qui non modo Verbi incarnatio-
nem, ſed Paſſionem, Reſurrectionem, &
Aſcenſionem prædixit. Idem facit anima
aduentum illius ab hoc latere penetrans,
quæ amoris affectu, ipſum quaſi in corde
ſuo hoſpitari vellet, Verbum in ſe effice-
re vult. Penetrat Paſsionem, quia pœnas
inſpicit tolerandas, Verbique doloribus
ſuos menſurat, & temperat cruciatus. Pe-
netrat indè Reſurrectionem, aio, opera-
tiones illius in conſpectu creaturarum re-
ſurrecturas eſſe.

9 Per Aſcenſionem poſteà intelligit,
operationem ſuam non modo in creatu-
rarum præſentia, ſed etiam coram æter-
no Patre manifeſtandam, qui ab vno ex
Statoribus ſuis faciet eã in Paradiſo enar-
rare.

Alij poſtmodum Prophetæ adueniunt,
Ver-

Verbum in Maria, ſub figura multiplici prophetantes. Maria prophetata, pronũciata, & monſtrata eſt, priuſquam veniat. Et anima quemadmodum Maria proximis manifeſtari debet, exempli claritate, Soli ſimilis, firmitate, ac ſtabilitate; Deo cõuexæ, vnitæque intentionis fixis Syderibus ſimilis; charitatis erga Deum ſuum operatione planetis ſimilis, Lunæq; cum

1. Cor. 9. proximis. *Omnibus omnia factus ſum*, modo cum proficientibus, & perfectis creſcendo, modo cum incipientibus, & imperfectis decreſcendo. Nunc ſolatio ple-

2 Cor. 2. na, *Superabundo gaudio*, propter conſolationem: nunc propter iuſtitiæ eorum cõ-

2. Cor. 11. paſſionem, triſtitia plena. *Quis infirmatur, & ego non infirmor.* Semper tamen in Cęlo propter rectam intentionem fixa, nec ſubiecta tanquam cęleſte corpus, terrenis defectibus, quantum terrena habitatio patitur. Deſiderijs, & cum poteſt, verbis, & exemplis iugiter in omnibus influendo. Talis enim extitit Maria. Pulchra ut Luna, electa ut Sol. Sed væ mihi quanta perfectionis diſtantia? animam hanc, ſicuti Mariam, deſponſas, ò Verbũ, & cuſtodiendam tradis; ſed cui, ò Verbum? conſilio, animæ ſponſo. Et conſilio hoc, quod ex ſeptem Spiritus Sancti donis vnum eſt, in ea puritatem, charitatemque cuſtodis, quoaduſque amoris affectu parturiat Verbum.

Angelum ad annunciandum Mariæ mittit, dexteræ ſuæ donum animæ mittit, quomodo Deus in eam per gratiam vult venire, & anima ſe indignã reputans, re-

Luc. 1. ſpondit. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* Vndè Verbum talem reſpiciens humilitatem, in ea, ſicut in Maria, deſcendit, & in ea puritatem, & charitatem (hæc enim eſt, ut ita dicam, ſui ſpiritus caro, & ſanguis) aſſumit, & ita in ea Verbum aſſumitur, & quieſcit. Venit ad Mariam Verbum ab humilitate tractum, & hoc non modo in ea conſeruat, ſed cum alijs donis, virtutibus accreſcit. Quandoquidem poſtquam ſe Ancillam eſſe dixiſſet. Ancillæ miniſterium in domo Eliſabeth ſumit, ad ſeruiendum properat illa, quæ eſt Mater Domini ſui, & in anima Verbo deſpõſata, æternus Pater, Diuino ſuo Verbo, perſeuerantem, & perfectã præparat humilitatem, quam poſteà operando oſtendit, eò in humilitate creſcendo, quo in ea Verbum commoratur. Carnem, & ſanguinem aſſumit Verbum, ſacrumque illud corpuſculum creſcit in puriſſimo ſinu virginali: & hoc eſt, quod ſibi magnopere in ea puritate, & exercita charitate ſibi complacet. Parit Maria Verbum; parit, & affectu amoris anima, parit inquam, operationem ſuam, & inſtar Mariæ reclinat in Præſepio, cũq; ſancta paupertate manifeſtat, quam pro cara Domina eligit, vt Beatus Frãciſcus, videns quanti eam Sponſus Verbum magni fecerit. *Beati pauperes ſpiritu.* Duo iu- Matt. 5.
menta Verbum calefaciunt, & animæ operatio, non à iumentis, non, ſed ſpeciali gratia à Seraphinorum choro, & Archãgelorum, à Verbo ad eam miſſorum. Qui Seraphim, & Archangeli operationem eius accipiunt, & coram æterno Patre aſferunt, offeruntque, vndè per hanc oblationem talis operatio calefit, itaut frigore negligentiæ, & tepiditatis nõ deficiat.

10 E Cęlo deſcẽdunt Angeli ſpecioſum cantantes Canticum. *Gloria in excelſis Deo.* Propter oblationem operationis animæ æterno Patri factam, mittit deorſum Pater ſuauiſſima gratiæ ſuæ, (quæ Diuinitatis participatio eſt) expreſſione vocem quandam in corde, quæ veluti muſicalis concentus, reſonans, in anima canit; *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis.* Dico quòd operatio tota debet in Dei honorem, & gloriam, earumque creaturarum vtilitatem redundare, quæ ad eam recipiendam diſponentur. Veniunt Paſtores ad viſitandum Verbum. Accedunt etiam Paſtores ad viſitandam animam, & ſunt creaturæ ſimplices, & ignaræ, quæ propter lumen, quod de propria ignorantia habet anima ignorantia ſua, ignorantes ab ignorantia eripit, quam viſitantes, omnes ab ea conſolationem recipiunt.

11 Properant Magi ad Verbum adorandum. Properant etiam tres Magi, dico ad animam properat Sanctiſsima Trinitas, quæ ſecum abundanter ditiſsima dona, cęleſteſque gratias affert. Et quæ dona? dat animæ vires, perfectiſsimè obſeruandi, quod in tribus votis promiſit, ſimi-

ſimiliterque, Si religioſa eſt, trium votorũ meritum; ſi ſecularis, illius, quod tribus animæ potentijs operata eſt; cunctiſque animabus fructum reddit; Potentiæ Patris, in operando ad bonum proximi participatæ, Vnionis Verbi participatæ, & ad ſpiritus ſimilitudinem, nos, proximis, fraterna charitate, vnientis, Benignitatis Spiritus Sancti, participatæ, & alijs pietatis, & miſericordiæ viſceribus communicatæ. Hoc autem magnum donum eſt, quod videlicet Sanctiſſima Trinitas, animam ſuæ vnionis participem reddat, & illa ad hoc donum conformiter operetur.

12 Sed prius ducitur Verbum, vt circumcidatur, nomenq; ei imponitur. Ducit anima operationem ſuam, ut circuncidatur, nomenque imponit; eſtque cum anima tali ſublimitate vnionis eleuatur, ut minui, ac deijci neceſſe ſit, vndè foras ignem charitatis emittit, & imponitur nomen, ideſt, opus hoc ſcriptum eſt in libro vitæ, de quo deleri non poteſt. Ducit Maria Verbum in Templo: fert anima oblationem ſuam, dico, quod operationem ſuam in conſeſſu Sanctiſſimæ Trinitatis offert in mente Patris, in qua Spiritus Sanctus eam accipit, Verbum magnificat, & Pater in ea ſibi cõplacet. In Egyptum Maria cum Verbo fugit: fugit anima, operationem ſuam à creaturarum conſpectu abſcondẽdo, iugique oblatione facit ut Verbum tantam incarnatorum dęmonum infidilitatem exterminet. Agit inde Verbum, ut à Maria quæratur. Quęrit anima, operatione ſua, Diuinam in ſeipſa magnitudinem, & tanquam interno guſtu priuata, non inuenit; poſtmodum vero ad inſtar Mariæ, operatione ſua, Dei magnitudinem inuenit, cum ei amplius non operari videtur, operari nõ percepit, nihilque à ſe operari poſſe cognoſcit, & tamen operatur, ſuntque tres dies illi, in quibus Maria amiſſum filium requiſiuit.

13 In medio Doctorum Maria illum inuenit: inuenit anima, ideſt operatio, dum ſapientiam humanam cum Diuina confundit. Accedit Verbum ad Baptiſmum, ò Verbum beneuolum, ò Amor intenſus, quo talem animam, talemq; operationem perducis? ò beneuolum Verbũ ad Baptiſmum? ò ſi ſemel baptizata eſt, quomodo denuò poterit baptizari? non iterum baptizatur anima, non, ſed Verbum, operationem, quam facit ei concipere, gratia ſua purificat, effundens ſuper caput ſuæ intentionis, expreſſionem quãdam illius complacentiæ, quam Verbum habet de ſua æqualitate, cum Patre; eſtq; complacentia ſimilis vnioni animæ cum Verbo per gratiam, tantoque abundantius illam tribuit, quantò gratior redditur.

14 Aquam in vinum mutat poſtea Verbum. Hanc etiam adeò vſitatam, & exercitam operationem mutandi aquam in vinum facit Verbum, ſapientemque ſuam virtutẽ oſtendit. & quamnam operationem efficies, ò Verbum? Animæ tepiditatem in feruorem mutabis? ſed væ mihi, quia in paucis propter eorum culpam, mutare video, ita mala hæc tepiditas, & frigiditas ſuperabundat in mundo. Prædicat indè Verbum, patratque miracula: & animæ operatio annunciat, magnificat, prædicatque indicibilem Verbi ſapientiam (ò beneuolum Verbum) dæmonia à creaturis eiciendo, vanæ gloriæ in ſeipſa infirmitates ſanando, vel in alijs. Volunt Iudæi Verbum lapidare, & operatio etiam ducitur, vt lapidetur, & eſt, quando anima ad talem peruenit perfectionem, dæmones cum creatis omnibus contra eam videntur inſurgere: & quod peius eſt, quæ illuminatæ videntur, veluti ſimul conſpirantes ad talem animam cõtradicendam mouentur. Pauci verò ſunt, qui ad talem perfectionem perueniunt. Sed Verbum ante ſuam prædicationem, & miracula, ductum eſt in deſertum, in quo *Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus* ieiunauit. Ita etiam animæ opeoperatio per meritorum illuminationẽ, amoriſque accenſionem, in deſertum ducitur vnionis Diuinitatis Sãctiſſimæ Trinitatis. In quo ab omni alio cibo ſe abſtinet, vt fructum vnionis deguſtet. Illuc dæmon aliquo ſuo inſtrumento mediante aduenit, eam ad credendum inducens maiorem eſſe animi disiunctionem, quã inter dæmones ſit, ipſamquemet eſſe cauſam. Cum autem anima in Verbi vnione fun-

fundata,& ſtabilia ſit, in eadem abſconditur vnione,eamque dulciter guſtat.

15 Poſt prædicationem, magnaque miracula à Verbo operata, ad finem accedit,maiorem ſuum oſtendens amorem, ſeipſum creaturæ in cibum Sanctiſſimi Sacramenti ordinatione relinquendo. In vltima cæna Verbum illa protulit amoris verba *Deſiderio deſideraui* vnde etiam anima Poteſt eadem dicere verba. Verbum enim adeò diligit animam, vt ſeipſum in cibum det,& nutrimentum, ſuam donans humanitatem,pura ſua deſideria per participationem tribuens, amoris affectus, veracia illa verba, ſanctiſſimaque opera in ſua humanitate patrata,& totam tandẽ inſeipſum transformat. Vndè propter hoc anima ad talem ducitur perfectionẽ, ut quælibet eius aſpiratio in Deum,à ſinu Patris inſeipſam Verbum attrahere videatur: ac ita Verbum in ſeipſa habens, alterum ipſum vnione, & affectu amoris euadit; & quemadmodum Verbum deſiderio deſiderabat totum ſeipſum creaturis præbere, ita & illa, ardenti deſiderio ſeipſam creaturis communicandi æſtuat, communicandi inquam Verbum, quod in ſe retinet, cum gratijs omnibus,& donis ſuis. Vndè verè poteſt etiam ipſa eadẽ
Luc.22. verba proferre.*Deſiderio deſideraui Paſcha manducare vobiſcum.*

Accedit inde Verbum ad pedes lauandos,vbi adeò ſe inclinat, & humiliat,vt etiam Proditoris pedes lauare minimè prætermittat. Et ſimiliter Verbum iſtius animæ operationem inclinat, deiecitque omnem eius affectum,ac deſideriũ aſperſione ſui Sanguinis lauando,& purificando, intimamque ſuipſius abiectionem infundendo.

16 O,quid modo vult facere hoc Verbum?O,quò pergit!O,ad Sermonem,quo animam hanc, vt hic deorſum in terra glorificetur,conducit,conducit,inquã, ad ſui cordis ſecretum; in quo facie ad faciẽ cum ipſa alloquitur. Hinc quomodo ſit
1.cor.13. *Via, veritas,& vita* enarrat; quomodo ſit
Ioan.14. *vera vitis,& Pater* ſuus *agricola* notũ facit;
Ioan.15. Ioan.16. quomodo eam perſequantur,& *Mundus gaudebit*. Pergit ad hortum Verbum,& anima eum ſequitur. Hortus, adquem nunc pergit,cum ipſe ſit in Cælo, Eccleſia eſt:& oblatione, quam de ſeipſo facit ſacerdos,ò Verbum,voluntatis tuæ conformitatem oſtendit, quam cum voluntate tui Æterni Patris in illa oratione habuiſti.Tecum tres Diſcipulos ducis, fidem in Eccleſia infundendo, veritatem manifeſtãdo,& miſericordiam communicando. Etiam anima in viridario,& horto Eccleſiæ Verbum ſequitur, vt corpus ei tradat, vt anima aſpiret, & Spiritus deſiderio ſalutis proximorum conſumetur. Verbum Iudæ obuiam it vt capiatur, & ego obuiã: (O qualis fauor eſt hic?) Non traditori, ſed amori meo,ire volo, ad eũ,eiusq; pacis oſculum in Sanctiſſimo Sacramento recipiendum.

CAPVT XXXIV.

Paſſionis myſteria, ad mores applicata, proſequitur.

1 Æ Ternum Verbum captum eſt à Iudeis:id etiam fit in anima, cum ipſa etiam capiatur,ita vt in hoc paruo mundo animæ,quod in capturã Verbi fiebat,renouetur.Ecce proditorem,& militum turbam. Peruerſæ tentationes in anima à dæmone ingeſtæ, milites ſunt, qui bonum animæ opus capere vellent; Verbum autem non permittit, vt capiatur,imo manibus ſuis eo amore capit,quo ſeipſum,vt ita dicam,in anima generat,& pacis oſculo detrudit in carcerem. Oſculatum eſt me Verbũ meum *oſculo oris ſui.* Cant.1.
O quæ ſuauitas ò qui odor? ligatur à militibus Verbum. Animæ operatio etiam ipſa ligatur, ligatur inquam triplicato quodam funiculo,fidei,ſpei,& charitatis. Non vult Verbum, vt Petrus paſſionem impediat;id agit anima, nec vult, vt operatio ſua,qua ſtrictè Deo ſuo vnitur, impediatur.O quot eſſent Petri, qui ſapientia, cogitationeque priui,animam, rebus tranſeuntibus quærerent obcæcare. Anima autem illuminata ait, quod qui inordinatè res tranſeuntes diligit, cum illis perit,ſicuti Petro ait Verbum. *qui accipit gladium, gladio peribit*, ſed ipſa anima ad inſtar Verbi eò ſe duci permittit, quo Verbi voluntatem agnoſcit, nihil vnquã de

Digitized by Google

de proprio ſuo addendo, nec velle, nec nolle, ſed ſemper Verbi voluntatem ſequendo. Ducitur Verbum ad Annam, ad Caiphas, ad, aliorumque Iudęorum tribunalia: & anima etiam à peruerſarum tentationum ſuaſionibus, modò in infernum, modò in Paradiſum ducitur, modò, vt confundatur, nullum feciſſe bonum repreſentãt, modo inſignioribus ſanctis ſimilem oſtendunt, aliaque infinita, vt extollatur, perſuadent. Verbum verò eam tæpidam reddi haud permittit, quia protegit; agitque cum anima, quemadmodũ cum eo Æternus Pater tempore paſſionis, gratiæ ſuæ perceptionem ſubtrahendo, vt probaret eam, perfectioremque efficeret.

2 Ducitur Verbum ad columnam, vt verberetur; & ducitur etiã anima, operatione ſua, vt recipiat verbera, quæ complures ſunt Maieſtati Diuinæ oſtenſæ oblationes, cum animæ Deũ amanti, ipſæ offenſæ totidem grauiſſima verbera ſint, ſi prout conuenit percipiantur. Et ſicut Verbi flagra magno fuerunt numero, ita vt plures viciſſim eum in columna verberarent: ita hæ offenſæ ab anima viſæ cõmutantur ad vices, cum ei modo, quæ à Religioſis, modo quæ à malis Chriſtianis, modo ab Hęreticis, modo ab infidelibus in Deum committuntur, oſtendantur. Spinis Verbum coronatur, & anima hac ſua operatione progrediens, etiam ſpinis coronatur, quando ad contumeliam dæmones, in mente enormes repræſentant blaſphæmias, quæ tanquam acutæ ſpinæ eam affligunt; cum enim ſponſi Verbi laudes audire percupiat, tot odioſas blaſphęmias audit, & audire cogitur. Irridetur Verbum, & animæ irriſiones ſunt, quod cum affligatur, & à dæmone tentetur anima, totum hoc alicui confert creaturæ, aqua, ſolatij vice, reſpondetur, afflictiones, tentationeſque illas propter hunc, vel alium eius defectum prouenire. Deo ita, propter maiorem eius probationem permittente, quemadmodũ patienti
Iacn. 4. Iob accidit cum amicis ſuis, qui vt virtutis illius mundo præberent exemplum, dicebant, pœnas omnes Sancto viro inflictas, propter illius peccata euenire. Verbo velatur facies, & idem animæ euenit, cum auxilium tollitur humanum, Diuinumque ſubtrahitur: & verberatur, cum lumen, quod in ſe habet, aliquatenus obſcuratur.

3 Oſtenditur populo Verbum, & dicitur. *Ecce homo*, hoc pauperi interuenit animæ, cũ propter magni luminis abundantiam, quod in ſe habet, aliqua cum aliquibus confert, per quæ poſtea exprobratur; quemadmodum Seraphico Franciſco eueniebat, cum eiad improperium dicebatur, *vide Cęlum, vide Cęlum*, & animę dicunt, *vide tuũ Amorem, vide tuum Amorem*, & alia. Nec perſpiciunt, quod improperando, glorioſiorem eam faciunt apparere; quemadmodum Verbum illis verbis. *Ecce homo*, non minus glorioſum apparuit, quam ſi dictum ei fuiſſet: ecce Deus. Barabæ poſtponitur Verbũ, & multoties etiam anima, cum non cognoſcatur, perſonis multo minus perfectis poſtponitur, vnde illæ honorib; & obſequijs cumulãtur, ipſa verò imperfectionib; plena ſeponitur, & contemnitur. Crux in Verbi humero imponitur: Grauiſſima Crux eſt electæ animæ, quando ei ab electo aliquo minimè præſtatur fides, & potius ipſius verba, ſenſus, & opera contemnuntur. Attamen permiſſio tua eſt, ò Verbum, vt labor hic, eam, veluti aurum in igne, in virtute perficiat. Crucem cũ Verbo talis anima *baiulat*, quoties patienter talia ſuffert. Non in infernum, ſe, confuſione, deiciens, nec ad paradiſum, elatione, ſe erigens. Sed tota ſub Dei protectione quieſcens; ab eo duci, & iudicari vult, rectam intentionem erga illum, magnãque cognitionem ſui non eſſe, in ſe habẽdo. Verbum ducitur, vt ſpolietur, & anima ad ſpoliandum ſe ducitur, quando in via Dei ſecundũ internã inſpiratione, & à Deo communicatã illuminationem incedere prohibetur, modus totaliter cõtrarius eo, quam in ſe percipit, aſſignatur. Ipſa, ſicut Verbũ, ad ſe deſpoliandã cooperatur, cum ſe humilem ſeruat, agitque ſuo ſenſu contraria. Super Crucẽ extenditur, quando, quod futurũ eſt ei, non ĩnueſtigat, ſed ſe Deo committit, vt de ea ſecundum ſuum complacentiæ modũ diſponat. In Cruce tribus clauis configitur Verbum, & anima in dura Cruce tribus clauis

clauis confixa eſt. Vnus clauus eſt, quando ea, quæ offenſæ Dei videntur, permiſſionem illius exiſtimat, nec quia in pænā eius cædunt, turbatur, ſed ſolummodò quantum offenſæ Diuinæ ei videntur, diuinoque ſe ſubtrahit beneplacito. Alius clauus eſt, quod in ſuis operationibus, propter proximum, auxiliumque Spirituale ſuorum fratrum, & ſororum, Deū, & internos animæ guſtus derelinquit. Tertius clauus, qui in Cruce animam retinet, eſt, quod contemni gloriatvr, vidēs, quod contemptu mediante, ſponſo Verbo ſimiles efficiatur, eiuſque adimpleat voluntatem.

4 Moritur in Cruce Verbum, moritur etiam anima, perfecta illa ſui ipſius relaxatione in Deo; nihil intelligendo, nihil ſentiendo, nihil volendo, niſi quod idem Verbum, vt in ea, per eam, & ab ea fiat, voluerit. Indè Verbi latus apertum eſt, & etiam apertum eſt animæ cor, quando amoris vulnere percuſſa, anxio deſiderio, vt cunctæ creaturę conuertantur ad Deū, concupiſcit. Verbum poſtea è Cruce deponitur; & è Cruce deponitur anima, quando eam Deus ad priſtinum fælicem ſtatum aliquatenus redire, diuinaſque conſolationes guſtare facit, & ſpecialiter Myſterium Trinitatis oſtendit, vnionem illius guſtando. Inter vnguenta ponitur Verbum, & inter ſuaues vnguentorum odores ponitur anima; inuoluiturque, ſicut Verbum, candidiſſimo linteo, quoties, ipſo auxiliante, alicuius virtutis poſſeſſionem in ſe percipere incipit, & ſpecialiter puritatem, quam licet prius poſſediſſet, nihilominus tamen nec videbat eam, nec ſentiebat. Reponitur in ſepulchro Verbnm, & in ſepulchro etiā reponitur anima, quando Deus eam in ſe retinet, & gratiæ ſuę perceptionem ei guſtare facit. Pergit etiam ipſa cum ſponſo ſuo à Patris ſinu, à quo numquam diſcedit, ad ſepulchrū, & ad limbum, dū quod Verbum in ſinu Patris effecit, & in Æternum agit, operatur, poſtea ad creaturas pergit, ſuam illis operationem communicando, indeque limbum petit, & infernum, dæmones confundendo, animam aliquam ab eis captam, & cruciatam eripiendo.

5 Reſurgit, gloria, & triumpho Verbū, & toties reſurgit anima, quoties à Deo ab omni ſua contrarietate, tentatione, aduerſitate, ac pæna eripitur, tribuitque, mentis tranquillitate, pacem, totaliter ſuæ Sanctæ voluntati conformem. Matri apparet Verbum: & anima tunc Matri apparet, quando ardenti deſiderio cogitat, Eccleſiæ Sanctæ operationē ſuam communicare. Tangi à Magdalena non ſinit, ſicut Verbum: cum enim anima ad aliquā peruenit perfectionem: nequaquam vult opera ſua ſpiritualia, & meritoria cū caducis, terrenis, & tranſitorijs permiſcere, & quod plus eſt, nec etiam æſtimat, nec amplius curat actus internos, vel externos virtutis efficere, vt eam poſſideat, & exerceatur in ea, præter amoris actus, quamuis iugiter virtutis opera efficiat, & in omni actu perfectionis exercitetur; Deum enim poſſidendo, virtutes omnes poſſidet, in eoque ſolo delectatur, & gaudet. Alias facit cum ipſo ſponſo ſuo Verbo apparitiones, cum operationes ſuas creaturis illis manifeſtat, quæ in ſe cognitionem, & lumen Dei habent, ſolum pro Diuina gloria, & ad eas conſolādas. Inuiſibilis eſt ipſa anima, ſicut Verbum poſt Reſurrectionem, quia inuiſibiliter operatur, cùm non à qualibet creatura cognoſcatur. Imò æſtimant aliqui animam aliquando imperfectam, & aliquando virtute prædictam, cum nō niſi à Deo & creaturis ſibi ſimilibus cognoſcatur, & intelligatur.

6 Verbum poſtea pacem dat Apoſtolis ſuis. Dat etiam anima proximis pacē, quando ſatagit, nititurque ſimul in pace Sancta creaturas vnire. Aſcendit indè Verbum in Cęlum; & anima, quamuis in terra viuat, cum Verbo aſcendit in Cęlū omni ſuo affectu, deſiderio, intentione, & opere ſe ſupra ſe eleuando: Vndè aliquē conſulere indigens, potius Deum, quam creaturam conſulit. Et ſi operari debet, cum Deo, & in Deo operatur. In tali animæ Aſſumptione ad Cęlum, Verbum eā aſſumit, ſtringitque in ſe, in actu amoris ei communicando, participemque reddendo Potentiæ Patris, Sapientiæ Filij, & bonitati Spiritus Sancti: Obumbratur nube expreſſionis Cęleſtium dulcedinum, gra-

tiarum, & Diuinorum donorũ, quæ Deus in ea facit, vbi ſenſus omnes abſorbentur, haud cognoſcentes quomodo poſſit anima ad tantam altitudinem peruenire. Aſcendens Verbum in Cęlum, Eccleſiæ ſuæ duodecim reliquit Apoſtolos;& anima ita cum ipſo Sponſo ſuo aſſumpta, licet in terra verſetur, ſinit, vt in ſuis actibus, & conuerſatione duodecim Spiritus Sancti fructus reſplendeant, qui eidem animæ, veluti duodecim columnæ ſunt, quæ eã in cunctis ſuis operationibus regunt, & ſuſtentant.

7 Poſtmodum anima ſimul cum Verbo laudẽ dat æterno Patri, quod eſt iugis gratiarum actio, quæ fit eidẽ Patri æterno; eo quod Verbum ſuum, In Redemptorem creaturis, & in Sponſum Virginibus dederit. Verbum mittit Spiritum Sãctum, & etiam anima cũ ipſo Verbo eundem mittit quodãmodo, cum, aſpiratione, in ſe ſpiritum attrahendo, eundem poſtea ſpirituali communicatione, & admonitione creaturis, ad eum recipiendũ aptis, infundit. Sedet Verbum ad Patris dexteram, & ſuis quinque plagis beatas animas, tanquam ad beatificum obiectũ, non iam primarium, ſed ſecundariũ, attrahit; & in terra ad ſe ijſdem plagis cunctas attrahit creaturas, & meritorum virtute, & contẽplationis obiecto. Hoc modo anima hæc, harum quinque memor Plagarum à Verbo ſeruatarum, quinque amoris telis, cunctas ad ſe attrahit creaturas, cunctas in eiuſdem Verbi amore accendere præ charitate cupiens, ſimulq; per totum, ignem illum effundere, quem
Luc. 22. Verbum venit accendere in terra. *Ignem veni mittere in terra, & quid volo, niſi vt accendatur.*

8 Verbum eſt Eccleſiæ caput, & crea-
Ephes. 4. turæ eius membra, *Vos autem corpus Chriſti, & membra de membro. Vnum corpus ſumus in Chriſto*; Ita in anima ſunt omnes ſtatus creaturarũ, quæ in Eccleſia inueniuntur; aliæ per electionẽ, aliæ per participationem, aliæ per deſiderium, & voluntatem. Virginum, & Religioſorũ ſtatus per electionem inuenitur in anima; ideſt quia Deo ſeruire, & ad perfectionẽ tendere in eodem ſtatu elegerunt. Volũtates, & affectuoſa deſideria ſuperiora eiuſdẽ animæ ſunt conformes ſtatui Sacerdotum, quia dictæ voluntates, & deſideria omnia, iuſta, ſapientia, perfecta, & ſancta eſſe debent, ſicuti expedit eſſe Sacerdotes (Chriſti in terra) in Eccleſia. Animæ memoria Eremitarũ abſtinentiæ ſtatum repræſentat, quia eadem memoria ab omni rei ſæcularis, & vanæ recordatione ſe abſtinere debet. Animę patiẽtia eſt cum Continentium ſtatu. Partis inferioris affectus, pro ſtatu ſæculari accipi poſſunt: quemadmodum enim ſeculares, ſunt, qui cõmuniter in exterioribus operibus exercentur, ita affectus ad opera exteriora charitatis, & miſericordiæ excitant. Eccleſiæ nauicula ab vndis heræſeos, & infidelitatis obſidetur; & anima à continuis tentationibus, & contradictionibus; permanet verò ſeper fortis, & immobilis, quia Deus motu continuo, abſq; vllo motu eam retinet, ſed hoc peculiari gratia gratis data. Sed quemadmodum *deficere non poteſt*, vt ait Verbum, *In iſta* Luc. 22.
Eccleſia fides, ita animæ fundamentum, ſpeciali gratia Diuina, deficere non poteſt, cum illud in ſui eſſe cognitione ſtabilierit.

9 In omnibus quatuor mũdi partibus Eccleſiæ fides dilatari debet: & in hoc paruo animæ mundo, Dei cognitio dilatatur, & totum id, quod Deus in omnibus quatuor ætatis ſuę ſtatibus ab ipſa requirit; in pueritiæ primo, in adoleſcentiæ ſecundo, in iuuentutis tertio, in ſenectutis quarto, in quo gratia per gratiam additur. Poſt finẽ mundi, venit Antichriſtus, Eccleſiæ ſanctę fidem deſtruere quærens. Sed veniet poſtea, Enoc, & Elias, qui ab eo peruerſos conuertent, & Verbum *Spi-* 2. Theſ. 2
ritu oris ſui interficiet illum. Poſt hæc om- Mat. 16.
nis caro reſurget, & Verbum faciet iudicium; gloriam, & pęnam cuilibet iuxtà opera ſua tribuendo. Adueniente anima in vitæ ſuæ extremis, aduenit Antichriſtus, idem dæmon cum peruerſis ſuis tentationibus, illud auferre quærens, quod in vita nunquam auferre potuit, ſpecialiter dico, ſanctam fidem; exurgit autem Enoc, & Elias, ideſt ſanguinis, Verbi virtus, memoriaque continuatarum operationum in gratia factarum, quæ animam ſolantur, deſtruunq; tentationes, ac turbatio-

bationes, quas in ea dæmon mouere cõtendit, & Verbum oris ſui flatu, ſuæ Diuinæ promiſſionis valdè efficaci Verbo. 2.Tim.2. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, & quod 2.Tim.4. *Coronabitur qui legitione certauerit*, dictũ dæmonem cum ſuis tentationibus deſtruit.

10 Reſurgit poſteà ad particulare iudicium anima, vbi Verbum ſimul cum eiuſdem animæ verbo, quod per animæ operationem intelligitur, iudiciũ faciunt. In finali iudicio Verbum miſericordiæ opera à iuſtis, à reprobis prætermiſſa recenſebit; & animæ verbum, ideſt operatio eius, probationes, tentationes, & cõtradictiones ſuas recenſet, & ita præmiũ à Verbo Diuino redditur, viſionẽ, & fruitionem ſui impertiendo.

11 Ecce quomodo incarnatum Verbum animam hanc aſſumpſit, fecitque in illa paruum mundum, & totum id, quod Deus in tota hac machina mundiali operatus eſt; itá in creandis rebus omnibus, ſicut in creando homine, innocentię vice, virginalem largiendo puritatem, quæ per Diuinam participationem, participatio quædam ſui eſſe eſt. Etenim talis puritas primam repreſentat puritatem, quæ totum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit; totum guberna:, & ſuſtentat, Hebr.1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*, in bonis operationibus eam creſcere faciens, in Arca compendij cognitionis Dei, operũ ſuorum, ſuique ipſius concludens, eam cum Abramo probans, ab Egypti ſeruitute, ideſt ſeruili timore, liberans, per deſertum ſubtractionis ſenſibilis gratiæ cõducens, ſemper tamen Diuinitate duce, itaut ipſa abſq; eo, quod operari cognoſcat, operetur, operationis legem ei præfigens. Tandem in terra promiſſionis, in illo intrinſeco oris habitaculo, in Verbi corde introducit. Prophetæ indè adueniunt, Verbi aduentum annunciantes, & Verbum in eam deſcendens, ſpirituali ſimilitudine totum in ipſa operatur, quod in ſua humanitate, ab incarnatione vſque ad ſui ſanguinis effuſionem operatus eſt. Et ita anima cum ipſo moritur, reſurgit, aſcendit in Cęlum, licet moretur in terra: mittit quodammodo Spiritum Sanctum, iudicium agit, & in fine vitæ iudicatur, & glorificatur à Verbo, eoque ducitur, vbi non amplius præteritos pertimeſcit inimicos, gaudet, Deoque fruitur in æternum.

CAPVT XXXV.

His diuinitus declaratis, Spiritum Sanctum accipit, ſicque fatur.

1 CVm vltima vice Spiritus Sanctus debeat aduenire, vt onuſtior donis adueniat, conueniens eſt. Idem à ſinu miſericordiæ Patris intrinſecam, forteq; potentiam attrahit, quæ mihi eſt, eritque deinceps magnopere neceſſaria. Pergit poſtea ad Verbum, à quo non minus mihi neceſſariam gaudioſam attrahit compaſſionem. A prima Hierarchia intrinſecam attrahit humilitatem: à ſecunda intrinſecam fortitudinem, & accenſũ amorem à tertia. Veni veni, ò Sancte Spiritus. Veniat Patris vnio; Verbi complacentia, gloria Angelorum: Tu es, ò veritatis Spiritus, pręmium Sanctorum, refrigerium animarum, tenebrarum lux, diuitiæ pauperum, animantium theſaurus, ſatietas eſurientium, peregrinorum conſolatio, & tandem tu es ille, in quo omnis theſaurus continetur.

2 Venit hic Spiritus cum tota donorũ ſuorum plenitudine, & in meo corde intrauit. Non ſufficit mihi, quòd in me ſolum quieſcas, ſed oro, vt ad alias electas, dilectaſque ſponſas tuas, & etiam ad cũctas alias creaturas te dilates. Ecce, quod modo lætitia, & gaudium terminatur, & & initium pęnæ datur, ac dolori, vel potius dicam, gaudio initium datur; pęnæ finis; gaudium enim erit mihi pęna, & pęna gaudio; ac ita propter meum Sponſũ Verbum, patiens, gaudens ero.

3 Summe Deus, & beneuolum Verbum oſtendiſti, æterna Veritas, quomodo ad perfectionem animam ducis, & quomodo ſenſibilis gratię guſtum ab illa ſubtrahendo, tibi, eodem lumine poſſit deſeruire.

CAPVT XXXVI.

De increata ſimul, & creata Trinitate, ſublimiter loquitur.

Rom. 11. 1 O *Altitudo diuitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Talem vnitatem, quam Deus in ſeipſo habet, ſponſis ſuis per participationem vult conferre; donaque ſua, & gratias ſecundum earum præparationē largietur. In Sāctiſſima Trinitate eſt vnio potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis; & talem vnionem, ideſt potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis vult in ſponſis ſuis efficere, vt poſſint cantare. Pſa. 131. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare ſorores in vnum.* Vniet ipſe Deus ſimul potentiā illarū, quæ eam habent, ſapientiam illarū, quæ eam poſſident, & illarum bonitatem, quæ in ſeipſis talem habent bonitatem. Ac ita in terra faciet in Mariæ cōgregatione ſpiritualem almæ, ſūmæq; Trinitatis ſimilitudinē.

2 Tanta eſt altitudo, quæ in Verbo hoc continetur, vt non comprehendi, nec à creatura creata, vel ab infinita potentia, ac Sapientia Diuina, creabili, capi poſſit; cum in ea Dei eſſe, quod eſt æternū, abſq; principio, & abſque fine contineatur. Apoc. 22. *Alpha, & Omega, primus, & nouiſſimus.* Totum hoc vellem poſſe, de hac ſponſarum ſuarum vnitate, & Trinitate, dicere, ad ſuæ proportionem. *O altitudo.* Magna eſſet altitudo, ſi omnia cōgregationis Mariæ corda vnirentur, at væ mihi, quia vnio eſſe non poteſt, vbi non eſt alterutrius Galat. 6. compaſſio. *Alter alterius onera portate.*

3 *Diuitiarum.* & quid aliud ſonat, niſi Diuitias Sapientiæ, & Scientiæ Dei. Diuitias habet Pater, propter complacentiam, quam in ſuo Verbo habet. Diuitias Verbum propter complacentiam, quam habet in ipſo Patre, & diuitias habet Spiritus Sanctus propter complacentiam, quam habet in Patre, & in Verbo. Diuitiæ etiam hic deorſum in hac noſtra ſimili, & repreſentante Trinitate erunt; non iam ſapientiæ, & ſcientiæ, ſed charitatis; & pacis, quæ efficient, vt vnius bonum ſit omnium, & bonum omnium vnius cuiuſque ſit; potentia in ſapientia, & ſapiētia in potentia, & bonitas tanquam in bono proprio delectabitur. Trinitas increata, huius nouæ, vt ita dicam, Trinitatis creatæ opulentia eſt, propter communicationem, quā facit in ea. Et creata Trinitas opulentia eſt. O bonitas infinita, quæ de bonis alterius adeò tibi cōplaces, quæ tamen à te dantur, ſuntque dona tua, opulentia inquam eſt increatæ Trinitatis; ipſa enim videt in anima dona, pfectiones ab ea cōmunicatas, & in ijſdē ſeipſam, & dona ſua diligit; vndè propter communicationem, quæ conuenit, vt fiat, dando, & recipiendo quod dedit, ſibi in creaturis cōplacet; quod enim prius dedit, recipit, & ita creaturis, & ſpecialiter animabus per gratiam benè meritis, ſe communicet. Trinitatis igitur increatæ communicatio eſt ſua dona, & gratias creaturis infūdere. Trinitatis vero creatæ cōmunicatio nō eſt infundere, ſed tamen per gratiarum actiones, ipſorumque donorum, & gratiarum cognitionem, in Donatorem refundere; itaq; increata Trinitas infundit, Trinitas verò creata refundit. Diuitiæ increatæ Trinitatis ſunt, animas ad ſe aſſumere, & creaturarū diuitiæ ſunt, Verbum per gratiam in ſeipſis attrahere; æternæ, & inſcrutabilis Trinitatis diuitiæ ſunt miſericordiam facere, & ipſarum creaturarum diuitiæ ſunt gratiæ reſpōdere. O quā magnæ diuitiæ ſūt iſtæ, in quibus æterna Trinitas ſibi cōplacet.

4 Trinitatis æternitas cōſiſtit, & eſt in indeficienti, & incognito eſſe Dei; noſtra verò Trinitas per participationem, per amoris affectū, & per voluntatis cōſenſū cōſiſtere debet, ſub quo? ſub protectione, & pallio Mariæ. Deberemus tamen efficere, quod ſicuti Pater non diſcordat à Filio, nec Filius à Patre, nec ambo à Spiritu Sancto, nec Spiritus Sanctus ab ambobus; ita Mariæ filiæ vnitæ eſſent, nec ad punctum in ſententia, & voluntate inter ſe diſcreparent, non modo, in verbis, nec etiam, ſi poſſibile eſſet, in intentione. *Vnum ſint, ſicut, & nos vnum ſumus.* Ioan. 17.

5 *O altitudo diuitiarum ſapientiæ.* Sapiētia Influens, ſapientia Refluens, & ſapientia Affluēs creaturis. Influens quoad

Patrem

Patrem, refluens quoad Verbum, affluens quoad Spiritum Sāctum. Influit eandem Sapientiam Pater, cuius infuſio, Adhærentiam ad Dei magnitudinem in anima generat. Verbum ſapientiam quamdam refluit, quæ beneuolam intelligendi Deū ſatietatem generat; & Spiritus Sanctus continuo ſuo, & ſtabiliſſimo motu affluit, attrahitque ad ſe creaturas, & quamdam communicat Sapientiam, ardentiſſimum generantem affectum, volendi intelligere quomodo poſſit ſemper Deo coniungi.

6 *Et ſcientia Dei;* Scientia; quid ſignignificat hæc ſcientia? ò in te Deus meus; hæc differt ab illa, quam creaturis communicas. Dei ſcientia eſt, perfectiſſimo, & ſimplicisſimo actu intelligere, qui eſt ſuamet eſſentia, cū in ea non ſit accidens aliquod, ſed eſt ſimplicisſima ſubſtantiæ puritas, abſque vlla diſtinctione, præter relationes perſonarum inter ſe; quæ tamen idem ſunt in natura. Scientia ergo eſt perfectisſimum, & ſimplicisſimum rerum omnium, quæ fuerunt, ſunt, & erunt intelligere. Acutisſimum penetrare cuiuſcumque intentionis, deſiderij, & operis, cuiuſcunque verbi, ictus oculi labiorum, & manuum motionis. O Scientia ſcientifica noſtri Dei. *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* A tali ſcientiæ Dei noſtri incōprehenſibilitate aliud elicere, & intelligere neſcio, niſi beneuolam ipſius Dei admirationē, qui conſiderat, & intuitu minimo totum iudicat vniuerſum. O ſi benè penetraretur; ò, quomodo creaturæ tot opera abſque conſideratione efficiunt? & tamen de quacumq; minima intentione, in ijſdem operibus habita, etiam de ijs, quæ bona, & recta videntur, ſunt rationem reddituræ, in tremendo illo die magni iudicij iudicaturæ. O Deus tam magne, ita ſtrictè eſt bonorum operum, & intentionis eorum reddenda ratio? cogita quid erit de expreſſorum præceptorū tranſgresſione.

7 *Et inueſtigabiles viæ eius.* Dicis, ò Magne Deus, vias tuas eſſe inueſtigabiles non ita mihi videntur, imò videntur mihi vacuę, eò quod eas voluiſti nobis oſtēdere. Ijs quidem inueſtigabiles ſunt, qui tuo lumine carent, non ijs, qui à luce tua oculos non auertunt. *Iudicia Domini vera,* Pſal. 18.
iuſtificata in ſemetipſa: Non reuelaſti, *Vias* Prou. 3.
tuas eſſe pulchras? Si pulchræ, indubitanter teneo, te nequaquā eas inueſtigabiles, & occultas reddere creaturis. Via eſt Verbum, & vias iſtas ſanguine ſuo ſignatas ijs manifeſtat, qui per eas ambulare volunt. Veruntamen inueſtigabile eſt, velle ſine via peruenire ad te cum ſis Tu Via. Inueſtigabilia ſunt ea, quæ ipſi viæ opponuntur: non enim intelligi poteſt, quomodo ignauia, ac malitia tanta poſſit in creatura reperiri, vt poſt te incedere per eas nolit, veſtigia tua ſequens, tuo ſanguine obſignata. Hoc ſiquidem inueſtigabile eſt, non via in ſe: imò tota amæna, & ſuauisſimis eſt circundata vitibus, varijſque fructibus, quorum fortitudine ad inſtar ſubcineritij illius panis, cū Elia, non ſolum ad montem Horeb tuę cognitionis per creaturas peruenimus, ſed per affectuoſam intelligentiam, ac penetrantem affectum, magis amando, quam ſciēdo, ad thronum ducimur Sanctisſimæ Trinitatis.

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS, ORDINIS CARMELITARVM

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Multiformiter animã à Sponſo Verbo ornari, intelligit.

1 ECce venio adſum; adiuua me: vidi Sponſum venientem ad ſponſam, & ſedentem ſuper ſolium ſuum, gemmis plenum, vt eas daret, candido, & rubicũdo veſtimento indutum. In ſuis manibus magnum habet numerum annulorum, vt ſuas deſpondeat ſponſas; quibus etiam veſtem præbere vult nuptialem, & maximè ei, quæ diſpoſita erit. Inſuper ad inſtar magni Principis agit hic beneuolus Sponſus, qui multos præmittit onerarios pretioſiſſimis gemmis onuſtos, quibus nõ ſolum ſponſas ſuas ornare, ſed etiam toti Eccleſiæ effundere vult. Beneuolus poſteà Sponſus vult ſponſas ſuas in throno, vel ſolio, in quo reſidet collocare, vt eas æterno ſuo Patri offerat.

2 Aduenit etiam Diuinus Sponſus totus armatus, vt nobis auxilietur, nec pertimeſcamus, & tanquam Magnus Heros coronam geſtat in capite, ut ſuam oſtendat magnitudinem: ſponſis ſuis monile quoddam elargiri vult, quod collo imponere, nec ab eo, quantum eſt ex ſe tollere, expectat, in illis verbis, quæ dicit. Mat. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra.* In quibus ſuam oſtendit potẽtiam, & quod poteſt tribuere animæ totum quod appetit. Ideſt dona ſua, & gratias, nec à ſe minuendo, nec ad punctum auferendo. Et quodnam eſt monile hoc, quod Sponſus ſponſæ vult præbere? vnũ, pretioſius eo, quod poſſit anima quælibet cõcipere; vnum cuius valor ex hoc percipi poteſt, quod ipſe collo ſuo geſtat, Charitatem, & miſericordiam. *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Luc. 6. Hoc charitatis, & miſericordiæ monile ſibi iterum ſponſas vnit; nec modo dictum dare monile, ſed etiam ad eas amplexandas, brachia ſua extendere, eiſque ſanctum, & puriſſimum pacis oſculum præbere vult; non tamen in hoc inſtanti, ſed quando ei in Sanctiſſimo vnientur Sacramento, in quo beneuolentiſſimum hoc datur oſculum, à caſtiſſima, & puriſſima ſponſa iam prius valdè concupitum, & quæſitum. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. Sponſa verò nunc Sponſo grata, quæque de eo guſtat, Diuinaque hac dulcedine inebriatur, nõ ſemper talem experietur; paucis enim his horis tranſactis, non amplius ei talis gratia in perceptione, & guſtu concedetur. Ideo propter magnum Spõſi amorẽ erga ſpõſam, cui magnos hos labores ob ſuam gloriam præparat, oſculum hoc guſtare facit, futuraque demonſtrat. Vt autem, ò ſponſæ, poſſemus talia dona dignè recipere, magnam prius pluuiam, imò diluuium aduenire oporteret, quod ſponſæ ſuæ imperfectiones lauaret. Quãuis enim, gratia tua, peccata magna non ſint, nihilominus defectus ſunt, qui lumen habenti, & ad perfectionem ambulare volenti magno ſunt impedimento. Quibus verò prius tibi deſpondiſti, ò Verbum, quid largieris? ut beneuolus Sponſus efficies,

ideſt

ideſt alios dabis annulos, tuaque dona renouabis.

3 Aduenit etiam hic ſponſus regiam in capite geſtans coronam, & quænam eſt corona hæc, ò beneuolum Verbum? ea quam nec humana lingua, nec ipſi Angeli enarrare nunquam poſſent, ideſt puritas: Hac coram tuis ſponſis aduenis coronatus, ò digniſſime ſponſe. Veni ò ſponſe, tanquam in triumphali curru, ſedens in throno ſapientiæ tuæ, veni circundatus, & purpura indutus, gemmis plenus. Et veſtimentum purpureum, aliud non eſſe, præter Amorem cum humilitate vnitum, intelligere me facis; amando enim adeò ſe humiliat, vt ad creaturas ſuas venire dignetur, nec propter hoc in minimo à ſua magnitudine, ac ſapientia deficit. Gēmis plenè hoc veſtimentum ornatur, & qualibus gemmis? Et quæ gemmæ ſunt hæ? O Verbum. Dona ſunt, gratiæ, & beneficia, creaturis oblata, quas ſponſæ ſuæ poſſidere, toto affectu aſpirant, anhelantque: Verbum autem non vult modo ea dona ſponſis præbere, ad quæ aſpirant, ſed alia complura, multoque maiora ab ipſa deſiderabilia, & imaginabilia. Aduenit indè ſponſus, digniſſimum, magnumq; monile in collo geſtans, vt liget, ſibique vniat ſponſas, quod tamen à collo ſuo deponere haud vult; oſtendens dona, gratiaſque impenſas, non eſſe tranſitorias, ac terrenas, ſed ex intimis donis, quæ in ſe retinet, ad hoc, vt eidem Verbo, licet vnitæ, & colligatæ per promiſſiones in Sancta profeſſione factas, ſtrictius vniantur.

4 Aduenit, manibus annulis plenis ad animas ſibi deſponſandas; quod ſponſalitium aliud non eſt, quam vnionis vinculum, in cuius ſignum præbet tale donum. Affert etiam hic ſponſus nuptialem veſtē purpuream ſponſis, flammulis plenam, è quibus radij quidam effunduntur, purpurea eſt veſtis propter feruentia earum deſideria, petitioneſque iam factas. Veritas, ſinceritas, & rectitudo, pulchrum purpurinum ſimul faciunt colorem, & flammulæ ſunt eloquia Verbi, & fructus auditus verborum, radij ſunt à flammulis egrediētes. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis*. O pulchri radij, ò verus ſplendor. O quam clara lux, ò ſi parum in tenebroſis peccatorum animabus penetraret, ò quàm velociter vanorum deſideriorum, cogitationum, & cō. ſiliorum nebulæ euaneſcerent: ſi ſe paruuli per humilitatem efficerent, ſtatim radius iſte in eorum cordibus perueniret; at ſuperbia maledicta ità has aſtringit nebulas, vt in eis radius hic penetrare nō valeat.

Pſ. 118.

Mat. 18.

5 *Quomodo poteſtis credere*, ò Dicerem amplius, Domine, quomodo poteſtis noſtra penetrantia verba audire, *Qui gloriā ab inuicem quæritis*. Ita eſt: ſuperbia nubem ita denſam opponit, vt, culpa noſtra, lux illa Diuina penetrare non valeat; *Oppoſuiſtis nubem*, nè tranſeat oratio, eloquium meum totum illuminans. Hunc etiam ordinem tenet beneuolum Verbū, præmittendi onerarios qui ſunt Spiritus Sancti dona; & tanta opulentia, copia, & abundantia, vt Regina, illa, onerarijs, aromatibus, ac ſpeciebus onuſtis, adueniens videatur. Quibus qui plenus eſt, dicere cū Paulo poteſt. *Chriſti bonus odor ſumus*; cumque impletur anima, benè alias ſecū trahere poteſt ad Chriſtum. Tracta enim trahit, & hæc aliam, & ſic quamplurimas, vt Sancta illa anima rectè dixit. *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorū tuorum*, vna ſi trahitur, ad plurimas trahendas ſufficit, quæ ſimul cum ipſa currunt, *poſt te curremus*.

Ioan. 5.

Threu. 3.

3. Reg. 10.

2. Cor. 2.

Cant. 1.

6 Non oportet autem, vt ad punctum ab eo recedamus, nè erremus: per veſtigia ſua, poſt veſtigia Chriſti: Non anteà per amorem, exiſtimationemque propriam; non à latere, vel pariter; *poſt te*; ò Humilitas Sancta. Humili puritate oportet limum ſenſualis amoris, propriæque exiſtimationis auferre, & ita aptæ, & diſpoſitę erimus ad odorem hunc recipiendum: & poſt veſtigia Chriſti ambulabimus.

Armatum etiam accedit Verbum, oſtēdens, ſe non tanquam debile ad nos venire, ſed tanquam forte, & potens, fortitudinis, & ſapientiæ ſuæ dona nobis afferens. Nec eidem Verbo ſapientia deficit, imò ipſa ſapientia eſt, *& ſapientiæ eius non eſt numerus*. Idem ſponſus à throno ſuo deſcendit, vt ſponſas in eo collocet;

Pſ. 146.

vt iterum Æterno ſuo Patri vniat illas, animamque ſe cognoſcentem introducit, cui tãtam communicat ſapientiam, vt ipſi vnita, nec creaturam, nec dæmonis deceptionem pertimeſcat, cum idem Verbum ſibi eam ſtrictiſſimè amore deuinxerit:& vt ita dicam, alterũ Deum per par-
Pſal. 81. ticipationem effecerit: *Ego dixi Dij eſtis*. A terra eleuat, eleuatam, ad thronum ſuũ conducit, & ab illo ad Patris ſinum, qui propter animæ vnionem cum Verbo, non ampliſus, quaſi eam, vt creaturam, ſed tanquam ſponſam, & idem cum ipſo Verbo, per ipſum Verbum, cognoſcit: quod totũ ab amore procedit.

7 Video animam ſponſas duas contemplantem. vnam, cui Verbum veſtem noua forma intextam impertit, quam de ſuo latere excipit, per totum ſigno Tau conſperſam, lilijs, roſiſque ornatam, ſpecioſiſque gemmis pretioſis intextam. Onerat poſtea collum, & caput gemmis, ità vt nunquam ſponſa ſic à Verbo ornata viſa ſit. Ingreditur poſteà Paradiſum, locumque illum ſpecioſum circumquaq; perluſtrat, Sanctiſſimæ Trinitatis locum intuendo, Beatis ſe communicando, gloriando cum Angelis, delitiando cum Seraphim. Poſt hanc ſponſam, alia aduenit, cuius veſtimentum eſt nuditas, ornamenta, nihil eſſe, & contemni, pro gloria ducere. Quæ ſponſa Paradiſum minimè ingreditur, ſed ad ianuam aſpicit per cancellum; non enim audet oculos eleuare, ad recipiendum, non dicam, Sanctiſſimæ Trinitatis thronum, ſed nec etiam Celi ſuperficiem. Quam harum duarum ſponſarum formam, anima mea eligeres? cuique libentius te vnires? Benè ambarum eſſe inſpice. Si ſapiens eſſes, nuditate veſtitam, magiſque contemptam eligeres. Sũt quidem nonnullæ, quæ veram ſecundæ, ſub vili habitu pulchritudinem minimè penetrantes, nunquam permitterent relinquere primam ita ornatam, pro ſecunda vili habitu induta: illam manu ducit ſponſus, & ad gaudendum cum Seraphim ducit; melius tamen eſt nuditate veſtitam accipere. Tibi competit anima mea. Prima humanatum Verbum repreſentat, quod dum nudum intueris in Cruce, pauper tibi videtur; ſecunda, Verbum Diuinum figurat, in quo licet ſint omnes diuitiæ, & gloriæ theſauri, & fons illius eſſe, quod creaturis communicat. *Omnia per ipſum facta ſunt*, Ita ſe tibi repreſentat, Ioan. 1.
quia te ita vult:& hic eſt ornatus, & habitus, quo ſe oſtendit, vt habitum hunc tanti facias, quanti æſtimari meretur: ſcias tamen, primam, gradum peculiarem, ſecundam verò gradum ſupra peculiarem, in quo magna operatur, eligere.

CAPVT II.

Actiones ad intra, & ad extra Sanctiſſimæ Trinitatis, ad creatam animæ Trinitatem traducit.

1 Ecce, beneuolum Verbum à regali throno ſuo deſcendens, relinquit, vt video, quamuis immutabile ſemper ſit in ſuo eſſe, relinquit, inquam, complacentiam, quam habet in ſinu Patris, & ad quieſcendum venit in hac creata Trinitate, ideſt creaturæ, propter tres animæ potentias, increatæ Trinitati, ſimili. Venit ad quieſcendum in Trinitate ſuarum ſpõſarum, ſibi per vnitatem ſimilium, & operatur per vnionem, in illis, quod in ſua Trinitate efficitur. In voluntate, quod Pater, in intellectu quod idem Verbum, & in memoria quod Spiritus Sanctus efficit. Totumque hoc in anima amoris affectu, & participatione agitur. Patris proprietas eſt generare, ſuique eſſe gloriam, & communicationem duabus Diuinis perſonis tribuere: & voluntas, Patris operationem efficiens, quando ſeipſam perdidit, & abnegauit, noua affectus virtute ſeipſã generat, cuntiſque affectibus gloriam præbet, cumque voluntas eſt pura, intellectus, Dei in eſſentia vni, & in perſonis trini capacior eſt. O quæ lingua vnquam exprimere poſſet, ac in dicendo ſatis ſibi eſſe, Deum adeo magnum habere ad cuius imaginem, & ſimilitudinẽ creata ſit. Verbum ſuo eſſe accepto, & à Patre æternaliter communicato, Patri, ac ſibi complacet, & ab vtroque amoris vinculo Spiritus Sanctus procedit; ità intellectus voluntati, quemadmodum Verbum

Patri,

Patri, complacet, opera ad quæ mouetur
perficiens,aſſenſum illis præbendo. Item
intellectus, ſicuti Verbum ſibi complacet
in operibus à voluntate peractis,concur-
rens etiam ad tale opus ; cum intellectus,
& voluntas eadem anima ſit , ſicut Pater.
& Verbum . Ab Æterno Patre, & Verbo
Spiritus Sanctus procedit.A voluntate,&
intellectu memoria procedit: & quemad-
modum Spiritus Sanctus idem eſt cũ Pa-
tre,& Verbo , concurritque ad Diuinarũ
perſonarum operationes;ita memoria ad
omnia uoluntatis,& intellectus opera cõ-
currere debet. In hac animæ Trinitate
omnes effectus , & affectus generantur ,
qui per participationem , & in actu amo-
ris,in tribus Diuinis perſonis oriuntur.
Oritur in trium Diuinarum perſonarum
Trinitate communicatio quædam , &
æqualitas cuiuſdam æterni , & in ſe per-
fectiſſimi eſſe, quod nullam inæqualitatẽ,
nec diuiſionem habere poteſt ; ac ita eſt
etiam in operationibus ad extra , in diui-
ſa ſunt enim opera omnia toti Sanctiſſi-
mæ Trinitati communia . De incarnatio-
ne quoad perſonam,non loquor : quam-
quis enim omnes Diuinæ Perſonæ ad Di-
uinam hanc operationem concurrerint ,
ſola tamen ſecunda Perſona , ideſt Ver-
bum incarnatum remanſit: prius ſiquidẽ
operatio hæc ad perſonam terminata eſt,
& poſtea ad naturam , & conſequenter
neceſſaria , non enim perſona à natura
diuidi poteſt,cum ſit idem cum ea.

2 Tota igitur Sanctiſſima Trinitas in
toto orbo diſponit, diſponit in Cęlo , di-
ſponit in terra;in Cęlo omnes gloriæ mo-
tus in Beatis,& in terra motus omnes , &
operationes naturales , quæ ſunt in crea-
tura;quia in ipſa conſeruationem, & per-
manentiam eſſe recipiunt,ſicut eſſe,& vi-
tam receperunt,eum tota ab illa creata
Pſal. 99. ſit.*Ipſe fecit nos,& non ipſi nos.* Dici tamen
poteſt,quod in Cęlo, ea, quæ ſunt ſuper-
naturalia,principalius diſponit, tanquam
particularius ab ea prouenientia , & vt
plurimum in rationabilibus creaturis.Ab
ea inquam prouenientia , vt ſunt gratia ,
& inſpirationes internæ:ſolus enim Deus
operari,& in cordis profundo ingredi po-
teſt,ad eum mutandum , & pro libito ſuo
voluendũ,cum ipſe vt Author dederit li-
bertatem , quæ non ab alio moueri , vel
neceſſario cogi quam ab ipſo,ſi voluerit,
poteſt , quamuis ſemper ſuauiſſime, & li-
berè eum moueat.Sanctæ igitur operatio-
nes,& motiones,quas in cordis profundo
rationales creaturæ ad Deum trahi, & ad
eum conuerti perſentiunt, à Sanctiſſima
Trinitate immediate proueniunt.Res au-
tem in hoc conſiſtit , quod cum totum
ſumma ſapientia ſit ab ipſo diſpoſitum ,
multoties nos non intelligimus , vel ſi in-
telligimus,nolumus,vt exequamur, intel-
ligere. Heia cor noſtum muta , tu quæ
eum feciſti,ò Sanctiſſima Trinitas,iterum
typis da , vt ita dicam , vt tibi conforme
totaliter ſit ; *& Spiritum rectum in noua*
in viſceribus meis . Verum tamen eſt, Pſal. 50.
quod quamuis cunctæ inſpirationes bo-
næ à Deo ſint , poſſunt tamen ſæpè eſſe
non bonæ , bonæ tamen apparere : & ali-
quando minimè eas perciperè videmur ,
& tamen verè ipſe inſpirat ; & deficere
videntur, quando magis neceſſariæ ſunt ;
Sed ſi ſpiritualiter viueremus , eas tunc
mitti,quando nobis neceſſariæ ſunt , nec
ante,nec poſt,neque ad punctum,cogno-
ſceremus . Tantum huic Trinitati animæ
interuenit. Naſcitur etiam in ea commu-
nicatio , ideſt dona , & gratias à Deo re-
ceptas proximis ſuis communicat, vt par-
cipes effecti , ſimul cum ipſa fructificent ,
Si vero anima quantum in ipſa Deus ſibi
complaceat,videre vult, quantum ſit cõ-
municatiua conſideret , dico tam de bo-
nis Spiritualibus , quàm temporalibus,
tàm de poſſeſſis,quam de concupitis:tàm
de ijs,quę cupit,& videt,quam de ijs,quę
non videt.ſed fide tenet.

3 Æqualitas inter perſonas Diuinas ,
à puritate,ideſt,ex eo quod ſit puriſſimus
actus abſque vlla imperfectione defec-
tus,ac dependentia , defectum in natura
Diuina denotãre,oritur. Vndè cuſtodiẽs,
vel recuperans anima , ideſt , hæc animæ
Trinitas,primam innocentiam,ſimilis , &
æqualis Deo, non natura , ſed participa-
tione,& gratia,euadit . Angelis etiam ſi-
milis,amoris vnione , redditur , cum ab
eodem Deo,qui illas creauit , creata ſit.
Imo aio,illis ſuperiorem eueniſſe propter
fælicem culpam (ſic dictam,cum per illã
aſperſio ſanguinis Verbi nobis donata

ſit) qua iiſdem Angelis ſuperiores reddimur; quia propter nos, ſanguis ita pretioſus effuſus eſt. Et audebo dicere, quod quamuis anima nullum ex ſe haberet meritum, ſed ſolummodo Verbi merita ſibi vnita, pluribus Angelis ſuperior redderetur. Et Chriſti meritum, quo tunc ve-
Rom. 13. luti pallio veſtiretur, *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, eam lumine gloriæ ita ornaret, vt pulchritudinem eorum, qui Paradiſi ciues nati ſunt, vt ita dicam, antecederet. Quamuis nos concurſu operum, meritis ſuis ditare velit. O Verbum æternum, & quid amplius requirit homo, vt ad amandum, & fruendum ducatur, quam quod ei dediſti? & licet millies infernum guſtare debuiſſet, vt frueretur, graue exiſtimare minimè deberet, nè dicã, parum, hoc, quod in mundo patitur, tantis dulcedinibus tuarum conſolationũ immixtum, & ſuauiſſimo amaro conſiderationis tuæ Paſſionis conditum.

4 Inſuper increata Trinitas glorificat, & dat gratias; ita hæc animæ Trinitas glorificat, & dat gratias, & quomodo? increata Trinitas glorificat hominem, & Trinitas creata glorificat Deum, volens, gaudenſque, Eum totam gloriam in ſeipſo, per ipſum, & à ſeipſo habere, & in cunctis operibus ſuis honorem, & gloriã Diuinam quærit; cum ſemper parata ſit ad vitam pro eadem gloria, & ſuæ Diuinæ Maieſtatis honore profundendam. Inſuper indiuidua Trinitas, creaturis omnibus aptis, diſpoſitiſque ad eam recipiẽdam, gratiam ſuam diſtillat, influitque, & animæ Trinitas etiam diſtillat, & influit: diſtillat omnium proximorum deſideriũ, & fortem influit voluntatem, vt creaturę redeant ad Creatorem. Hoc verò diſtillamentum adeò intrinſecum eſt, vt vſque ad intima cordis Verbi perueniat, de quo maximè ſibi complacet.

5 Poſtquam æterna Trinitas ſibi de creata Trinitate complacuit, Verbum ad incarnandum, hominemque redimẽdum miſit. Hoc animam efficere, audebo dicere, quæ cum nõ valeat hominem recreare, quid agit? ò Domine mi Ieſu, dicam ego. Deum recreat, ò quomodo poteſt illa Deum, qui totius creator eſt, recreare? Recreat in animabus, quæ illum perdiderunt, & propter animas recuperatas dicitur Deus recreatus. Hæc indiuidua Trinitas *Non eſt perſonarum acceptatrix*, Rom. 2.
ſed anxiorum deſideriorum, & amoris affectuum. Et ita hæc anima non eſt ſimiliter perſonarum, ſed veritatis acceptatrix. Hoc autem benè oſtendit ille, qui fuit in vtero ſanctificatus, ideſt Ioannes Baptiſta, & ille tàm parum agnitus Sãctus Angelus Carmelita, qui mortui ſunt pro veritate. Gloriari, & de ſe magna dicere deberet homo, & rationabiliter, quia ad tantam peruenit dignitatem, vt ad imaginẽ Dei factus ſit, & Deus factus ſit homo, vt in eo hãc Dei imaginem reformaret. O hominis dignitas, & magnitudo, & poſtea pro nihilo deperditur. Væ mihi væ mihi.

6 Trinus in perſonis, & vnus in eſſentia eſt Deus meus. Ad indiuiduæ Trinitatis vnitatem attinet de ſuis creaturis iudicium, quia ipſa creauit, licet per ea, quę humanatus Dei filius pro creaturis paſſus eſt, dicatur, Patrem dediſſe authoritatem, & iudicium iudicandi filio facto homine, tanquam Patris, totiuſque Sanctiſſimæ Trinitatis iudici delegato. *Conſtitutus Iudex viuorum, & mortuorum*. Et Act. 10.
homo virtute præditus iudicium agit, ſeipſum iudicat, & virtute ſua, iudiciũ eorum, qui cum cum virtute viuunt, agit.

7 In hac æterna Trinitate *Angeli proſpicere deſiderant*, cuius viſio glorificat 1. Petr. 1.
animas. Et in hac Trinitate creata non ſolum deſiderant Angeli proſpicere, ſed etiam ipſe Deus dictam animam proſpicit, & operatur in ea (quod infinitè maius eſt, quam ſi ſolummodo Angeli proſpicerent) & in opere extenditur, quantum ſibi ipſi complacet, & in opere ſuo: *Lætabitur Dominus in omnibus operibus* Pſal. 103.
ſuis. Deliciæ meæ eſſe cum filys hominum. Prou. 8.
O Magne Deus, in eſſentia vnus, trinus in perſonis.

8 Eadem indiuidua Trinitas, tãquam ſumma puritas, omne vitium, vtpotè deformiſſima macula, vbicunque inuenitur totaliter contemnit, ſpecialiter verò ſuperbiam, magis ſibi oppoſitam: & hoc ab ipſo principio viſum eſt, quando apoſtatam Angelum cum ſuis aſſeclis de paradiſo ciecit. Hoc præſtat anima, verè ma-

magnūm Deum hunc diligens; ſiquidem
cuncta vitia ſua,& ſpecialiter ſuperbiam
tàm in ſe,quàm in proximis ſuis contem-
nit: & ego opinor,quod facilius vitia alia
in proximis ſuis tolerat, quam ſuperbiā,
& hoc per participationem agit.

C A P V T III.

Mat. 28. De Verbi veritate, ac poteſtate,in
illis verbis. *Data eſt mihi omnis
poteſtas &c.* ratiocina-
tur.

1 ADeò conformis eſt Deo homo,
vt non poſſit cōſpici Deus,quin
videatur homo, nec homo, niſi videatur
Deus. Non dicat aliquis,Deum diligere,
ſi veritatem non amat; quomodo enim
dicere poſſumus, diligere Dominum, ſi
id quod eſt illo propinquius, illique ca-
rius non diligimus? ò Veritas, omni par-
ua tentatione, omnique reprehenſionis
puluere derelicta: & creatura minimè
vult cognoſcere Veritatem, quæ ex Deo
Ioan. 14. eſt, & Deus ipſe. *Ego ſum veritas*, Spon-
ſus tamen veritatis veſtimentum affert
ſponſis ſuis: nec veſtimento cōtentus; af-
fert etiam ſponſis annulum, qui aliud nō
eſt, niſi dicere illis, *Ego ſum veritas, vo-
bis do veritatem, veritatem diligite*. Et
quemadmodum nec finem,nec principiū
habet anulus, ita veritas, neque princi-
pium habet, neque finem. Vel vt ipſe di-
Exod. 3. cit. *Deus ipſe eſt*; ideoque in anulo hoc
pretioſa Verbi gēma includitur. Quodſi
pretioſa hac Diuini Verbi gemma con-
tenta non es, ò anima, eò quod eam ca-
pere non vales, validam petram purita-
tis humanitatis eiuſdem Verbi accipe:tā-
tumdem enim eſt, Veritatē dicere, quam
Verbum humanatum. Nec eſt veritas ſi-
ne puritate, nec puritas ſine veritate.

2 Secundæ Sāctiſſimæ Trinitatis Per-
ſonæ, quæ eſt Verbum, Data eſt omnis
Mat. 28. poteſtas in Cęlo, & in terra. *Data eſt mihi
omnis poteſtas in Cęlo, & in terra*. Ita in
animæ Trinitate,ſecundæ potentiæ, ideſt
intellectui, data eſt poteſtas in Cęlo,& in
terra. Data eſt Verbo poteſtas in Cęlo
glorificandi Angelos, ſpirituſq; Beatos;
& intellectus poteſtatem habet ſe eleuā-
di, & aſcendēdi vſque ad Thronum San-
ctiſſimæ Trinitatis, vbi radios illos,& in-
fluxus beneuolæ lucis ab indiuidua Tri-
nitate procedentis, recepit,nec poteſt in-
tellectus à quacumque poteſtate retine-
ri. Data eſt Verbo terrena poteſtas faciē-
di, vt creaturæ placitam ſibi vocationem
eligant; & intellectui data eſt poteſtas,vt
ipſo mediante omnes intrinſeci, natura-
leſq; animæ appetitus Diuinis ſubijcian-
tur illuminationibus: cum enim data ſit
tibi, ò Verbum poteſtas in Cęlo, & in
terra, te etiam in nobis hanc poteſtatem
habere negabimus? forſan *Data eſt tibi
poteſtas in Cęlo,& in terra*, ſed nō in crea-
turarum corde? etiam,quia licet eam ha-
beas, nos tamen arbitrij libertate habita
à te auferimus,ſed ſi poſſem,ò Verbum,
hanc libertatem in me,& in alijs eſſe,ali-
quando dolerem. Scio tamen te Deum
bonum eſſe,omniaque ſumma prouiden-
tia faciētem.Dicis, quod data eſt tibi po-
teſtas: in hoc, Patre minor te oſtendis, &
etiam humanitatem aſſumpſiſſe: homo
enim vt homo purus, ex ſe nullam habet
poteſtatem, niſi quam Deus ei dederit.
Ac ita dicendo. *Data eſt mihi poteſtas*,tan-
quam verum hominem te oſtendis. Væ
autem mihi, ò Verbum, quia multi ma-
iorem videntur habere, ſed vſurpatam
poteſtatem, proximorum ſuorū famam,
bona, & etiam vitam auferentes. Dicis,
ò Verbum *data eſt poteſtas in Cęlo, & in
terra*; proximè dicis, eſſe miſericors. O
quis poſſet magna myſteria in his verbis
abſcondita penetrare.

C A P V T IV.

De Verbi deſponſatione cum ani-
ma, in votorum emiſſione ce-
lebrata.

1 SEd non minus ſecretum, & Sacra-
mentum eſt, vt velis dilectas tuas
ſponſas in hoc tuæ vnionis die deſponſa-
re. Ad facienda ſponſalia, primum Sponſi
voluntas, ſponſæ conſenſus, & parentum
beneuolentia neceſſaria eſt. Inde ſcriptu-
ra facienda eſt, qua peracta,nunquam vt

plurimum retrocedunt ſponſalia. Manum etiam tenere coram Sacerdote, neceſſe eſt. Nec ſponſalia in Sponſi, ſed ſponſæ domo celebrari debent. Conuenientes etiam ornatus ſponſam oportet habere. & ſi hoc eſt, nudam hanc ſeparatim relinquere oportebit: ſi enim Sponſus miſeriã hanc in ſua ſponſa videret, erubſceret. Ornatus igitur hic oportet eſſe. O, quid facere debet ſpõſa nuditate veſtita? Clam à facie Sponſi Verbi ſe ornet, & ſi ſponſalia hæc in ſponſæ domo facienda ſunt, non attinebit ad te, anima mea, Sponſum in domo tua recipere? cur ita nuda manere vis? quomodo occurres? quomodo eum recipies? excuſationem afferes, dicẽs quia ei ita placere exiſtimas, nec poteſt talẽ aborrere nuditatem, cum ea ſe ornauerit, eamque ſe induerit. *In die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*: & ſi ita permanere vis, ita permaneas, ſed propter eandem nuditatem eris glorioſa: in domo igitur ſponſæ ſit vnio hæc. Sed ſi propriam non habet domum? in domo Dominæ fiat, & ego volo in domo Dominæ meæ permanere: non enim domum tali hoſpite dignam habeo. Fiat igitur in Mariæ domo.

Cant. 3.

At, ſi, ut etiam ſponſa hæc, ornata ſit, oportet, Primus, ac principalis ornatus erit, faciem ab omni macula purificare, & hoc erit, quod vt ſe purificet, & lauet, flumen debeat pertranſire, in quo Maria lac ſuum ad prædictam animam lauandam effundit.

2 Poſtmodum Spiritus Sanctus conueniens veſtimentum ei accomodabit. Quod veſtimentum erit charitas, & promiſſa, quæ Sponſo ſuo renouare debet; idemque Spiritus Sanctus ſpiramine ſuo attentius rei promiſſæ, & veſtimenti charitatis magnitudinem conſiderare faciet, & pro veſtis ornamento laudem aſſumet. Dignam indè catenam collo ſuo imponet, quæ erit amor, imó vnio, quæ pacem ei pepererat, ſinceritatis etiam, & prudentiæ ſertum, religioſis adeò neceſſariũ, capiti ſuo aptabit. Sed væ mihi, quid video. Mihi igitur nihil dabitur? cæteras omnes obſeruabo. Ah Sponſus ex derelictis, tu mihi ſuccurre. Duabus etiam murenulis ſe ornabit hæc ſponſa, eruntq; Leunculi duo, qui nouo prodigio, ac miraculo ad vitã redditi, ingentes ſæpius rugitus emittent, ad ſponſam, ſi quando dormierit, excitandam; eruntque anxia ſalutis proximorum deſideria, & ſui ſtatus gratiarum actio, & complacẽtia: Paulus enim ait, vt quilibet in ſua *vocatione permaneat*; eam perficere ſatagendo, & hæc non eſt Ancillæ, vel filiolæ, ſed ſpõſæ vocatio, quæ omnibus dignior eſt. Et ideo in ea oportet conuenienti perfectione ambulare. Armillas etiam patientiæ, & feruoris in operando habebit in manibus; ſi enim feruorem non haberet, in maledictum laberetur otium; ſi patientiã, opus nunquam perficeret. Cinctorium etiam habebit aureum, viridi, ac rubra varietate diſtinctum, quod erit fortitudo, & proximorum compaſſio: diſtinctum viridi, quia dum in hac peregrinatione moratur, ſpe regni cæleſtis indiget. Rubro vero, fortis amoris. O compaſſio ſancta quam neceſſaria es virtute præditis. Collo magnum gemmarum imponet vnius fili ornamentum, quod erit puritas cum fructibus ſuis. Crines, & gemmarum, & amethyſtorum varietate colligabit, quæ erit ſimplicitas, & mortificatio valdè Religioſis neceſſaria: licet enim in intrinſeco, in extrinſeco tamen aliqua ex parte circumſpecta eſſe debet.

3 Indè ſpõſa multum humilis permanebit, Sponſi aduentum expectando. Adueniens enim Sponſus, illamque ſuperbam inueniens, abhorrebit; ideo humilis erit, & ornata. Vnde Maria erit illi in Matrem, potior aduocatus in patrem, & Sacerdos, qui manum tenebit erit ſuæ Religionis ſanctior; iiſdem Sanctis, inuocari gratum erit, ſed multo amplius imitari. Veniet demum Sponſus magna comitatus caterua, Cherubinorum, & Seraphinorum chorum ſecum ducens, annuloſq; interni amoris aureos deferet, in quibus pro lapide, ſpecioſum Adamas cõnectetur, cum alijs quatuor lapidibus circum ad maiorem ornatum, id eſt Pyropo, Zaffiro, Cyrneo, & Carbunculo, & cum ſpõſa robuſtæ voluntatis manum extendet, cuncta, quæ promittit executioni mandare proponendo, & Sponſus iucundè amãterque annulos in digito ponet.

4 Prima

4 Prima Hyerarchia cum ſuauiſſimis ſonis in hac deſponſatione, & ſecunda cum dulciſſimis canticis aderit; vndè inuitari Virgines poterunt, quæ ſpecioſas ducent choreas, & Maria digniſſimã præparabit menſam; cumque Sponſus nobilis ſit, nobilis etiam erit menſa, in qua cibi nobiliſſimi, & omnifarij fructus opponentur. Menſa erit Diuinitatis Verbi cõtemplatio; & mantile, conſideratio vnitatia Sanctisſimæ Trinitatis; variæ communicationes Dei ad creaturas, flores erunt, menſam ornantes: Panis, Verbum humanatum. Quia verò eſt adhuc Sponſus, ſanguinis conſiderationem relinquemus, & pro vino, diſtillationem à Sanctisſimæ Trinitatis gloria procedentem accipiemus. Ciborum varietas, variæ virtutes erunt, quæ continentur in Verbo. Spiritus Sanctus erit Pincerna, Apoſtoli menſæ ſeruitores. Prophetæ conuenient ad
Pſal.18. cantandum. *Cæli enarrant gloriam Dei*, Et maximè Dauid, qui ea compoſuit. Sponſus mecum aget, quemadmodum Pater, qui filium malè ſe gerentem reducere vellet, quem licet diligeret, non diligere tamen, fingere oporteret. Ego ibi in angulo permanebo, ad omnes ſponſas ſocias meas intuendas; nihil omninò guſtatura. Sed tecum ero, ò æternum Verbum; quemadmodum paruuli à te ſurſum aſaſſumpti; qui licet eam gloriæ plenitudinem, quam plures alij Sancti posſidere videntur, non habeant; de eo tamen, quod habent, contenti ſunt. Vel omnia, quæ ipſæ habent, me habere putabo, quamuis non guſtauero, & Charitas, quę omnia facit communia, me non guſtantem guſtare faciet, alterius guſtum deguſtando. Nec cogitet aliqua creatura, tot dona, & gratias proprijs viribus, ſciẽtia, & voluntate habere, vel acquirere poſſe: validus enim eſſet error. Credat tamen, quod ego credo, imò pro certò ſcio, ideſt à ſe nec virtutem, nec bonum aliquod acquirere poſſe.

5 Maria verò quia Mater noſtra eſt, ad purificanda corda noſtra ſemper in promptu eſt: quędamque habet Pelluuia (per ſimilitudinem infimi mei intellectus loquor) quæ ſunt virtutes ſuæ, quibus purificare prius, & poſtea filias ſuas, Verbi ſui ſponſas, ornare vult. Conuenit autem ea, amoris affectu, inteſo deſiderio, & humilitate profunda ab ipſa petere. Et hæc vnionis renouatio toties fit, quoties promiſſa facta iterantur. Anima verò dilecta maiorem, vel minorem vnionem, ſecundum perfectionis ſtatum, vel ſecundum charitatem, quam in ſe habet, acquirit; & hæc votorũ renouatio internè ab anima facta, tantum Trinitati Sanctisſimæ placet, quanta eſt interioris complacentiæ renouatio, quam in ſe, ſuique ipſius habet anima, propter talem oblationem Deo factam. Primam iugiter prioris oblationis delectationem, noua complacentia, nouaque delectatione renouando. Mariæ verò adeò grata eſt, ac ſi ipſa puritatis votum renouaret.

6 Eſt etiam Angelis gloria, inſpirationes ab ipſis miniſtratas adimpleri cernentibus. Sanctis inſuper exaltationi eſt, per veſtigia ipſorum ſecutum creatorem videntibus. Virginum choro ſolatio eſt, quæ nouum renouant canticum, id quod magno exercuerunt affectu, augeri aſpicientes. Augetur etiã in ipſis gloria; quoties enim hæc renouatio fit, earum, vt ita dicam, feſtus dies celebratur, animaque maximũ acquirit fructum, cum in ea gratia augeatur, promiſſa facta roborentur, & noua quędam pax in ea oriatur. O quãtæ dignitatis ſunt hæc vota, ac promiſſa Deo in sãcta profesſione facta; cum illorũ renouatio tot dignos efficiat effectus, & anima tot recipiat fructus. Non igitur mirum, ſi qui lumen habet, tali feſtiua ſolennitate, quemadmodum, ò Verbum, Sanctisſimi Nominis tui Religio facit, prædictam celebrat renouationem; cum mundi homines natalitium diem, vel in quo aliquam recipiunt dignitatem tanti faciant; eò magis diem illum nos celebrare debemus, in quo ſolemni gaudio ſpirituali, Deo, indiſſolubili, ſed aliquantulum laxabili, vinculo vnimur.

7 At, ò Verbum, quomodo luce tua animam priuando, maius, indeficienſque lumen in ea infundes? ò, dicere audebo, prima vice futurum, vt te Sacramentaliter recipiens, te non guſtem. Sed hoc ſolũ à te quæro, ò Verbum: vt lumen præbeas, ſitque verum lumen illud, quo àdſita ambulan-

bulandum me cogis. O beneuolum Verbum, propè eſt tempus, in quo lux deficiet,& aduenient tenebræ. Venit lux,ſed obſcura:veniunt tenebræ, ſed claræ. Aduerſarios cum ſuis tentationibus ſigillatim conuenire iam video. Væ mihi,veluti apes circum flores eam circundare videntur,& quaſi flores, ſponſam ornare volentes,Tu autem,ò Verbum, manum aggrauando,non ſinis eos ſurgere, ſed Sanctos à te electos ad introducendam animam ſub ſuauiſſimis vmbris à te oſtẽſis,immittis: væ mihi:aliud eſt audire aliquid,aliud experiri.conuenit,ò Verbum, vt in die,in quo tuæ vnionis, ideſt Sanctiſſimæ Trinitatis feſtiuitatem celebramus, pro ſponſa rua aliam inſoliram, & ignotam vnionem reperias. *Sufficit mihi* 2.Cor.12. *gratia tua*.

CAPVT V.

Ioan.10. In ea Euangelij verba: *Ego ſum Paſtor Bonus*, Deum animarum Paſtorem oſtendit.

1 EGo ſum Paſtor Bonus. Bonus eſt Deus noſter ſuis ouibus propter tria. Primò propter naturam, cũ ſit Deus ſummæ bonitatis, qui nonniſi iuſtus, & Sanctus eſſe poteſt. Bonus propter operationem, quia cuncta opera eius fuerunt nobis cauſæ merendi. Bonus propter hæreditatem: præbet enim nobis ſuæ beatificæ viſionis hæreditatem æternam, dabitque animæ dotes, & corpori,cum glo-
Pſ.118. rificabitur.*Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine*. Hæ ſunt bonitates, quas nobis fecit;ſequitur enim. *Secundum Verbum tuum*. O;hæc dictio, Verbum, dupliciter intelligi poteſt. Verbum prout à Deo Prophætis promiſſum,quod poſtmodum miſit. Et etiam prout verbum à Sacratiſſimo Verbi ore pronunciatum,cum eſſet in hoc mundo, Cęleſtem dico,imo Diuinam illius doctrinam. Poſtquam verò Verbum in terram deſcendit,Deus miſericordiam potius erga nos exercuit, quam iuſtitiam,

2 Sonum quemdam tenet in manibus Paſtor ad ſuas vocandas ouiculas,habetque aliquas,quibus nomen imponit, & aliquando proprio ſuo cibo paſcit. Noctis tempore in grege proprio,vel in quibuſdam extenſis retinet retibus, canem apud ſe habet,vt eum excitet,quem ouiũ gratia diligit. Priuſquam eas mittat ad paſcua,in domo propria retinet. Significat hoc.quòd Deus prius in mente ſua nos retinet,& poſtea in hac lacrimarum, & miſeriarum valle nos mittit, vt hic paſcua ſumentes,lac præbere poſſimus. Canes ſunt Prædicatores. Sonus eſt Spiritus Sanctus,qui ſuas vocando ouiculas amoris cantica ſonat. Symbolum, & fidei articuli,retia ſunt; Paſtores, qui circa ſua animalia verſantur,nec de alio loqui, nec tractare poſſe videntur,quam de ouibus. Ita Chriſtus noſter factus homo, nonniſi de nobis,deque noſtra ſalute loqui ſcire videbatur,vndè dixit. *Ego autem in me-* Luc.22 *dio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat*. Nos ex illis ouibus ſumus, quas nominatim vocat,proprioque cibo paſcit: ſe ſe enim communicat,ei,quæ ſe,complacentia, & cognitione capacitatis illius, aptam reddit. Locus etiam in quo Paſtor lectulum ſuum tenet non differt à loco gregis ſui. Locus quietis animæ, cor ipſius propriũ eſt,in quo omnia eius opera, & potentiæ requieſcunt, & ad habitandũ in eo Deus ipſe venire minime dedignatur. Seque ad oſtium illius ſtare,ac pulſare dicit, *Ego ſto* Apoc.3 *ad oſtium, & pulſo*.

3 Hominis vita nihil aliud,quam crux eſt,in iugi enim militia ſumus; & Chriſtus etiam Crucem oſtendit, ſed à noſtris diuerſiſſimam; non enim alia tantum laborioſa vnquam inuenietur, ſicut illa. Nunquam Paſtores ſubtilia, ſed rudia,& vilia eligunt veſtimenta: & quid ait vox Ioannis? quod, *Qui mollibus veſtiuntur* Mat.11. *in domibus Regum ſunt*: & quodnam vilius veſtimentum Chriſto noſtro fuit,quã noſtram aſſumere humaninatem? Paſtor vt plurimum non armis, ſed fundulis ſe defendit. Benè ait Chriſtus Petro. *Mit-* Ioan.18. *te gladium tuum in vaginam*. Cum rugiens leo in hoc magno ouicularum grege ad eum deuorandum intraſſet, Verbum, tãquam amantiſſimus Paſtor, aduenit ad debellandum eum,non armis, ſed pœnis, & paſſionibus. Euangelium, omniaque

verba

vèrba illius ſunt fundæ, quibus à uoraci leone infernali nos dilectas oues defendit. Et ſeptem illa, in Cruce prolata, uerba, in quibus tantum charitatis ardorem, tantum ſalutis noſtræ deſiderium oſtendit, tantumque amorem, Cęlorum regnũ Latroni promittendo, nonne ſeptem fundæ fuerunt, quæ rugienti leoni caput contriuerunt? Dulce illud uerbum, quod in uita ſua protulit, ut nos ab eo, qui man-
Mat. 11. ſuetus, & *Corde humilis erat*, diſceremus, & illud aliud, ut eum ſequeremur, & alterutrum diligeremus, & multa alia, quid niſi fundæ fuerunt; quas aduerſus ferocẽ inferni beſtiam circumducebat? & quot ouiculas Paſtor noſter Chriſtus ab ore leonis abſtulit, ut Magdalenam, Matthæũ, alioſque? in Euangelio plures in uultu fundas emittebat, cum dicit, idem eſſe cũ Patre. Eum in Patre, & Patrem in eo eſſe in quibus, ſoli vni Deo adorationem cõuenire, nihilque falſorum Deorum adorationem valere, oſtendit. Hæc ſiquidem magna funda extitit; per hoc enim tot animæ ad infernum ruebant. Potentius eſt verbum verax, quam iniuſta percuſſio.

4 Tenuit ſemper Chriſtus in manu baculum ad vires reſumendas, & ad ouiculas ſuas aliquando verberandas. Baculum ſua Diuinitas eſt, propter quam vires reſumebat humanitas: quod in myſterio illo, quandò eiecit de de Templo vendentes, & in patrandis miraculis, manifeſtum fecit. Baculum eſt Crux ſua, quam à primo ſuæ conceptionis inſtanti aſſumpſit, portauit, quouſque dixit, *conſummatum eſt*. Suas ducit ouiculas ad paſcua humanitatis, vbi rorulentæ herbunculę, ſeptem donorum Spiritus Sancti, cum fructibus ſuis inueniuntur. Imò ſeipſo eas paſcit, Corpus, & Sanguinem ſuum eis præbens. Hij verò, quibus ad maiorem gratiæ nobilitatem peruenire conceditur, rorulentas illas internarum communicationum à Deo animæ infuſarum, & innumerabilium beneficiorum herbunculas guſtant. Alij altioribus herbis, quæ ſunt Cæli fœlicitas, ſatiantur; ſed hic deorſum per participationem, ſurſum verò poſtmodum per poſſeſſionem æternam. Quinam verò, ô Verbum, eſt limpidiſſimus fons, ad quẽ ad bibendum adducis? Tu fons es, fons ſapientiæ, & eſclamas, vt Qui ſitit veniat ad te, & bibat. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Dixiſti enim Samaritanæ, quod qui bibiſſet ex aqua, quam ei dediſſes, *Fieret in eo fons ſalientis in vitam æternam.* Ioan. 7.

5 Qui bibere vult; in Deo reflexionẽ, dulci relaxatione in eo, facere oportet. Singillatim animas illas immergere vellem. Ieſu mi, bene faciunt illæ: Aliæ magis, aliæ minus, omnes diuerſimodè, accipiunt. *Numquid omnes Apoſtoli. Non omnes* 1. Cor 12.
Doctores. Qui plus ardet, plura recipit. Quantò plus diligo, tantò nobiliorem ſedem Deo, in meo corde præparo: non enim aliud, niſi amor apud eum valet,

CAPVT VI.

Boni paſtoris officia proſequitur, & enarrat.

1 Poſtquã oues conduxit ad aquas; eas lauat, *Lauit nos in ſanguine* Apoc. 1.
ſuo, & Paulus ait. *Si enim Sanguis hircorũ,* Hebr. 9.
& taurorum, multo magis Verbi humanati Sanguis. Poſtquam lauit, forbices accipit, eaſque tondit: & hoc denotatur cũ anima inter timorem, & pænam, vel inter tentationes, & depreſſiones reperitur, Deus, appetitus illius, & deſideria, aliquibus paſſiones, & aliquibus proprium tollit amorem, ſecundum ſuum Diuinum beneplacitum. Pedes illarum poſtmodum ligat, eaſque ad iacendum accommodat. Senſus affectuſque noſtros ligat Deus, ita ut anima ſine guſtu, & ſenſu exteriori deſolata remaneat; parumque ligato interiori affectu, aliud dicere non arbitratur, quam *Eripe me, Et libera me de ore leonis:* Pſal. 21.
Iacet in ſuæ deſolationis, & miſeriæ cognitione anima, ſolummodo oculos eleuat aliquando ad petendum auxilium.

2 Quæcumque anima ſit, non poteſt ad perfectionem venire, niſi prius à Domino tonſa fuerit, qui in interiori, & qui in exteriori patitur. Qui ego propter Dei amorem patietur, dicere poterit. *Ego dor-* Pſal. 3.
miui, & ſomnum cępi, & exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me. Prius dormire debet, qui

Digitized by Google

qui vult, vt Dominus ſit, qui eum faciat ſuſcitare: & neceſſe eſt, vt faciat, quod facit dormiens. Qui dormit, malè de ſeipſo dicentem non audit; operantem non videt; de dormiente, vel vigilante nō triſtatur: ita dormire neceſſe habeo, ſi enim in mortificatione nō dormiero, alius patietur, & ego meritum non habebo; alius patiens erit, & ego non obtinebo coronam, Alius erit mortificationi deditus, & ego mei non ero Domina. *Ego dormiui, & ſomnum cepi*; cum anima ad perfectam humiliationem, & annihilationem peruenerit, datur ei poſſe gaudere, & dona, & gratias ei a Diuina Maieſtate conceſſas agnoſcere; eas enim recognoſcit à Deo, & cum eo, quod bona opera coram hominibus fiant, *Vt glorificent Patrem, qui in*
Matt. 5. *Cęlis eſt*, conformatur. Deum prius contemplari, eiuſque internas agnoſcere illuminationes oportet, & poſtea reſurgere, ideſt operari. Non ait *à me ſurrexi*, ideſt à me operatus ſum abſq; Patris mei
Pſa. 126. voluntate, ſed *quia Dominus ſuſcepit me*, quia meus Pater, & Deus; non ait, *homo*, ſed *Deus*: ſi enim cuncti homines inter ſe conuenirent, haud valerent ad operationem conducere; adiuuare poſſent, non facere, vt operemur; ſi mille annis ſcripturæ ſtudio incumberemus, Deo gratiam ſuam non præbente, *Inuanum laborauerũt*.

3 Lac deinde Paſtor à ſua ouicula ſumit, ſed non prius, quam abſtulerit filios; quouſque in nobis proprium amorem, propriamque retinemus voluntatem, nō poteſt à nobis lac ſumere. Paſtor ab ouicula ſtante, non iacente lac exprimit; & hoc denotat, quod cum liberum noſtrum arbitrium ſeſe determinat, Deique volũtatē facere, eumq; in omnibus honorare, eligit, in actu amoris, patientiæ, humilitatis, & cuiuſcũque tandem virtutis ſtando, tunc Deus à nobis lac ſumere poteſt. Cum in actu amoris, charitatis, & contemplationis Deitatis ſtamus, gratum illi eſſe exiſtimo. Quatuor pedibus ſtare oportet, vno non ſufficit: quatuor enim Cardinales virtutes habere neceſſe eſt. Calidũ exprimitur lac, ad ignem nihilominus ponere oportet. In igne charitatis ſuæ Deus, illud poſuit, illius inquam charitatis, qua dilexit nos, antequam ſæcula fierent. Nō poteſt cibus Domini ſui eſſe, niſi in igne ponatur; ſi opera noſtra de Ieſu paſſione non participant, ideſt, vt in gratia eius ſimus, ęterno Patri placere nequaquam poſſunt; ſed notandum eſt, gratiora eſſe Deo opera noſtra, quando Verbi operibus actualiter vniuntur, & amore, & charitate fiunt. Lac nō modo ſanis, ſed etiam infirmis eſt cibus; & hoc mihi oſtendit, quod Dominus vtitur etiā operibus noſtris in ſuarum auxilium creaturarum. Et quemadmodum infirmis præſtitum nō eſt neceſſe, vt ſit adeò calidum, ſicuti eo fortes, & robuſti vtuntur. Ita opera noſtra in auxilium proximorum patrata, vt cum illa actuali vnione cum Deo fiant, neceſſe non eſt; in hac enim actuali vnione, propria perfectio potius, quam vtilitas proximorum acquiritur. Lac noſtrum accipit Deus, cum alios electos, non iam infirmos, ſed fortes, paſcere vult, quia Iuſtorum opera cum manſuetudine, & humilitate facta, ſuperbiæ, elationis, & vanæ gloriæ calorem mitigant peccatorum. Vndè quemadmodum lac refrigerat, ita & ipſi ſanctis ipſorum operibus, itæ calorem refrigerant pauperum peccatorum. Beatæ illæ ouiculæ, quæ huius boni Paſtoris vocem audiunt.

4 Sed quot ſunt voces, quibus Ipſe hanc vocat ouiculam? priuſquam in terram veniret, Prophetarum voce vocauit; cum inter mortales Verbum viueret, propria tunc voce exclamauit. Tertiam in miſſione Spiritus Sancti vocem dedit. O quam bona vox; tantus fuit eius clamor, ut ſemel Sanctus Petrus mille conuertetit. Voce enim alia interiori exclamat, & beata anima, quæ eam audit. Nominatim vocat, quia quamlibet credentem animā proprio vocat nomine, cũ variæ ſint vocationes: eadem voce, ſed proprio nomine quemlibet ſecundũ vocationem ſuam vocat. Vocem habes, ò Verbum, adeò canoram, tantaque vocas dulcedine, vt aliquando nos, tanquam ignari, te non percipiamus. Sed quid agis, ò Verbum, ex ſeruis tuis aliquem mittis.

5 Sequitur Paſtorem ouicula, qui eam virga antecedit, prohibēs eam, ne intret ad cibum ſe nobiliorem, ideſt hominis, ſumen-

ſumẽdum. Cum anima ſequitur Verbum, eam Verbum operibus in ſua humanitate peractis antecedit. Virga ſunt præcepta, & cum ouicula trangreditur, ipſa virga eam retrogredi facit, nè cibum ſe maiorem aſſumat: Cũ enim Diuinitatis gloriam vſurpare, eiuſque cibo, quæ eſt gloria, & honor, paſci volumus, prohibet,
Pſa.113. ideoque nos dicere oportet. *Nõ nobis Domine, non nobis, ſed nomini ſuo da gloriam.*

CAPVT VII.

Pſal. 95. In ea Prophetæ verba. *Confeſsio, & pulchritudo in cõſpectu eius*, quomodo homines in terra, & Beati in Cœlo Deum confiteantur, edocet.

1 *Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius.* In conſpectu eius neceſſaria hic deorſum eſt nobis *Confeſſio* hæc, ideſt, te confiteri, ò Deus mi; ſed ſurſum ibi nõ confeſſio, non, ſed iuge laudis tuæ exercitium. *Et pulchritudo in conſpectu eius*; iuſtum eſt, vt *pulchritudo* in conſpectu tuo ſit, cum omnia à te pura, & pulchra facta ſint. Surſum laudis tuæ exercitium abſq; conditione effici poteſt, & efficitur, quia beatæ illæ animę ſemper te intuentur, ſed hic deorſum confeſſio noſtra, ut fiat cum conditione, reſpectu noſtræ cæcitatis, oportet. Confitemur hic quod credimus, ſurſum verò quod videmus. Sed dic, ò Verbum, quot conditiones hæc tua confeſſio habere debet? Poſtmodũ enim tecum abſque vlla cõditione ſurſum faciemus. Etiam, quinque ſpecialiter habere debet; prima conditio eſt, quod tui confeſſio fide fieri debeat, ut præ certitudine, euidentia videatur, & quodam dicendi modo, ſicuti in Cęlo, fides amittatur. Debet anima in te, & à te credere, ac ſi te proprijs videret oculis, quibus tamen te actualiter videndo, fidem amplius te videndi non haberem, cum præſens coram, oculis eſſes. Ceſſat enim fides, vbi eſt euidentia ſenſus. Hac conditióne teneor te Deum meum confiteri. Secunda, ſupra te debet eſſe fundata, tuique fundamento, qui petra viua es, ſtabilita. Tertia conditio eſt, proximos adiuuandi intẽtio. Quarta, tanta fortitudine, cordeque virili, fieri debet confeſſio hæc, vt ſi tormenta omnia, cunctæque pęnæ à creatura tolerabiles, ac mille inferni parati eſſent, nihil timeret, nihil curaret, ut hanc veritatem cuſtodiret. Quinta, & vltima conditio, confeſſio adeo perſeueranter debet fieri, ut ſi totam æternitatem in hac tua confeſſione impendiſſemus, iterum æternaliter perſeuerantes in eadem veritate conconfitenda, eſſe debeamus. Hic ſurſum in patria abſque conditione fit hæc confeſſio laudis, quia ſugeſtionis nullum eſt periculum, quemadmodum hic deorſum vbi mille ſugeſtiones ſunt, à laude tua nos auertentes, ò mi Domine. Quæ ſurſum eſt laus, non violenta, ſed propriæ voluntatis eſt, pura ſincera, abſque ulla mixtione; O quando ſurſum erimus, tunc ſuauitatem ipſius intelligemus, & capiemus.

2 *Confeſſio, & pulchritudo. Et pulchritudo.* Adeo magna eſt pulchritudo tua, ò Deus meus, ut cum tu ſolus eam, ſicuti eſt, intueri poſſis, tu idem ſolus comprehendere, & videre. Et ideò *pulchritudo in conſpectu eius*, quia coram te ſolummodo hæc pulchritudo apparet, & quia à teipſo, & per teipſum, videri poteſt, & comprehendi, & non à nobis, qui per peccati cæcitatem, & debilitatem noſtram, videre eam minimè poſſumus. Nec ſurſum plenè videre, nec comprehendere, ſicuti eſt, poterimus; & ideò in tuo ſolo conſpectu eſt, ſolumque à te poteſt hæc tua pulchritudo comprehẽdi. A te etiam pulchritudo noſtra procedit; quemadmodũ enim terra illuminatur à Sole, ita corpora, multoque magis animæ noſtræ à te illuminatæ, omnem pulchritudinem, & decorem, à te, qui es ſumma pulchritudo, & decor, procedentem, recipiunt.

Poſt te, Maria eſt; ò quam pulchra, venuſta, & gratioſa es, O Maria? *Pulchra es, & decora filia Ieruſalem, & macula non eſt in te.* Virgines ſunt, quæ à te, Deus meus, peculiarem hanc recipiunt pulchritudinem, ſecundum quod magis dilexerunt in te, dico, puritatem; Aliæ verò creaturæ tuam ſiquidem recipiunt pulchritudinem, iuxtà gradum amoris earum, ſed nõ

iam peculiari eo modo, quo Virgines, cũ ſit ipſa præmium puritatis. Siquidem hic deorſum in conſpectu tuo ſumus, ſicuti ſurſum erimus, ſed pauci, pauci ſunt, qui hic deorſum in conſpectu tuo permanent ità pulchri, ut à te diligi ualeant. Surſum in conſpectu tuo iugiter erimus, & in omnibus poteris delectari, quia tunc omnes tibi placere poterimus, cum omnes pulchritudinis tuæ participes erimus quæ non ſolum te, ſed nos etiam delectabit. Licet ex nobis ipſis, ſicut tu, nos ipſos uidere non poſſimus; eandem noſtram pulchritudinem in te tanquam in lucidiſſimo ſpeculo intuebimur; ità è pulchritudine tua à nobis uiſa, & à noſtra, quam in te conſpiciemus, maximopere conſolàbimur; cum tota beatitudo noſtra à uiſione tua procedat.

Quatuor ſunt, quæ hic deorſum in cõſpectu tuo nos ſpecioſos faciunt apparere. Prima eſt manſuetudo, & hæc eſt res adeò pulchra, vt ad te animam attrahat, ideſt adeò pulchra in conſpectu tuo apparet anima, hac manſuetudine induta, quod ſtatim ac eam intueris, adeo in eam propter ſimilitudinem, quam tecum habet, tibi complaces, vt ad te attrahas: & ita propter manſuetudinis pulchritudinẽ in conſpectu tuo trahimur.

3 Secundò habemus pulchritudinem tuo ſanguine mediante: ipſe enim eſt, qui nos purificat, & ornat. Vnde propter ipsũ valdè pulchri in conſpectu tuo apparemus. *Pulchritudo*: & decor *in conſpectu eius*. Tertium quod nos in hoc mundo pulchros in conſpectu tuo apparere facit, eſt Sanctiſſimum Sacramentum, ideſt Sacramentalis confeſſionis, & corporis, ſanguiniſque Verbi communionis frequentia. Hæc enim animas noſtras magnopere ornant, tibi ſimiles, quoad decorem, pulchritudinemque reddendo. Quartum eſt Sanctum Baptiſma, quod animam purificat, & ab omni peccati macula emundat, vnde ipſa propter illum candorem, in lauacro Sancti Baptiſmatis acquiſitum, adeò pulchra apparet, vt in conſpectu tuo, veluti ſtellæ, reſplendeat. *Candidi facti ſunt Nazarei eius*. Cuncta etiam Sacramenta à Sancta Eccleſia nobis collata, ſpecioſos coram te nos faciunt apparere. (Thren. 4.)

Virtutes Sanctæ à nobis exercitæ, ideſt fides, ſpes, Charitas, humilitas, patientia, & aliæ ſunt, quæ nos veſtiunt, ornantque, vnde de anima dici poteſt veſtita *Deaurato, circundata varietate*: & quemadmodum ſi aliquis præter naturæ ſuæ porportionem, pretioſis gemmis ornatur, deauratiſque veſtibus induatur, ſpecioſior apparet, magnumque decorem vultui ſuo ornamenta illa præbent, ac venuſtatem, ita anima benè proportionata per gratiam tuam in Baptiſmo, & in alijs Sacramentis collatã: cum poſtea tui, proximique charitate Sancta veſtitur, Sanctarumque virtutum pretioſis gemmis ornatur, ò quam pulchra in tuo conſpectu apparet. (Pſal. 44.)

4 Magnum etiam eſt animæ ornamentum, illud ab ore tuo prolatum adimplere. Te *Super Omnia diligere, & proximum ſicut ſeipſum*; & totum hoc à te procedit, vndè non poteſt anima in conſpectu tuo apparere, ſi proportionem, veſtem, ornatũ non tribuis, & pulchritudinem. Hæ conditiones eam prudentiam inſundunt in animam, quæ ab ignaris, & cæcis, imprudentia æſtimatur; oportet autem, vt hæ conditiones ſumma prudentia temperentur; Qui hic deorſum in pulchritudine hac perſeuerauerit, eo in loco poſtea collocabitur, ad quem præparandum tu Verbum aſcendiſti. Tu autem mihi ſatis es. (Matth. 22.)

CAPVT VIII.

Ad ea Chriſti verba. *Vado parare vobis locum*, hæc addit. (Ioan. 14.)

1 DIxiſti, quod locum præparare volebas; Et non præparaueras ante conſtitutionem mundi, ſicut prius dixiſti? Et ſi parateras, cur nunc dicis. *Vado parare vobis locum?* Si prius quam veneras huc deorſum iam parateras. cur dicis, ego vado ad eum ſurſum præparandum? O quibus vocabulis vteris, Verbum, vt ad noſtram ignauiam condeſcenderes. *Vado parare vobis locum*. Perrexiſti ad præparandum, non locum non, quia ab æterno non ſolus locus paratus erat, ſed regnum: non vna manſio, ſed plures manſiones,

Mat.25. Joan. 14. ſiones. *Venite poſſidete regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi*. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*. O igitur, ad quid præparandum, ad dexteram Patris in Cęlum aſcendiſti, ò Verbum? Aſcendiſti ſiquidem ad modos præparandos, quibus locum ipſum poſſemus acquirere: ſed quomodo? Spiritum Sanctum in nobis infundendo, quo intellectum illuminaſti, ordinaſti memoriam, & voluntatem mouiſti, eam igne tuo Diuino inflammando, vt pluribus bonis operibus elaborando, locum ipſum à te ab æterno nobis paratum poſſemus adipiſci. Pacis locus eſt ille, & iugi prælio debemus illum acquirere: eſt quietis locus, labore, pæna, & lachrimis conſequendus: Tandem locus eſt lucis, quem plurimarum tentationum, confuſionum, intrinſecarum & extrinſecarum afflictionum tenebris adipiſci debemus. Perrexiſti etiam ad præparandum locum, quia vbi tu eras, nos eſſe volebas. O, etiam, vt nos ſemper tecum eſſemus, ò meum bonum infinitum.

Ioan. 14. 2 Omnis creatura poteſt ſibi ipſi, & tu eidem, ò Verbum, dicere: *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me*. Omnis voluntas, omnis intellectus, omnis anima poteſt tibi dicere, quòd tanto tempore tecum fuiſti, & ipſa te non cognouit, & idem potes illi dicere, ò Verbum. Angelis dicere potes. Angeli verò nobis: Tanto tempore vobis cum fuit, & non cognouiſtis eum? Neceſſaria eſt hæc reprehenſio. Quotquot à te fugiunt, curuæ intentiones, opera maculata, impura verba; omnia hæc quoddam à te fugere cauſant. Sed etiam, etiam, Tu es vbi ſunt, qui fugiunt à te; ſed iſti nequaquam ſunt, vbi tu es. Tu in inferno, ò Verbum, quia iuſtitiam tuam exerces, ſed infernus non iam eſt, vbi tu, quia ſummum bonum, & gloria es. Tu in ſinceris cordibus habitas, & ſincera corda in te, & dici poteſt. Pſal. 88. *Exaltaui electum de plebe mea; manus mea auxiliabitur ei*.

Mat. 18. 3 In vnione es, & vnio in te eſt. Quod in vnione ſis, tu ipſe dixiſti, *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum*. Sed væ, væ, & millies væ illis qui propter minimam perturbationem, tuam, proximique vnionem deuaſtant. Audebo autẽ dicere, & confitebor, peius apud te eſſe, bonam proximi inter ſe vnionem vitiare, quàm eam, quæ eſt inter te, & ipſos: non enim poteſt proximi vnio inter ſe vitiari, niſi etiam vnio, quã tecum habebant vitietur. Superbi talem vitiant vnionem: ſunt enim in congregationibus veluti Dracones, & ſerpentes, qui omnia flatu venenant. Væ, væ animæ, intellectum, reliquaſque ſuas potentias in humilitate fundatas non habenti, væ inquam Congregationi illi, in qua ſuperbia habitat. Væ Eccleſiæ, in qua tot ſuperbi morantur; ſed væ maius, ſi ſuperbia in Eccleſia à tuorum ſeruorum humilitate minime vinceretur. Quia verò in loco, ad quem parandum aſcendiſti ſuperbiam nolebas, ſtatim, quod erat ſuperbiæ, in profundum inferni deieciſti. Superba anima, cadenti, imò in lacu, non aquæ puræ, non, ſed fætidæ lapſo, ſimilis eſt. Congregatio illa, in qua ſuperbia habitat, neceſſe eſt, vt iugiter, ſicuti qui in campo pugnat, exerceatur. In ea Ciuitate, in qua ſubditi, & Principes ſuperbi cõmorantur, iuge eſt bellum, ita ut mendici euadant populi. & fame moriantur. Sed Eccleſia, tanquam nauicula in mari demerſa eſſet, niſi à ſeruorum tuorum humilitate ſuperaretur. Patitur, patitur quidem vndam, & tempeſtatem aliquam, ſed *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. Mat. 16. eſt in vndarum medio, tanquam ſolida petra, fideles tuos credentes ad portũ æternæ vitæ dirigens.

CAPVT IX.

In illa Euangelij verba: *Simile eſt Regnum Cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo &c.* Mat. 13. hæc fatur.

1 CÆlorum regnum. Simile eſt homini, qui bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo. Regnum hoc, eſt Verbũ ſub Sacramentalibus ſpeciebus abſconditum, quod ingreditur in animam, ut in ea regnet. Regnum eſt Verbum, quia regnum in multis habet dominium, ita idẽ

Verbum Regno ſe aſſimilat, propter dominium, quod habet in omnibus. Cum ab Æterno ſuo Patre declaratus, & conſtitutus fuerit Rex, & Dominus abſolutus Cęli, & terræ, & totius vniuerſi, cum omnibus creaturis, & totum quod in eo continetur. *Rex Regnum, & Dominus Dominantium.* Regis regnum non in palatijs ſimpliciter, poſſeſſionibus, vel alijs conſiſtit, ſed à dominio, quod habet, regnum dicitur, tantique vocatur Rex, quanti ſub dominio, habet, & regno. Verbum verò meum, omnium Dominus eſt, & etiam animarum, creaturarum ſuarum, voluitq; homini aſſimilari. Simile eſt regnum Cęlorum *homini*, vt poſſit coram Patre nos ſibi, gratiæ operationibus mediantibus, aſſimilare. Etenim quemadmodum Ieſus noſtra mortali veſte indutus, opera noſtra, licet vilia, & infima facere voluit, ut ſua, propter fructum ab eis trahendum, noſtra euaderet; ita placet ei, vt operationes eius, quantum conceditur, imitemur, vt coram Patre, noſtræ appareant ſuæ, & tanquam vnigeniti filij ſui eſſent, diligat, & acceptet. Apoc. 19.

2 *Bonum ſemen*, quod homo iſte diuinus *in agro ſuo ſeminauit*, Sacro Sanctum eſt Euangelium. A ſponſi mei ore, Diuinũ hoc Sanctorum ſuorum verborũ ſemen, veluti parua perfectiſſimi auri granula, exit. Terra in qua dilectus meus ſemen aureum ſeminat, eſt cuiuslibet creaturæ anima. Diuinum hoc ſemen mediantibus Prædicatoribus ſpargit, qui iugiter Diuini verbi ſemen abundanter in animabus ſpargunt: & quemadmodnm materiale ſemen, poſtquam ſeminatum eſt, potius terræ, quam agricolæ ſeminantis eſt, ità Dei verbum, ideſt eius eloquium, potius audientis, quàm dicentis eſt: qui enim dicit, docere principaliter intendit, qui verò audit; propriè exequi, & operari intendere debet. Terra hæc noſtrarum animarum ſeminata, pretioſo ſanguine tuo, ò Ieſu mi, à vulneribus tuis abundanter ſcaturiente, vt copioſum præberet fructum, irrigata fuit.

3 *Cum autem dormirent homines, venit inimicus homo, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici.* Hæc zizania ab infernali inimico ſeminata eſt in anima, quando illius potentiæ, quæ vigilare debuerant, dormiebant. Etenim cum eædem potentiæ excitatæ, diligentes, ac vigilantes non ſunt; maximè poſt receptum Diuini verbi ſemen, antiquus humani generis aduerſarius, diabolicis ſuis tentationibus ad animam uenire minime tardat, zizania quod ſemen ſuum eſt, ſupra optimum Diuini verbi ſemen in eam ſeminare; & hæc zizania proprius amor, propriumque iudicium eſt, diuinis oculis adeò diſplicens, ut animas illis obnoxias reſpicere nequaquam poſſint. Amor hic, & iudicium proprium obices ſunt, impedientes, nè cum animabus creaturarum ſuarum vniantur, in illiſque perfectè ſibi complaceat, ſicuti immenſa eius liberalitas adeò concupiſcit.

4 Non vult Dominus, vt zizania eradicetur, & tollatur, non, non, ait enim, *Ne forte colligentes zizania, eradicetis cum ea ſimul, & triticum.* Bonus hic Deus aliquãdo non eſt contentus, nec vt propriũ hoc iudicium, propriuſque amor ab aliquibus tollatur animabus, dum in hoc mundo viuunt, quamuis illi diſpliceant, cum ſint perfectionis impedimentum: quia cum ſit Sapientia æterna, videt, quod abſque huius amoris proprij, iudicijque iactura, plures animæ ea opera bona, & exercitia, quæ faciunt, non patrarent: vnde ea non tollit, nec eradicat, nè à bonorum operũ perfectione, ad proximorum ædificationem, & Eccleſiæ Sanctæ augmentum, deficiant. Tempore autem meſſis, quod erit in fine vitæ earumdem animarum ſe ipſas nimium diligentium, punientur. Licet diu toleret Deus in anima illa zizania, nemo tamen credat, eam unquam in ſuo uitæ æternæ horreo, cum ſemine optimo repoſituram, niſi prius totum ſemen malum fuerit in Purgatorij igne conſumptũ. Sũma prouidentia ſimiliter Deus hic ſapiẽtiſſimus permittit, ut aliquæ aliæ animæ hæc proprij amoris zizania in ſe habere minimè uideant, quia ſcit, quòd ſi cognoſcerent, ita pertimeſcerent, ut bonũ aliud non efficerent. Vnde dum non cognoſcũt, nec eradicare poſſunt, & ita in ipſis unà cum bono ſemine creſcit uſque ad mortem. Deus autem, etiam meſſis tempore quod in eorum morte erit, hæc in ipſis zi- Matt. 13.

zania

zania non placuiſſe oſtendet;ea enim non cognouiſſe,defectus eorum fuit, cum propter eorum cor vile,& puſillanimum, tali cognitione ſe reddiderint incapaces. Vnde etiam à ſupremo Iudice in purgatorij flammis mittentur,ad zizania,quæ in ipſis cum bono ſemine creuit,conſumenda. Dicet enim Dominus , qui eſt homo ille Euangelicus, *Qui bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo . Colligite, colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum*. Non permittis iam , ò Deus meus, vt in aliqua à te electarum animarum,proprius hic amor , & iudicium inmotum maneat,nam earum aptitudinem ad eum cognoſcendum vides: his lumen, & notitiam internis inſpirationibus præbes,vt eum eradicent , & euellant, Ità à malo hoc ſemine in hac vita purgatas, Dominus , meſſis tempore adueniente, à ſeminis campo, animas nullo interuallo aſſumit, & magno iubilo illas in ſuæ vitæ æternæ horreo reponit. Etiam , etiam Domine.*Tritium autem congregate in horreum meum*.

CAPVT X.

Ieſum aperto lateris fonte videt: Animas veluti ſitientes Ceruas eſſe debere,ad monet.

1 DIlectum meum, pulchritudine, & ſplendore circumfuſum aperto latere video,qui veluti claræ, ac limpidæ aquæ fons apparet. Ad bibendum in eo Sacrato fonte , animæ redemptæ magis prouocari deberent, quam ad materialis aquæ fontem Cerui ſitientes incitantur. Ad fontem hunc currere nonnullas animas video ſitientes , Alias lento gradu , alias quidem currere, ſed ſitim aliquam non videntur habere, ſed,ad aliarum ſocietatem,nō quia ſitiant,currunt. Aliquas meo dolore,cerno,quæ ad eum nullo modo pergunt:quia caſu viuentes, non concupiſcunt,nec Dei honorem, animarumque ſalutem ſitire curant. Aliquæ poſtea melius habent conſilium , ſe ad fontem ducere,quid valeat,cognoſcentes:ſed minimè conantur . Aliæ tandem determinationis motiuum nullum efficiunt , ſed obſtinatæ,& duræ in earum obſtinata voluntate perſiſtunt.

2 Valdè anxij ſunt Cerui ad fontis aquam bibendam:& animæ ſitientes , & anxiæ,Diuinum honorem, animarumque ſalutem ſanguinis prætio redemptarum ſitire debent, haud permittentes quantū ex parte earum eſt,vt tot, tantæque in infernali baratro pereant, eo quod humanis reſpectibus,nolint eas, Zelanti defectuum,ac peccatorum correctione contriſtare. Et hæc diſſimulatio, ò quam odioſa.eſt Deo? quamuis enim ipſe velit , vt aliorum defectus in cordis intimo compatiantur,placet nihilominus ei,imò vult. vt ij,ad quos ſpectat , in caſtigandis culpis Zelantes ſint,& rigidi , vt corda purgentur à zizania , fiantque purgatum frumentum,dignum , vt in Dei horreo vitæ æternæ introducatur,Si ita cum peccatoribus ſeuera exerceretur iuſtitia , ò quam maius auxilium,quod non datur,Dei Eccleſiæ præberetur. Eſſe valdè ſilueſtrem , Cerui proprietas eſt.Placet Ieſu,vt animæ ei Sacratæ ſilueſtres ſint, & à ſecularium commercio,& confabulatione retractæ; cum enim Chriſti ſponſæ ſint, neceſſitate ſolum compulſæ, cum illis colloqui deberent, citius, quoad poſſunt , ab illorum conuerſatione , ſe expedite curantes.

3 Tertia Cerui proprietas eſt(ſed hæc Deo diſplicet,ſi in anima inuenitur) quod quando infirmatur,& languet , non amplius ſitit . Ità animæ , veluti ceruæ infirmantur,& languent, nec ſitiunt, quæ Diuini honoris deſiderium omne perdiderunt . Vndè quaſi violenter ducuntur ad fontem, ideoque nec in via Dei proficiunt ; ſed tepidæ,virtutes Sanctas minimè appetentes, quauis minima occaſione labuntur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

Chriſti verba, *conſumatum eſt*, ab anima, Euchariſtiæ Sacramento refecta; & de eiuſdem ſanguine, Pſal. 64. *viſitaſti terram, & inebriaſti eam* poſſe dici, intelligit.

1 CVm anima in Sanctiſſimo Altaris Sacramento vitę panem in ſe receperit, propter arctam vnionem illam, quam cum Deo fecit, poteſt etiam benè Ioan. 19. ipſa dicere, *conſumatum eſt*. In cęleſti illo cibo, bona omnia collecta ſunt: ibi deſideria omnia in Deum adimplentur; & quid aliud anima velle poteſt, ſi omnia continentem in ſe retinet? ſi charitatem deſiderat, illum in ſe habens, qui chari- Ioan. 4. tas perfecta eſt, (*Deus charitas eſt*) eius charitatis perfectionem in ſe habet. Ita ſimiliter de viua fide, de ſpe, de puritate, de patientia, de humilitate, & de manſuetudine. Chriſtus enim, in anima, virtute huius cibi, virtutes omnes producit. Et quid amplius velle, aut deſiderare poteſt anima, ſi virtutes omnes, dona, & gratiæ, quas velle, aut deſiderare poſſet, in illo admirabili Deo, qui verè ſub ſacramentalibus ſpeciebus permanet, ſicuti verè in paradiſo ad Patris dexteram ſedet, col- Coloſ. 2. lectæ ſunt? *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*; O, ò quam benè igitur, anima Deum hunc habendo, & poſſidendo verè poteſt dicere; *conſumatũ eſt*. Aliud non vult, aliud non deſiderat, aliud, quam ipſum non cupit, qui tunc totum ſe dedit, ſeipſum cum donis ſuis communicando.

Pſal. 64. 2 *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam*. Quàm verum eſt, fortunatam illam Montis Caluarij terram à magna copia ſanguinis, de mei Redemptoris corpore effuſi, viſitatam fuiſſe. Vndè non mirum ſi terra, eiuſdẽ ſanguinis potentia inebriata, licet inſenſibilis, nec lingua gratias reddere poſſet, contremuerit, & aperiretur, erga Creatorem gratitudinis ſignum, in eo quod poterat, oſtendendo: cum ille donum adeò pretioſum impenderet? Viſitata, & Chriſti ſanguine inebriata eſt Caluarij terra, etiam, etiam: ſed multò magis per eiuſdem ſanguinis effuſionem, amore Diuino cordis noſtri terra inebriata eſt,

3 Et quẽadmodum qui magnam vini copiam hauſerunt, propter illius vehementiam, ſæpiùs eructant; ita anima hoc inebriata ſanguine, laudes Diuinas, actiones que gratiarũ creatori, eructat ab ore, & propter vehementiam copioſi amoris in eius corde regnantis, in ſancta, proximiſque exemplaria verba prorumpit, & totum quod loquitur in Dei honorem, animarumque vtilitatem redundat. Imò dicere audebo, quod anima sãguine inebriata, nunquã infructuoſa, & vana verba proferre, audietur. O, dulcis ebrietas eſt hæc ſanguinis mei Verbi. O, ſemper eo ebria eſſem, quia ſemper Diuini amoris calore cor inflãmatum experirer, nec mihi curæ eſſet, ſi amore ſtulta, & amens apparerem. O amor, ò ſanguis. O ſanguis, ò Amor.

CAPVT XII.

In ea Canticorum verba: *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, de Chriſti latere, hæc eructat. 2. Cãt.

1 O*Mnia in ſapientia feciſti, & Intro-* Pſa. 103. *duxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*; Sed quæ cella ſacro latere tuo pulchior, quadrata, & accommodatior, ò Ieſu mi? Iuſtum eſt, vt tu ordines charitatem, cum charitas ordo ſit. Te autem, qui ipſa charitas es, eam in anima ordinare deficiente, in ea omnis ordo deficeret. *Omnia quæcunque voluit* Pſa. 113. *fecit in Cęlo, & in terra*, & in anima credente. Deus autem noſter in Cęlo, omnia quæcumque voluit fecit. Qui verò huc ad latus tuum perducuntur, puri ſunt, & Virgines, & ideò dicere poſſunt. *Hi ſunt, qui* Apoc. 14. *cum mulieribus non ſunt coinquinati*; Sed multis modis, multiſque vijs anima ad hanc lateris tui cauernam perducitur, ò Verbum. Tres peculiares vias, vel gradus, quibus anima ad hanc *cellam vinariam* aſcẽdit, me intelligere facis. Hi tres

gradus

gradus, Humilitas,Iuſtitia,& Amor ſunt. Quorum fundamenta ſunt Diuinitas tua, Anima tua, Verbum, tuaque humanitas. Humanitas eſt,quæ fundamentum aptat, & baſim, in qua primus ſcalæ gradus quieſcere debet. Primus gradus eſt humilitas, quæ nos ad hanc tui lateris cellã vinariam ducit. Agitque etiam humilitas, ut animam poſtea ad Diuinum Verbum conducat: ſicut enim humilitas, Verbum Diuinum in cellam vinariam vteri Virginalis conduxit, ita humilitate mediante anima ad eum ducitur. Humilitas eſt, quæ compatitur omnes, omnibuſque tam perfectis, quam imperfectis inferiorem in virtute, & bonitate ſe exiſtimat,& qui verè ſanctam hanc humilitatis virtutem poſſident, hi ſunt, de quibus dici po-
i. 57. teſt, quod *Spiritus Domini requieſcat ſuper humilem,& quietum.* O Verbũ,ò Deus, tantus eſt amor tuus erga humilitatem, tuoſque humiles ſeruos, ut talem virtutẽ poſſidentibus, ſublimia tua ſecreta conferre, cęleſtiumque magnitudinum intelligentias communicare digneris. Humilitas ſanctum ſuipſius odium parit,& conſequenter magnum proximi amorem. Ipſa ignaros in tuo pectore nutrit, ſuique lactis ſuauitate ad te etiam attrahit infideles.

2 Secundi gradus fundamentum, eſt puriſſima anima tua, ò Verbum. Gradus in quo quieſcit,ſancta Iuſtitia eſt. Hæc, ò quot filios parturit. Sed, ò quot ego video, qui ſub miſericordiæ pallio, proprios, ſuorumque ſubditorum defectus impunes relinquũt: ideoque propter hoc magno inferni periculo ſe exponunt. Sed quæ maior miſericordia eſſe poteſt quam offenſarum tuarum miſereri, poſthabitis medijs, quibus earundem offenſarũ grauitas cognoſcatur, & in ipſis pęnitentia, & emendatio ſortiatur? ſed cum iuſtitia fit, iuſtèque exercetur, ipſa à te procedit, ò Deus, & ab humilitate nutritur. Stateram in manu tenet, cunctiſque quod iuſtum eſt tribuit: bonum operantem remunerat: magno reddit honorem; maiori debitam reuerentiam; paruo, & minori charitatem, & quod competit illi; & hoc ita pauperi, ſicut diuiti; ita ignaro ſicut, & ſapienti; cuilibet iuſtè, quod cõ-
petit, & ſpectat, tribuit. *Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, Iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt.* Pſal. 10.

3 Te ſemper,ò Deus meus,iuſtitia hęc intuetur,ad te oculos dirigit; Et quid eſt iuſtitia hæc? & quid eſt quod ſemper ad te oculos dirigit? O Iuſtitia, tui eſſe propria eſt, Deus; propriè Iuſtitia Deus eſt, & qui virtutem hanc habet in ſe, ad te ſemper oculos dirigit, propter ſimilitudinem, quam habet in te. Oculoſque dirigendo ad te, ſic iuſtum te videt, ut potius ſuper te omnia peccata noſtra, ò incarnatum Verbum,punire volueris,quam à Iuſtitia deficere; ideò non ceſſat iuſtitiã in ſeipſo, & in alijs exercere, errores, erranteſque puniendo. Iuſtitia hæc parit,& nutrit; veritatem parit, Virgines nutrit; cũ nihil aliud ſit, quam continuus ſinceritatis actus ergà Deum, & proximum.

4 Tertij gradus fundamentum non eſt aliud,quam Diuinitas tua,ò Domine, à te ſolo cognita. Gradus in quo ipſa quieſcit eſt Amor, qui in ſe maximũ habet motum, itaut in momento ad tui Diuini lateris *cellam vinariam* nos conducat. Hic amor parturit etiam, & nutrit; te Deum in anima parturit,nutrit etiam,ſed
quos? *Beati pacifici, pacifici, quoniam filij* Matt. 5.
Dei vocabuntur. Nutrit igitur Dei filios; parturit Deum, cuius filios nutrit; filij autem Dei, pacifici ſunt. Qui vult filius Dei euadere, pacem amare, in ſeipſo, & cum alijs pacificum eſſe, oportet. Omnes hi gradus non modo ad hanc lateris tui vinariam cellam nos ducunt, ò Domine, ſed aio quod à latere, ſumus poſtea, non amplius in cella vinaria,ſed ad tuæ Diuinitatis thronum introducti, & in cęleſti Paradiſi patria collocati, à qua ſuperbi, & inuidi dęmones præuaricati ſunt. Ego vero in ſecundo, & tertio gradu conſiſtere mallem; indè enim faciliter ſaltum facere poſſem,& ab eo ad cellam vinariam peruenire. O iuſtitia parum adeò nota, minuſque exercita. Qui autem vires ad hanc ſcalam aſcendendam non habet, ſocios ſibi aſſumat, ideſt qui humanis occupationibus nimium grauatus, mentem ad ſublimia eleuare nequiret, vocaliter oret, corporalibus deſudet operibus; hac ſiquidem ratione ſcanditur etiam, & de Deo

in cella vinaria participatur, ſed hoc, vel alio modo aſcendere magna differentia eſt. *Ordinauit in me charitatem.* Quæ charitas theriaca quædam eſt, omnem animam, eam in ſe habentem nutriens, & conſeruans. Animam tibi Deo, & te Deũ animæ nutrit, & dona data conſeruat. Charitas eſt, quæ principium omne ad finem ſuum conducit, refrigerat in Purgatorio animas, dat Deo gloriam, confuſionem dæmonibus.

CAPVT XIII.

S. Didacum, S. Franciſci alumnum, ſpeciali gloria ornatũ cernit, cuius virtutes imitari ardenter cupit.

1 O Te felicem, & beatum Aduocatum meum, qui iugiter in intuẽdo Verbo delectaris. Et nunc te iubilantem, Agnumque immaculatum, vna cum Sanctis Virginibus, ſequentem, in medio quatuor ſpecioſarum Reginarum poſitũ, ſub pedibus volantem Aquilam tenentẽ, cerno. Trium illarum Reginarum te ſeruum in terra effeciſti, & vnam pro ſponſa habuiſti, nunc vero omnes in Cęlum tibi obſequntur. Obedientiam, & paupertatem in dextera tenes; puritatem, & charitatem in ſiniſtra, & humilitatem pro diademate, & gloria. Pro Reginis, in hoc mundo Obedientiam, Paupertatem, & Puritatẽ elegiſti, quibus te in ſeruũ dedicaſti. Ita quilibet Religioſus Obedientiã, Paupertatem, & Caſtitatem profitens, virtutes has tanquam Reginas ſibi eligit, quibus deſeruire tenetur. Sed quod obſequium à nobis Reginæ iſtæ requirunt? Puritas, & maximè cordis, multa requirit. Omnium Deo, ſibique ipſi inferiorum difficilem abrenunciationem requirit, vt in ſolo Deo quieſcat. Obedientia, ut in nulla re etiam ſancta, habeat voluntatẽ, lætam reddere ſeruitutem, feruentem amorem proximo, ſuperioribus reuerentiam, cæcum ſe in obedientia reddere; ſimpliciter, & reciprocè tàm æqualibus, quã ſuperioribus, & inferioribus obedire

2 Paupertas, vt diuitiæ, mundique delitiæ derelinquantur, requirit; abrenunciantibus enim nobis tranſitorijs, ipſa incommutabilia, & æterna donabit. Quodſi puritas rerum omnium tranſeuntium abrenunciationem, plus hæc requirit; vt nõ modo relinquantur, ſed etiam, vt Chriſti pauperibus largiantur. Multi generaliter loquendo, rigoroſam hãc Aduocati mei paupertatem non obſeruant. Forſitan autem Religioſi omnes eam non ſtrictè in eorum Regula ſub præcepto poſuerunt? ſed paupertas in ſinceritate, rectitudine, & ſimplicitate, quam quilibet obſeruare poſſet, conſiſtit; cuius paupertatis forma à paucis hodie cognoſcitur.

3 O, glorioſus meus Aduocatus, quam benè in medio harum Reginarum reſidet aliquando illæ à dexteris, aliquando à ſiniſtris aſſiſtunt, & aliquando circulum faciẽtes, Eum in medio ponunt. Sed ex his, quæ intellexi, quid lucrabor? non erunt mihi profectui; multa enim intelligo, & pauca operor. Cordis puritas difficilis nobis videtur, obedientiam non percipimus, nec poſſumus capere paupertatem, quia illam minimè experimur, cum paupertatis ſeruitus ſit pati, & cuilibet in Religione ipſum pati, & conſequenter paupertatem ſufficienter obſeruare videatur. Tu verò, ò Aduocate mi, Pater, Mater, Frater, Soror, & Sponſus humilitatis eras. Pater eras, quia non ab humilitate poſſidebaris, ſed tu, quod maius eſt, humilitatem poſſidebas. Mater, quia in teipſo eam generabas, & ad eandem cupiendã, & apprehendendam operibus, verbiſque creaturarum animos inclinabas. Frater, & Soror eras; quemadmodum enim frater ſororis neceſſitatibus ſubuenit, cumque eam ab omnibus derelictã aſpiciat, in ſuam recipit, adiuuatque; ita & tu virtutem hanc à S. Franciſco Patre tuo, qui magnis exemplis tibi eam tradidit, accepiſti. Tibi etiam curæ fuit, vt exhortationibus tuis Patres, Fratreſque tui, illam in ſeipſis exaltarent, honorarentque: forſitan non ero capax quomodo ei Sponſus fuiſti? quemadmodum Spõſus nihil agit, vt non ad complacentiam, & voluntatem ſponſæ non intendat; ita & tu, nec proferebas verbũ, nec opus aliquod faciebas, in quo humilitas non ſplendeſceret.

4 Nunc

4 Nunc vellem illius Aquilæ ſub tuis pedibus reſidentis, ſignificationem intelligere. Contemplationem, orationem, vel amorem oſtendit, qui, dicere velim, non ambulare, nec currere, ſed volare te faciebat: omneſque aliæ virtutes tibi auxilio erant, vt ad contemplationem peruenires. Puritas enim aptum te reddebat, extollebat paupertas, obedientia quietũ te in omnibus præſtabat, & Deo charitas
Ioan. 4. vniebat; *Deus enim charitas eſt*. Oratione, & contemplatione in hoc mũdo indigebas, nunc vero iugiter Deum vides, & de eo gaudes. O quam magnæ huius virtutis charitatis particeps eras. Si enim loquebaris, propter charitatem loquebaris, ſi inſpeciebas propter charitatem inſpiciebas; operum tuorum principium, & eorũmdem finis, propter charitatem erat. Quælibet tãdem tua interior, & exterior actio, propter charitatem, & in charitate fiebat. Charitatis dignam Reginam hanc nec ad punctum cognoſco, nec pro nunc ad eam intelligẽdam applicare me volo; nimis enim à cæteris virtutibus, ad hanc conducentibus, diſto. O quot decipiuntur, eam poſſidere arbitrantes, & eam nõ agnoſcunt. Ecce experientiam. Audiens aliquid de te, & ſuo ſpecie charitatis, ne Deus offendatur, aliquo modo contriſtaris; ſed bene attende anima mea, quia aliquando non eſt propter zelũ, ne Deus offendatur, ſed ne tu ipſa offendaris. O Deus vellet, ut ſemper rectus hic zelus interueniret; ſed aliter euenit, quia verè nec cognoſcitur, nec intelligitur ipſa charitas, quæ adeò ingens eſt, ut cunctæ Angelorum linguæ ad eam enarrandam non ſufficerent. Sed quid facies anima mea, de virtutis huius agnita magnitudine? non erit tibi proficua: claudetur enim Cęli feneſtra, eædemque virtutes remanebunt in Cęlo, te in terra remanente, & licet illæ in terra ſint, tu conſpicies illas, & laudabis, ſed non præhendes.

CAPVT XIV.

Reciprocas inter Deum, & animam complacentias enarrat.

1 Complaceat ſibi in creatura Deus, & creatura in eo. Gaudẽte enim ſibique de Dei magnitudine complacente creatura, quod Deus ſit ipſe Amor, ſumma Potentia, Sapientia, Bonitas, & quod in illo omnis perfectio, & virtus ſit; Deus ſibi complacet in ea quæ ita ſe, in ipſa complacuerit. Cõplacebit ſibi creatura Deum eſſe magnum; & Deus ſibi cõplacet in illa, quod in ſe habuerit magnitudinis eius complacentiam. Complacebit ſibi creatura, Deum eſſe Amorem; & Deus in ea ſibi complacebit propter cõplacentiam, quam illa habuit, ſe eſſe ſummum, & perfectum Amorem. Alia de Dei Potentia, & Sapientia ſibi complacebit; & Deus ſibi cõplacet de illius animæ complacentia, ſe eſſe potentem, & ſapientem. Si anima de aliqua Dei virtute ſibi complacet, Deus in illa de tali complacentia ſibi complacet, quam de tali virtute ſibi ipſa complacuit. Si de pluribus virtutibus, & attributis illa in Deo ſibi complacet. Deus in illa de complacentia, quam de pluribus virtutibus, & attributis habet. Deus etiam hoc modo ſibi in anima complacet. Infundit ipſe in ea virtutem, in qua, vt in Deo eſſet, illa ſibi complacuit, & ita creatura fit eidem Deo aliqua ex parte ſimilis, & per participationem alius Deus efficitur. Ita cum Deus virtutem in anima infunderit, in ea ſibi complacet, quemadmodum prius ipſa in eo ſibi complacuerat; cum enim in illa complacentiæ obiectum infunderit, ſtatim quod ipſa eam poſſederit, ſibi complacet. Vndè quanto magis anima de Deo delectatur, ſibique complacet, tantò maiorem complacentiam in eo cauſat, ſimiliſque per participationem euadit.

2 O quam magna, & immenſa, & infinita eſt Dei mei magnitudo; talis, ut Iuſti omnes, qui ſunt, & erunt, cum toto eo, quod per ſcientiam, ſcripturam, & Dei reuelationem audierunt, nunquam perue-

uenerint, nec perueniant, neque ad intelligentiam (per ſimilitudinem) minutiſſimi arenæ granuli, comparatione illius, quod eſt. Sed quid dicam arenæ granuli? imò vmbræ, imò nihil. O Deus mi, magnitudinem hanc in te retine. Nec amplius tãtam largiaris participationem huic viliſſimæ creaturæ, qualis ſum ego, cuiuslibet boni incapaciſſima. Tene, tene illam in teipſo, ò Deus, & in ea tibi cõplaceas. etiam ego complacentiam attraham; ſed aliud, ob meam debilitatem, intelligere haud curo.

3 Et quid me intelligere facis, ò Domine mi? quomodo eſſe poteſt, ut etiam in peccatoribus tibi complaceas? etiam in illis, etiam, etiam. Per iuſtitiam, & miſericordiam tibi complaces; per miſericordiam quando conuertuntur, & per iuſtitiam, cum peccatum relinquere nolũt, & ita eos puniendo locum in eis ſeuera tua iuſtitia inuenit. Eodem modo in ijs animabus, in obſcuro inferni carcere, per totam æternitatem collocatis tibi complaces: non enim pęnam peccato eorum condignam imponis, in hoc earum miſertus, ſcilicet citrà condignum puniendo; exercesque in pęnis toleratis iuſtitiam, ſecundum peccati conditionem. Et quid amplius creaturæ tuæ facere poteras, ò Deus meus? Deſideras (ſi in te deſideriũ cadere poteſt) vt creatura in eo ſtatu innocentiæ, in qua eam creaſti, quamque poſt Sancti Baptiſmi lauacrum conſecuta eſt, perſeueret. Et hoc non propter te deſideras, nullo tibi bono creſcente, cum ſis tu bonorum omnium compendium, ſed propter creaturæ tuæ gloriam, qua ornatam eam videre, adeò tibi cõplaces.

CAPVT XV.

Deum animæ iuſtæ vnionem diligere, propter ſimilitudinem, quam cum illa habet, intelligit.

1 QVid cauſæ in creatura inuenire potes, ò Deus meus, vt adeò in hac animæ vnione delecteris? eſt enim adeò infirma, & vilis creatura hæc, tu verò adeo magnus, & infinitus, vt nulla inter nos cõparatio inueniatur; & quomodo lux cum tenebris, immenſa bonitas, cum ipſa malitia poteſt conuenire? Ah Domine mi; in hac vnione tibi complaces, propter ſimilitudinem quam tecum habet anima, à bonitate tua communicatam; ſicut enim Deus eſt trinus, & vnus, ita illa tres in ſe potentias habet, & anima vna ſolummodo eſt. Propter memoriam, quæ prima potentia eſt, ſimilis eſt Perſonæ Patris, cui & potentia appropriatur; O, memoria noſtra, ad retinenda præſentia, & præterita, & ea, quæ quotidiè adueniunt, & poſtea intellectui, ac voluntati, alijſque inferioribus potentijs, iraſcibili, & concupiſcibili communicare, impotens eſt? In ſecunda potentia, qui intellectus eſt; homo ſimilis eſt Perſonæ filij Verbi, cui Sapiẽtia appropriatur, ſpecialiter in hoc, quod per intellectum noſtrum capaces reddimur, ſummũ bonum, quantum noſtra debilitas ſuffert, intelligendi. Per voluntatem anima, tertiæ perſonæ, qui Spiritus Sanctus eſt, cui bonitas appropriatur, ſimilis effecta eſt; & cum voluntas ſit, quæ operatur, ideo ut bona ſit, neceſſe eſt, ut Deo opera noſtra placeant.

2 Hæc voluntas Deo placet, ſed multò magis, ſi cum ſimpliciſſima ſimplicitate, maximè in obedientiæ religioſæ operibus cõiuncta fuerit. Vndè maius in Diuino conſpectu eſt opus paruum, obediẽtia, & ſimplicitate à Religioſo peractum, quam aliud excellentius, & apparens, factum quidem propter Deum, ſed inueſtigatione, & humanę prudẽtiæ diſcurſu.

3 O quàm neceſſarium eſt animæ, vt ſe annichilet, & in centro humiliationis ſe deijciat, purum nihil ſe veraciter cognoſcendo, ac reputando, ſi magnum Deũ hunc ad ſe attrahere velit; ipſe enim ad attrahendam ad ſe creaturã, rem adeò miſeram, tantum ſe deiecit, & humiliauit.

CA-

CAPVT XVI.

Sanctos Innocentes, cum bonis Religioſis, in puritate, & martirio comparat.

Verbum. 1 IN te nunc filia mihi complacere volo. Cumque hodiè dies ille repreſentetur, in quo totum ſanguinem pro animarum ſalute effundere volui, te nunc creaturam meam attrahere mihi placet, ad meipſum. Scis etenim, me dixiſſe. *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*; & per Prophetam. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.* *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum, quocumque ierit: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei, & cantabant quaſi Canticum nouum ante ſedem Dei, & nemo poterat dicere illud, niſi illa centum quadraginta quatuor millia.* Etiam Religioſi, qui Virgines viuunt, immaculatum *ſequuntur Agnum* cum candido Innocentium exercitu; cum ſint in virginali ſtatu, multum Deo grato, & accepto, in quo amanter ſibi complacet, & delectatur. Eorum aliqui propter candorem, & lucem mirabiles ſunt: ſed alios cerno, pulchrum hunc candorem, aliquantulum obſcurum, & coopertum habere; quemadmodum faciunt nebeculæ, Solis radios cooperientes. Hi hallucinatione hac, Verbi complacentiam impediunt: non enim in operibus, rectam illam, & puram intentionē, placendi Diuinę ſuæ Maieſtati ſolummodo, habent. O, pro quam leui re Religioſi tam magnum, infinitumque theſaurum, quem nobis purum hoc operari, intelligere, & inſpicere, affert, ſibi ſubtrahunt. Nemo poteſt puræ intentionis effectus exprimere, niſi qui in ſe experitur.

Ioan. 12.

Prou. 8.

Apoc. 14.

2 Religioſi Sanctis Innocentibus in martyrio aſſimilantur; quamuis enim iugum illorum ſuauiſſimum ſit feruentor amātibus, poteſt etiam nihilominus glorioſum appellari martyrium, cum iugiter patiantur, qui intactam eam puram religioſæ vitæ obſeruantiam, ſicut in Sanctis votis, ita in alijs inſtitutis, voluerint cuſtodire. Siquidem hi puri Innocentes Religioſis ſuperiores ſunt, inquantum propter Ieſum vitam, ſanguinemque dederunt. Superantur verò in eo, quod eorum martyrium temporis momento finitur: Religioſorum autem, diuturno tempore durat, & tamen iuge martyrium eſt. Inſuper illorum martyrium voluntarium haud fuit, Religioſorum autem integra voluntate ſumptum, & complexum eſt; ſed ò quam pauci ſunt, qui ad hanc meriti altitudinem perueniunt. Delectatur Ieſus, cum Religioſi ſanguinem offerunt ab eo in paſſione effuſum, eodem modo, quo in diſtillante purorum Innocentium ſanguine delectabatur. Placet tibi, ò immenſæ bonitatis, & miſericordiæ Deus, ut ego intelligam, quod cum à ſeruis tuis veracibus tui effuſi sāguinis oblatio fiet; in peccatricibus animabus vel conuerſio, vel ad ſalutem diſpoſitio ſortietur; dummodò ex parte illarum obex minimè inueniatur. Cantant etiam Religioſi Canticū illud nouum, ante ſedem Dei, cum in Choro Diuinas pſallunt laudes, recta ſēper, ac pura ſuæ Diuinæ Maieſtati placendi intētiōne; O quam delectatur Deus in veraci Religioſorum laude. *Rectos decet collaudatio*, Etiam, etiam; Domine mi. *Pſal. 32.*

CAPVT XVII.

Præcipuas S. Ioannis Euangeliſtæ virtutes commendat.

1 HVmilitas, Puritas, & Amor, fuerunt, ò dilecte Ioānnes, virtutes illæ, quæ te Dilecti nomine dignum reddiderunt. Plurimi Religioſi ſunt, qui puritatem poſſident, ſed væ mihi, plurimi etiam ſunt, qui eam cum duabus alijs virtutibus, Humilitate, & Amore minimè coniunctam habent. Abſque aliarum virtutum exercitio, ſplendor, candorq; virginitatis, ornamēto priuatus, & quaſi obnubilatus remanet. Nihil tibi placet, ò Deus meus, ſine Humilitate, & Charitate, virginitas. Plures animæ, quæ virginitatem coluerunt, in inferno inueniuntur; nulla tamen in cœleſti patria anima, quæ in vita humilitatem, amoremque non poſſederit, inuenietur.

2 Perfecta fuit in te ſancta humilitas, ò dilecte Ioannes, nec talis, qualis regnat in animabus humilitatem poſſidere cupientibus. Curant aliquæ eſſe humiles in ſeipſis, nolunt tamen Deo, & creaturis humiliari. Ah, quod iſtæ tales in vanum eam quærẽt, quia nunquam poſſidebunt. Alia perſonarum conditio inuenitur, quę Deo ſe ſubijciunt, præceptis, iuſſiſque illius obtemperando; nullo autem modo creaturis propter Deum ſubijci, & humiliari volunt; & hi licet aliquo modo de humilitate participent, ſunt tamen tanquam vili, lacera, ac malè ducta veſte induti: cum veſtem à Diuinorum præceptorum obſeruantia acquiſitam neſciant cuſtodire, illam ex ſeipſis dilaniant, lacerantque, humilitatem cum proximis exercere neſcientes. Aliqui inueniuntur, qui humilitatem quærunt, Deo ſe, & creaturis propter Dei amorem ſubijciẽtes, cordiſque affectu eam in oratione petentes, & hi ſunt, qui eam acquirunt; non eſt tamen hæc perfecta humilitas; quouſque enim anima ad vltimam deiectionem, qua ſe nihil eſſe cognoſcat, non peruenerit, nũquam perfectè humilis dici poteſt.

3 Verum tamen eſt, ò Aduocate mi, ò dilecte Ioannes, quod nunc me intelligere facis, quòd ſi quælibet anima, humilitate cupida, minimè ſe ſubijciet, & per demiſſionem, vilemque ſuipſius exiſtimationem ſe vſque ad inferni profundũ deiecerit, verè ſe ſpiritibus ipſis infernalibus peiorem, non natura, ſed culpa, exiſtimando, nequaquam verè dici poteſt, veræ humilitatis perfectam poſſeſſionem habere.

Verum etiam eſt, prout à te, ò Aduocate mi dilecte, intelligo, quod anima, quæ in ſe humilitatis perfectionem habuerit, facillimè etiam amoris poſſeſſionem habebit, nihil aliud exercendo. Ad Diuinũ enim amorem obtinẽdum nihil aliud requiritur, quam in multa deiectione, & humiliatione exerceri, cum amor ex ſe, nullo inuitante, in humilem animam ingrediatur. Sed quinam efficacior inuitatus amor fieri poteſt, quàm animam humilitatem poſſidere? Nũquam viſum eſt, nec inuenietur cor humanum humilitate plenum, quod amore pariter non fuerit ſuper plenum. Hoc amore, ò Deus meus, tecum perfectè anima vnitur, tecumque per amoris participationem idem efficitur; ò dulcis amoris vnio: vni, vni, ò amor, omnia corda Deo, ſtrictè, & indiſſolubili nodo, vni, vt nunquam ab eo, qui poteſt illos fęlices, ac in æternum Beatos reddere, valeant ſeparari.

4 O dilecte Ioannes, verè tui, meique Domini dilectus; intelligo, quod in ſuaui illa quiete ſupra pectus Ieſu, amoris ſecreta ſublimia, guſtuſque ſuaues attraxiſti: iacebas enim in medio illius pectoris, in quo cor illud ignitum reſidebat, & in quo omnes ſacratiſſimi ſui ſanguinis amabiles venę redũdabant. Cor eſt, quod ad ſe ſanguinis calorem totius corporis attrahit: ita Ieſus tibi Ioãni membro ſuo dilecto, à Diuino ſuo corde, ignitũ amoris calorem infundebat, ita ſupra ſacratũ pectus illud quieſcebas, eamque tàm altam Sapientiam, Diuiniq; Amoris ignem ingentem attingebas, quo poſtea, Euangelij prædicatione, mundum vniuerſum implere potuiſti, Verbum illud Diuinum eructando, & in omnibus Chriſti membris, totũ, quod à Diuino corde illo hauſeras, infundendo. O amantiſſimum, & Diuiniſſimum Ieſu pectus; cum incarnatum Verbum non amplius viſibile ſit in mundo, dilectum Ioannem imitari non poſſumus, ſed loco pectoris Ieſu in Sancto Euangelio quieſcere debemus; hoc enim non aliundè, quàm à Diuino humanati Verbi corde proceſſit; & quemadmodum in corde vita, ita animæ vita, in præceptorum, & Euangelicorum conſiliorum obſeruantia conſiſtit.

CAPVT XVIII.

Fluminis effectibus, animæ, & Mariæ puritatem aſſimilat.

1 VEluti flumen abundans in me, & in qualibet anima puritas eſſe debet. Flumen magnam aquarum multitudinem recipiens, dilatatur, niſi aquæ claudentibus obicibus, retineantur. Sic pura anima, flumen dicta, cum limpidiſſimis Diuinæ gratiæ aquis impletur, ſe

impe-

impediri non ſinens, nec ob exterioris operis clauſuram retineri, dilatatur, & magnopere in Deo vnico dilecto ſuo amplificatur: & aliquando etiam ab humanis operationibus impedita, propter quorum neceſsitatẽ non poteſt per transformationem amoris cum Deo ſingulariter inueniri, agit ad inſtar fluminis, quod cũ ſe non valeat, quantum vellet, dilatare, ſeipſum deprimit, ſeque deorſum, quantum mollis terræ lenitas, ſaxorum, lapidumq; priuata obſtaculis patitur, aggrauat; cumque amplius ſe deprimere non poſsit; ſurſum vehementer attollitur: ita inquam, pura hæc anima, aquis Diuinæ gratiæ plena, cum neceſsitatibus impeditur exterioribus, in Deo ſe dilatare non valens, quantum poteſt, deprimitur, ſeipſam per cognitionem ſuę infimę vilitatis, humiliando: cumque in cordis ſui centro duritiei lapides, vel ſaxa, vel ſolidã pec- peccatorum terram non inueniat, faciliter per humilitatis affectum, in ſui non eſſe cognitione ſe deprimit.

Attollitur etiam anima hęc in ſua operatione; cum in ea ſemper ad Dei gloriã, & honorem, fixum habeat oculum. Huiuſque animæ opera eleuata, ac magnifica ſunt, quia labore, paſsione, magnoq; dolore exercentur, ob iugem timorem, nè Deus in illis offendatur.

2 Hunc alium effectum pręſtat etiã flumen, quia alluit, affundit, irrigat terram, vndè ſemen, quod in ea ſpargitur, magnoperè fructificat. Per hanc Verbum accipiam, & rectè ita vocare audebo, cum terrenam noſtram aſſumpſerit humanitatem, in qua, cum pura anima ſanctorum deſideriorum ſemen proiecerit, quæ ſunt pura, ignitaque ſuſpiria, ſæpius à dilecto Sponſo emiſſa, aquis habitæ gratiæ alluta, & irrigata, fructum producit copioſiſſimum: & quemadmodum fructus nõ terræ producẽtis, ſed ſeminantis eſſe dicitur, ità huius animæ fructus non eſt Dei, cum noſtris operibus non indigeat, ſed vult, vt tota noſtra ſint; & quamuis omne opus noſtrum virtute gratiæ ſuæ fiat, vult tamen, vt nos eorum fruitionem, & fructũ, non modo in hac, ſed etiam in alia vita habeamus.

3 Fuit puritas tua, ò Maria, veluti flumen, ſe dilatans, ſe deprimens, ſe attollens, terramque irrigans. Dilatabatur in Deo Maria, in ſuis Diuinis, ſublimibuſq; cõtemplationibus. Deprimebat ſe in humillimis ſuis operibus, eleuabatur recta, ſinceraque intentione; fixum iugiter tenens oculum mentis, ad dandam in ſuis operibus gloriam, & honorem Deo ſuo. Maria irrigauit terram, ideſt Diuini filij ſui corpus, aquis lachrymarum ſuarum; quæ etiam ignita deſideria ſalutis animarum irrigantes, quis copioſiſſimum neſciat fructum, quem produxerunt, iugiterque producent? intelligebat etiam, dixitque, quod humanati Verbi puritas, fluminis effectus, altiori tamen, & mirabiliori modo, faciebat. Verbum puriſſimum per charitatem, & puritatem ſeſe in creaturis, veluti flumen dilatauit. Quando tamen à peccatorum obſtaculis retentum non fuit: tunc enim deorſum ſe depreſſit. O quam benè depreſſit ſe in incarnatione facta in Maria, quando ſe in Natiuitate deiecit, & quantũ in omni vita ſua? quod totum effecit, vt à nobis lapidum peccatorum noſtrorum duritiam tolleret; terramque noſtri cordis emolliret, & ad gratiam ſuam recipiendam diſponeret. Eleuatum eſt poſtmodum flumen hoc in admirandis operibus, miraculiſque in mũdo perpatrandis, Quibus Diuinitatem ſuam manifeſtauit. Animarum noſtrarum terram gratia ſua irrigauit, fecitque eam & facit iugiter verbis ſuis fructificare, ideſt Sancti Euangelij ſemine, quod docuit, iugiterq; per ſeruorum ſuorum prædicationem docet. Fructum autem hunc totum pro ſe expetit, non quia noſtri magnus hic Deus indigeat, ſed quia vult, vt gratiam ſuam agnoſcentes, ipſius fructus honorem, & gloriam illi impendamus.

4 Flumen, alium etiam pręſtat effectũ, & eſt, eſſe terribile, ac pertimeſcendum, Cum propter indeſinentes pluuias vehemens, rapidumque redditur: tunc enim diſſipat, conterit, rumpit, ſecumque fert omne quod inuenit. Hunc etiam effectum faciet Verbum in die Iudicij vniuerſalis: cum enim in nobis viuentibus, miſericordiam ſuam ſic copioſè dilatauerit, veniet poſteà, ſeuera ſua iuſtitia, ſe dilatans; imò quantò magis ſe in peccatorum cordibus

in

Digitized by Google

in miſericordia extenderit, tantò magis, cum eam non receperint, in eis iuſtitiam ſuam dilatabit:& quantum Dominus hic deiecit, & in hoc mundo ſe humiliauit, tantum poteſtate, & Maieſtate eleuabitur, ad maiorem pęnam, damnumque ingratorum peccatorum, qui immiſſam Diuinæ gratiæ ſuæ irrigationem recipere noluerunt.

CAPVT XIX.

Colloquitur æterno Patri, à quo hominum malitia oſtenditur.

Anima Adſum, adſum.

Pater 1 SCias filia adeò magnam eſſe creaturarum malitiam, quod ſi non eſſent electi, & ſponſæ meæ, qui me placarent, tantam iuſtitiam, vindictamque videres, vt eam ferre non poſſes, & admirareris. Ideoque nè obdormire velis, ſed tanquam inſtrumentum meum, vnà cum electis meis, placatum me reddere curabis, aduerſus tot offenſas, in me, & in Veritatem meam commiſſas. Et ſcias, quod illi, illæq; qui offenſas meas non repræhendunt, quaſi eis aſſentiri videntur, magiſque malitia, & iniquitas in creaturarum cordibus, iuſtitiam, vindictamq; proclamat, quàm non faceret ſanguis Abel. Malitia, quæ in cordibus creaturarum reperitur, adeò meam offendit bonitatẽ, vt ſi illam intelligeres, qualiſue ſit intueeris, quem reciperes laborem, ſufferre nunquam poſſes; tantam tamen videre te faciam, quanta eſt capacitas tua, nihilũque eſt reſpectiuè ad illius eſſe; tibi tamẽ res magna videtur. Scis quomodo malitia, & iniquitas eſt in cordibus creaturarum? propriè ſicut rubigo, imò ſicut obſtaculum, & inexpugnabilis murus inter ipſas, & me interpoſitus, gratiæ, Veritatiſque meæ receptionem impediens.

2 Offer iugiter, ô filia, mihi ipſi Veritatem meam, tuumque ſanguinem. Offer etiã Veritati meæ eundẽ ſanguinẽ ſuum, vt illo mediante placemur. Cerne, cerne filia quomodo homines propter ſuã malignitatem in manibus dæmonis permanent. Cerne quomodo dæmon os habet ad eos deuorandos aptum. Vndè ſi electi eos de manibus non auferrent, deuorarentur ab illo, ex ſeipſis enim ad talem prouocant deuorationem. Ipſe in libro vobis ignoto, nec audito, omnia hæc ſcribo; ideſt totum quod faciunt, & iniquè malitioſi, malignique iſti homines operantur: è contrà ſcribo auxilia omnia ab electis meis præſtita, vt prædictum librũ in die Iudicij coram meã Veritatem, cui iudicandi poteſtatem dedi, exponerem, vt ipſi videant, iuſtè pęnis æternis fore condemnandos. Inſuper diligenter adnoto, & ſcribere facio omnia electorum meorum opera, ideſt minima omnia, quę faciunt, & mihi grata ſunt. Quia coram tremendo Iudice, in die Iudicij, in conſpectu omnium creaturarum legentur, ad maiorem eorumdem meorum electorum lætitiam, vt iuſtè eis gloriam dare, ſicuti reprobis damnationem propter ipſorum mala opera, innoteſcat. Sæpius hæc dicta memoraberis, tuoque cordi imprimes; licet enim nunc plenè non intelligas, veniet tempus, quando intelliges. Memorare, memorare, quod te vocauerim, vt mihi, in me, & propter me reſpõderes.

3 Scias etiam filia mea, & Vnigeniti mei ſponſa, quod ſi in me, & etiam in Veritate mea, nunc in dextera mea ſedente, pęna cadere poſſet, afflictus eſſem, ſi inquam poſſibile eſſet, ſolum malitiam tantam, & iniquitatem in creaturæ corde cernendo. Inſuper, ſi refrigerium à vobis recipere poſſem, electi mei tantũ mihi tribuerent, quòd ſi dici poteſt, me efficerent glorioſum. Ideoque dico tibi, accede etiam tu ad electos meos, vt hoc refrigerium mihi præbeas.

4 Sunt peccatores in profunda abyſſo adeò magna, vt nonniſi à potentia, & bonitate mea valeant liberari. Ideò electi mei plures hodiè, quàm vnquam, perſecutiones patiuntur. Tempus aduenit, in quo creaturæ meæ, malitia magis, quàm fragilitate peccent, & quantò magis cum donis meis, & gratijs, mea bonitate, concurro, tantò magis ipſi in malitia creſcũt. Vndè ſi in me, meiſque Beatis ſpiritibus iam glorificatis, admiratio cadere poteſt,

de tan-

de tanta malitia, & iniquitate, quæ hodiè in creaturarum cordibus eſt, magnoperè obſtupeſcerent; & tamen illi, illæq: quæ lumen habent, tanta tæpiditate, eam extirpant. Vobis electis, vobiſque electis ac pęrelectis ſponſis Veritatem meã tanquam refugij ciuitatem dedi, vt vbi contra inimicorum veſtrorum inſidias, quieſcere poſſitis, ſimulque ad quod recurrere, ad adiuuandas creaturas meas, habeatis. Ideoque confugite, confugite ad eam, quæ in veſtra poteſtate eſt. Ibi creaturis meis pereuntibus præbete auxilium. Vitam pro ipſis ponite. O, non cernis Eccleſiæ meæ viridarium totum ſpinis, ac tribulibus circumſeptum, bonorumque deſideriorũ flores adeo ſuffocatos, depreſſoſque, vt difficulter fructum debitum perficere poſsint? Hodieque ab humana ſapientia, adeo contradicta eſt bonitas à me in creaturis meis infuſa, vt in quàm paucis fructificet. Viuere veſtrum totum in ceremonijs, & excuſationibus redactum eſt, & cumquis ad confeſſionis Sacramentum à mea Veritate, ad amiſſam grariam recuperãdam, relictum, accedir, potius ad ſe excuſandum, quàm accuſandum accedere videtur. Vndè potius multiplicantur peccata, quàm delentur. Totumque hoc à maledicto veſtro humano reſpectu, proprioque amore prouenit, Sed, & Chriſti mei, nec ad ea, ad quæ tenentur, attendunt, nec oculos aperiunt, ad videndum, quod corrigere debent, & emendare: miſeras animas in defectibus, peccatis, & cæcitatibus cadere permittẽtes; itaut in cuiuſcumque miſeriæ, & infęlicitatis profundo dilabantur: totumq; hoc ab humano reſpectu procedit, oculis à ſuperbia obnubilatis. Superbia tantum repræhenſibilis eſt in creaturis, & ſpecialiter in vnctis meis, & in Religioſis, quantũ in electis meis humilitas eſt laudabilis.

Anima 5 Aſcẽdant in infernum, & *muta fiant*
Pſal. 30. *labia doloſa:* intelligite, & benè agite: *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*, &
Pſal. 13. non eſt veritas. *Dixi in exceſſu meo; Non*
Pſal. 30. *mouebor in æternum*. Et compleui voluntatem Sponſi mei.

Pater Verbum meum humanatum dedi vobis, tanquam validum enſem ad vos defendendos, veſtroſque offendendos inimicos; ſed vos electos meos offendere maligni homines arbitrantes, nullũ vobis inferunt damnum, imò ſeipſos offendunr, mortemque ſibi inferunt; & quemadmodum horribile eſt ſibi mortem inferre, ita ex ſeipſo animam ſuam occidere horribilius eſt.

6 *Redime me ab iniquitate mea, & de ma-* Anima
nu canis vnicam meam. Lapidem quem re- Pſal. 21.
probauerunt ædificantes, hic factus eſt in Pſa. 117.
capue anguli.

Malitia hæc adeò magna eſt, vr perfe- Pater
ctionis opera, faciat ea damnationis euadere. Malitia hæc nihil aliud eſt, niſi Dei iudicia inueſtigare, operibus eius contradicere, de falſitate loqui, & de mendacio cogitare. Qui in corde hanc malitiã retinenr, occurrentia pro ſuo arbitrio iudicant, omnia ſecundum proprium conſilium exponunt, & pro ſuo libito interpretantur. Nihilque aliud malitia hęc eſt, quàm mendacium, veritatemque offendere. Et corda talem malitiam habentia, ſemper excuſationes componunt, creaturas offendunt, mihi contradicunt, & nunquam aliquam enunciant veritatem; aliud in corde, aliud in opere habent. Recordare bonitatis meæ, & non aſcendet in cor tuum malitia.

7 Poſuit conſilium in anima mea, & Anima
recreauit me. O quoties creaturam tuam recreaſti. Omne deſiderium animæ meæ
tribuiſti mihi. *Noluit benedictionem, &* Pſa. 108.
elongabitur ab eo. Dilexit maledictionem, Pſal. 98.
& veniet ei. Adeò malitia plenum eſt cor horum malignorum. Confortata ſum, &
non potero ad eam. Mirabilis Deus in San- Pſal. 67.
ctis ſuis. Quis vnquam malitiam tantam à creaturarũ corde auferre poterit? certè nõ niſi charitas, & bonitas tua, ò Deus meus. Si mererer vitam pro creaturarum tuarum ſalute profundere, tantamq; auferre malitiam, quantum eſſet mihi refrigerio? Viuere, iugiterque mori magnum eſt. O quodnam ſupplicium eſt, videre, poſſe cum vitæ iactura creaturis tuis auxiliari, & hoc exequi haud poſſe. O charitas, tu Lima quædam es, lentè animã, corpuſque conſumens. Iugiterque animã, corpuſq; enutriens. Væ mihi, homines tanta pleni malitia, non homines mihi

viden-

Digitized by Google

videntur, ſed dæmones. in quo niſi in malitia dæmones ſe exercent? in nullo alio, niſi in malitia ſe exercent, vt decipiant veritatem. Et quis tantæ malitiæ ſe opponet? quo ibo? quo me vertam, vt offenſam tuam nō videam, o bone Deus? vbique malitiam abundare video. O Pater, ò Verbum, ò Sancte Spiritus, ò Deus trinus, & vnus, age, vt cuilibet ſpeciatim tuum conferatur lumen, vt illo mediante, eorum quilibet, malitiam ſuam cognoſcere, & ex parte valeat penetrare. Mihi verò gratiam concede, vt pro ipſis ſatisfacere valeam, vitam, cū opus eſſet, profundendo. O cur ego non poſſum omnibus hoc conferre, Vt ego vna cum omnibus, pro commiſſa in te offenſa, aliqua ex parte ſatisfacere valeamu? & quamuis plenè tibi ſatisfacere nonniſi tuamet bonitas poſſit, nihilominus aliquam animi relaxationem haberem. O creaturæ malitia, parum, & à paucis penetrata. O bone Deus, ò Deus bone, illa non penetratur offenſa. Multi tuam cognoſcunt bonitatem, potentiam, ſapientiam, gloriam, non iam penetratur offenſa tibi à peccatoribus facta.

8 Si ad Prelatos accedo, magnam eorum partem, fictitia miſericordia, iniuſtitia plenam reperio. Si ad Principes, auaritia, vanaque gloria plenos; ſi ad ſubditos, odio, ac mendacio. Si ad Religioſos, maior eorum pars in mortali viuunt peccato: plurimique ſanguine tuo, ò Chriſte mi, dignitatem emere quærūt, & poſtea populos cōuertere arbitrantur, ipſorum verbis ſimulatione, hypocriſia, & ambitione plenis. Væ, væ ſimulanti, & vt melius dicam, ſe neſcire, vel non audire fingenti offenſas contra te à peccatoribus factas; ſed aliquando paruæ nobis videntur offenſæ, quia magnam Dei bonitatē haud viuaciter penetramus. O immenſa bonitas diffunde te, diffunde in tuorum electorum, licet paucorum cordibus. Cerne, cerne anima mea incarnatum illud Verbum in medio multitudinis infinitæ verberatum, & ab omnibus irriſum; cerne quomodo ſubſannant, malèque accipiunt, alij nutibus, alij verbis alij operibus. Aliquos cerno, qui illum liberare vellent, timore autem, proprio amore, humanoque reſpectu, Sponſum meum in illa multitudine ita male acceptū derelinquunt; ò Ieſu amor meus, proptius meus amor eſt in cauſa. O quantū te offendit, ò quantum animæ noſtræ dānum affert proprius hic amor? ipſe veluti tinea paulatim conſumit animam, ſuaque corroſione reducit ad nihilum. O anima ita digna, & nobilis, quomodo adeò te vilem, corde infimam, animo deiectam reddis, vt ſinas dignitatem tuam auferri? capax æternitatis, & ſapientiæ Dei effecta es, & te reddis ſeruam dæmonis, & Ancillam? O quàm Chriſti tui vileſcunt? cum enim theſaurorum incomprehenſibilium miniſtri effecti ſint, euadunt aliquando, vt ita dicam, dæmones incarnati; ſed malorum omniū ego ſum in cauſa: veniat ergò, veniat ſuper me iuſtitia, & omnis miſericordia ſuper illos. Itaque ingratitudo mea talis eſt, vt mali tanti cauſa ſit.

9 Filia dilecta, ego creaturas oēs veluti pulcherrimos canales elegi, in eis limpidiſſimam ſtillando aquam. Ipſæ verò eam in obſcuriſsimum vertunt limum; ſed tantam iniquitatem, tantamq; malitiam miſſam faciamus. *Pater.*

10 Etiam Pater, non amplius malitia, non amplius ignorantia, non amplius ingratitudo, non amplius, non amplius; quia propter horribilem eius intuitum, vitam in me deficere ſentio; itaut viuens, morte intolerabili moriar, remediū præbere non valens. Electos tuos vitam poſuiſſe non miror, benè tamen inueniri admitor, qui, vt eam ponerent, effeciſſet. *Anima.*

CAPVT XX.

De multiplici Verbi oſculo, hæc in eodem colloquio addit.

1 ET quodnam oſculum præbes animæ tuæ ſponſæ, ò Verbum? oſculum pacis, oſculum vnionis; oſculum ſapientiæ, oſculum ordinationis, oſculum amoris, oſculum ſalutis, oſculum ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt omni carni? in his ſuauibus, dulcibuſque oſculis congratulantur, & conſolantur cum

cum Verbo omnes illi, qui paſſi ſunt, & propter offenſas Verbo factas, anguſtiã, & dolorem patiuntur. Omnes oſculabantur, *Apoc. 5.* *Et procidentes adorauerunt eum.* Verbi exercitium eſt, inauditum oſculum dare, & recipere. Etiam, etiam. *Omnes ſitientes* *Luc. 7.* *venite* ad Verbum, & oſculamini illud, & ſatiabimini in oſculo eius. Nõ te amplius iactes, ò Magdalena, oſculum humanati Verbi pedibus dediſſe, quia nunc ſponſis, & electis ſuis in Diuina ſua, ac ſpecioſa facie per gratiæ vnionem, ad oſculandum datur. Capite datur oſculũ, duobus id agentibus, labijs, ac facie. Oſculũ præbes, ò Verbum, in animæ, tuique ipſius, facie, tuæ puritatis, & iucunditatis labijs, tuo ſanguine rubefactis. In facie datur oſculum, cuius nec ſignũ, nec forma aliqua remanet. Ita oſculum puritatis, & iucunditatis tuæ labijs in facie animæ datum, externæ impreſſionis ſignum non relinquit; benè tamen vnionis; cum enim ſpirituale ſit, & Diuinum, vnit, & transformat in te.

2 Oſculum Pacis. Ideò, ò Verbum, à Iuda oſculari permittis, vt poſſis iugiter ab electis tuis oſculo pacis oſculari. Et quidnam eſt pax iſta? cordis quædã tranquillitas, quæ pacem affert, pacem cognoſcit, pacem videt, & pacem nutrit. *Ioan. 14.* *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pax vobis, ego ſum.* Et cur dicis: *ego ſum?* Pax à te, qui omnium caput es, & principium procedit. Oſculum procedit à capite, à quo omnia illa membra influxum recipiunt; & nos pacem veram, nonniſi à te habere poſſumus, quia vera pax procedit à te, & tu verè es ipſamet pax: *Eph. 2.* *Ipſe eſt pax noſtra,* & in ipſa pace totius Eccleſiæ corpus, ſimul cum ipſo capite Chriſto, quod es tu Verbum, vnitur, & membra corpori, qui ſunt electi tui, cum ſponſa Eccleſia, quod idem corpus eſt. Ita etiã oſculum, labijs puritatis tuæ, & iucunditatis datum, audebo dicere, operatur, vt animæ Diuinitas tua, & eadem anima, eidem Diuinitati vniatur.

3 Oſculum vnionis. O quam mirabilem vnionem fecit oſculum hoc? pacem *Pſal. 84.* cum iuſtitia vniuit, *Iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* Æternum Patrem cum humano genere, Mariam cum Verbo, creaturam, genuſq; humanum cum Angelis vniuit; iugiterque ſponſam cum Sponſo vnit, & Sponſum cum ſponſa anima, & cum Eccleſia ſponſa, ſimul etiam doctrinæ tuæ ſponſam. O quam digna ſponſa eſt hæc doctrina tua, ò Verbum, Tot gemmis, margaritis, lapidibuſque prætioſis ornata. Capilli eius aurum puriſſimum, Purpurea veſtis, lucidisſimarum ſtellarum corona. Vndè neminem pertimeſcens, in medio omnium lęta progreditur. Et quis eſt, qui doctrinæ tuæ cõtradicere valeat? cum adeò fortis, firma, & ſtabilis ſit, vt nemo eam vincere, & ad terram deijcere poſſit. Vndè prius *Cęlum, & terra* deficient, quàm ab ipſa prætereatur *iota.* *Matt. 5.* Sponſa hæc, ideſt doctrina tua nutrimentum Eccleſiæ, & ſolatium ſponſæ animæ tribuit. Poſſet autem verè dici, nullam afferre vtilitatem? haud, haud: confundit enim malitiam, omnemque peruerſorum hæreticorum confundit ſuperbiam. O quàm pulchra, ò quàm potens eſt ſponſa hęc, poſtquam omnem hypochriſim, omnem ſimulationem, omnemque falſam opinionem punit, damnatque. Ad nihilum iratos omnes mendaceſque Religioſos reducit, Regũ omniũ, ſimul, & Principum odium, omneſque ſubditos eorum contemnit. O, magni etiam nutrimenti ſponſa es, Eccleſiæ noſtræ matri, de quo potes rationabiliter gloriari.

4 Oſculum ſapientiæ. Oſculum ſapiẽtiæ; *Et ſapientiæ eius non eſt numerus. Omnia in ſapientia tu feciſti, impleta eſt terra* *Pſa. 446.* *poſſeſſione eius.* Nonne ipſa ſapientia mediante, Cęli poſſeſſionem habemus? etiã, etiam, ò, nonne electi tui propter hanc ſapientiam tuipſius poſſeſſionem obtinent? etiam, etiam: rem poſſeſſam quiſq; poteſt ſuo modo diſponere. Nonnè te pro noſtro arbitrio diſponimus, cum agimus, vt tu noſtram facias voluntatem? *Voluntatem timentium ſe faciet.* *Pſa. 144.* Et quis Sapientiam tuam ab ore tuo, qui Veritas es, procedentem, non diliget? qui autem à Veritate procedit, Veritas eſt; vndè Sapientia tua Veritas eſt, & qui Veritatem amat, Sapientiam amat. Et qui Sapientiã diligit, Veritatem diligit. O Sapientia quàm amabilis es, & quis te nõ amabit?

Qui tui cognitione carebit, te nō amabit. Summa Sapientia, ò Verbum, ordinas Cęlū, Infinita Sapientia produxiſti creaturas, Mirabili Sapientia eas ad te recreaſti; ſuaui Sapientia teipſum præbes, Inexcogitabili Sapientia ad te conducis, intelligibili Sapientia dare eis gloriam ordinas, glorioſa Sapiētia eas glorificas, ipſaque gloria mediante beas, æterna Sapientia intueris, potenti Sapientia dānatos cunctos condemnas. Stultitia non amat, neſcit, non intelligit Sapientiam, nec quid ſit Sapientia penetrat. Nulla maior ſuperbi ignorantia, ideoque ſuperbia nebula eſt, Sapientiæ cognitionē,
Cant. 2. intelligentiamque impediens.

5 Oſculum ordinationis tuæ. Ordine
Ioan. 4. vniſti omnia, *Ordinauit in me charitatem*, ordine charitatem ordinaſti: & quid magis vnit, quàm charitas? *Deus charitas eſt*, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quomodò charitatem ordinas, ò Deus meus? uno intuitu, vno quid potentiæ tuæ, ſcintilla vna ſapien-
Prou. 10. tiæ tuæ. Quis autem talem amat ordinationem? Anima iuſtitiam diligens, ordinationem etiam diligit. *Os iuſti meditabitur Sapientiam, Os iuſti* compleuit ordinationes Verbi.

6 Oſculum Amoris. Datum eſt oſculum hoc ab Amore, procedens ab Amore, trahenſque ab Amore, datū ab Amore. Ab illo inquam Amore, qui principium non habet, neque finem. O antiqua, & noua Veritas; ò ſumme, & æternus Amor, tu principio cares, ſemperque durare debes, tu æternus es, & cogitationes tuæ æternæ ſunt, & inſcrutabiles nobis. Oſculum hoc eſt ab Amore procedens; ſi à Patre procedit, ab Amore; ſi à filio, Amoris; ſi à Spiritu Sancto, Amor. Potentia tua, ò Deus meus, amor eſt, Sapientia tua, Amor, Bonitas tua, Amor, & audebo dicere, Iuſtitiam tuam etiam eſſe amorem. Attrahens ab amore, & cur attrahens? quia animam attrahit ad amorem, conducitque ad amorem; te æternū amorem attrahit à teipſo, qui amor es.
Cant. 2. A proximis amorem, à nobiſipſis amorem attrahit. Amor meus, crucifixus eſt in me, & *ego in illo*.

7 Oſculum ſalutis. ſalutem tribuis, ò Verbum, & quid ſalus iſta? ſalus, dans ſaluationem ab omni periculo, & ab omni dolore, fitque iugis ſalus ab æterna, indiuidua, & incomprehenſibili Trinitate; ſaluas corpus, liberas animam, deſideria comples. Cūctos Angelorum choros inuito, ſpiritus omnes beatos, cuncta etiam elementa, Cęlum, & terrā, cum omnibus creaturis inuito, vt veniant ad hanc ſalutem ſalutandam.

8 Oſculum ſcientiæ. Oſculum quod Apoc. 3.
ſcientiam confert, ſcientiamque cuſtodit, *ecce venio*, citò venies: *ecce venio* citò venies: *incomprehenſibilia ſunt* omnia.

CAPVT XXI. Pſal. 90.

Prophetæ verbis. *Qui habitat in adiutorio Altisſimi*, inceptum cōplet colloquium.

Anima
1 QVi habitat in adiutorio Altisſimi: habitas, ò æternum Verbum in ideæ tuæ altitudine. Habitas in ſinu Patris, habitas in Spiritu Sancto, & ille in te habitat. In puris, humilibuſque cordibus habitas; in Cęlo habitas, & in terra, in Mariæ, Virginumque ventre habitas, in Doctorū intellectu, in corde Confeſſorum, in Apoſtolorum animabus, in Martyrum lingua, in Eremitarum operibus, in memoria Continentium, & in omnium credentium voluntate. Itaque vt in omnibus animæ potentijs, omnibuſque corporis membris haberi poſſis, omnium virtutum Sanctorum compendium facere, illiſque quantum fieri poteſt per affectuoſam imitationē accedere, neceſſe eſt.

2 O filia, ego ſum refugium, & cre- Pater
dentium omnium ſubſidium. Sed quot, quot, qui ſeſe priuant? Si diuitiarum ſitim habetis, ad meam Veritatem, quę vos ſatiabit, accedite. Si ſanitatis ſitim habetis, ad Verbum venite, & ſanabit vos. Si nobilitatis, ad Vnigenitum meum venite, quia in eo inuenitur. Si pulchritudinis, Verbum meum reſpicite, quia illud reſpiciendo, pulchritudinem conſequemini; ſi honoris, vel obſequij ſitim habetis, ad illud properate, quia omnia veſtra deſideria complebuntur; ſi durationis ſitim habetis ad meum venite Vnigenitum, quia

quia æternus eſt. *Cuius regni non erit finis.* Si poteſtatem cupitis, data eſt ei poteſtas in Cęlo, & in terra. Quid deſideras, quid cupis, anima, quod in mea Veritate non inuenias? & ego nihil aliud volo, nec à vobis requiro, quàm cor docile, animã puram, caſtum corpus, humilem intellectum, obedientem memoriam, & rectam voluntatem.

Anima 3 Cũcti ſenſus noſtri arctati, recti ſint, & ſinceri. Sinceritatem à nobis Deus noſter requirit. Inuoco, adoro, tantoque Refugio, ac ſubſidio, qualis eſt Deus noſter, ago gratias. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Magnus, magnus eſt Deus noſter, à paucis cognitus, à pauciſſimis dilectus. Adeò magna, & incõprehenſibilia ſunt opera Dei mei, ſed à nobis requirit, vt ea, pura, rectaq; intentione accipiamus. Nos nihili facimus Dei opera, & ac ſi non eſſent æſtimamus. De omnibus rationẽ reddemus, quia cuncta etiam minima perquirentur, nec poterimus ignorantia excuſari. O Deus, cuius eſſe ſummè bonum eſt. Adiutor, fortis, & potens. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi.* Altitudo inexplicabilis. Altiſſimus es, ò Deus meus, tàm magnæ altitudinis, vt ſolum à teipſo, per teipsũ, & in teipſo intelligi, tibique ipſi complacere poſſis, cum ſolummodo à teipſo cõpræhendaris. Altitudo, de qua Archangeli admirantur. Quæ altitudo adeò ſe humiliat, ut deorſum ad nos deſcendat. Offero tibi omnem creaturam, & ſanguinem Vnigeniti tui propter eos. Admirabilis in altitudine vnitatis tuæ. Quis magnitudinis, & cõmunicatæ bonitatis tuæ aliquid enarrare ſufficiet? Maius aliquid de te enarrare, eſſet in te relaxari, & ſub te annihilari. Compleuit colloquium Pater cum filia, & ſponſa Vnigeniti ſui.

Pſa. 115.

CAPVT XXII.

Varijs ſub figuris cernit, declaratq; Religionum ſtatum.

1 PLurimas cerno ſemitas, varijs ornatas fructibus. O quàm benè dici poteſt. *Ambulabo in medio ſemitarum iudicij.* Aliquos Religioſos video vua ſe paſcentes, & hi ſunt, qui feruore, & guſtu magno, corpore, & ſanguine Ieſu in Sanctiſſimo veſcuntur Sacramento, fructum multum pro animabus ſuis trahentes. Alij, ò magnam miſeriam, vites eradicant, eoque in loco ſpinas reponunt; & hi ſunt Religioſi, qui ſe caſu communicant, paruo, vel nullo guſtu, nec proficiunt in aliquo, cum aliud in Religione non producant, niſi peccatorum ſpinas. Alios cerno, ficus ſuaues comedentes: & quemadmodum hi verè ſuaues ſunt, quãdo matureſcunt, & in arbore inclinantur, ita Religioſi humiles, & infimi permanentes, boni, ac dulciſſimi ſunt ad guſtandum, propter affabilem eorum conuerſationem, & exemplũ mirabile, quod de ſeipſis præbent. Alios video Religioſos, qui arbores iſtas eradicant, & ad terram proſternunt, & hi ſunt in Religione ſuperbi, prælaturas magnas deſiderantes, qui propter eorum ſuperbiam, ab ipſorũ cordibus, fructum veræ humilitatis eradicant, præſumptionis, & ſuperbiæ ſpinas, prunaſque plantantes. Alios video Suſinæ fructũ veſcentes, qui fructus adeò delicatus, & mollis eſt, vt ſtatim, ac tangitur, defloreſcat, pulchritudinemque ſuam amittat, & corrumpatur; & hi ſunt Religioſi, virginitatem ſanctam magni facientes, ſtrictè caſtitatis votum obſeruando. Aliqui alij, fructus hos colligunt, & ſæpius tangunt, itaut defloreſcant, & corrumpantur, & quod peius eſt, arboris truncum eradicant, rumpunt ramos, malè perdunt fructus, ſpinas, prunas, tribuloſque, illorum vice, ponentes. Et hi ſunt Religioſi, qui virginitatem ſuam non curant, promiſſionem Deo in caſtitatis voto factam minimè obſeruãdo. Vndè virtutis huius decorem, pulchritudinemque amittunt, qua ſemel amiſſa, amplius recuperari non poteſt.

Prou. 8.

2 Calles, ſemitęque, in quibus hi ſuaues fructus colliguntur, ad digniſſimum Paradiſi viridarium nos conducunt. Hic in cuiuſcunque ſemitę initio ibi fontem, ibi arborem cerno, quæ arbores, ac fontes sãctarum Religionũ Inſtitutores mihi denotant, qualis fuiſti tu, Aduocate mi, Auguſtine, compluresque alij Sancti.

Digitized by Google

Cuncti Religioſi ambulant, quilibet in particulari ſuo calle, ideſt in ſuæ Religionis ordine. Qui autem benè in regulæ ſuæ obſeruantia ambulauerit, ad delectabile illud Paradiſi viridarium conducetur. O locum amænum, ò iucundiſſimam habitationem. Ibi illarum arborum ſuaues guſtabunt fructus, & in dulcibus illis limpidiſſimorum fontium aquis cōfortabuntur. Quia Religioſi ſuarum Regularum inſtituta obſeruantes, in Paradiſo de meritis ſuorum capitū, ideſt Sanctorum gaudent, ſub quorum protectione lætanter militarunt.

CAPVT XXIII.

Quinque ad Deum petitiones, ad obſeruantiam regularem cōſeruandam neceſſarias eſſe declarat.

1 O Ieſu, dulcis Sponſæ, quo deiectam hodie, deformatamque video antiquam illam Religioſæ obſeruantiæ pulchritudinem? quomodo relaxatos cerno tres illos Religionis nodos, quibus Religioſa anima tecū ſtrictè vnitur? ah, quia defecit obedientia, auerſa eſt paupertas, & pro nihilo ducitur ſpecioſa gēma caſtitatis. Benè, ò Deus meus, pro tua bonitate, me intelligere facis, quinque petitiones, quæ ad Religionum veram obſeruatiam conſeruandam tibi fieri debent. Primo, vt in Religione ſemper charitas tecum, ò Deus meus, & cum proximo noſtro conſeruetur.

Secundo, vt iugiter Sanctæ obedientiæ votum perfectè obſeruetur.

Tertio, vt tu, ò Deus meus, cuilibet Religioni, talem concedas ſuperiorem, vt ſit, ſicut Dauid; *Secundum cor tuum*, nè ſimplex ſanctæ obſeruantiæ modus deficiat.

Quarto, vt iugiter in rigoroſa perfectione ſanctæ paupertatis votum teneatur.

Quinto, vt iugiter gratiam hanc expoſtulent, ò dulcis Sponſe mi, quod Religioſi omnes, qui ad ſeruiendum tibi accedunt, lumen habeant, ſtrictèque cognoſcant, quanti refert, propriam abnegare voluntatem, & quamcunque ſanctæ Regulæ rem minimam obſeruare.

2 O quantum expedit, vt fiant hæ petitiones, ò Domine mi? ò quomodo oportet, vt gratias has in Sanctis tuis cōcedas habitaculis: vt iugiter Diuinum tuum obſequium vigeat. Niſi affectu puro, feruentique anxietate copulentur, cōcedere non vis; non, non; ego in nomine omnium has poſtulationes efficiam, ò Deus mi, vt pretioſa hæc dona animabus communices. Sed væ mihi, quia diſpoſitio nulla ad ea recipienda in eorum cordibus reperitur; imò omne donum, vt ſe communicet, inuenit impedimentum.

3 Si tu vis, ò Verbum, in Religioſis animabus charitatem, & vnionem infundere, ah, quia in eis propria regnat voluntas; nec totaliter in obedientia ſe relaxare, adeò magni doni communicationē deturbat; ſi vis infundere obedientiam, ah, quid impedit? quia Deum loqui, & in ſuperioribus operari, non credant. Humanus reſpectus eſt aliquando in cauſa, vt ſuperiores ſecundum cor Dei, & Spiritus Sancti illuminationem minimè eligantur. Propria ſenſualitas, paupertatis obſeruantiæ opponitur. O, ſi priuſquam ad Religionem veniamus, Religioſi obligationem, quantique momenti ſit obſeruare promiſſa, cogitaremus, ah, quàm benè ſuipſius abnegationem, regulæque rigorem quilibet obſeruaret.

CAPVT XXIV.

In Diuę Agnetis laudem, ſpirtu, eleuata, ſic eloquitur.

1 E*T transferētur montes in cor maris.* Pſal. 45.
Hic mons Sapientia Dei eſt, hoc mare, Virgo Agnes; in illius corde Diuina ſe tranſtulit ſapientia. ò quâm benè indicia de hoc illa præſtabat, quādo tàm altè de magnificentijs Sponſi ſui cęleſtis loquebatur, altam puritaté, & amorem, in eius corde nidificantem oſtendendo. Intrinſecus Agnetis Sanctæ amor ergà ſuum dilectum Sponſum, viam præſtiterat ei, vt poſſet pro ſua libertate ad Diuinum

Digitized by Google

num illius ingredi thalamum, & quemadmodum familiares, amici, & cubicularij à ſecretis magnorum Dominorum, ad familiariter cum eis colloquendum, accedere poſſunt, ita ipſa in arcanis Dei ingrediendi poteſtatem habebat; & pro libito ſuo tanquam ſponſa in cubiculo Regis intrabat, cum eo intrinſecè, ac beneuola familiaritate tractabat. Vndè Diuina illa ęternæ Sapientiæ arcana trahebat, quæ poſtea Diuina ſua eloquentia, mundo manifeſtans, audientes ſtupore replebat. O quanta ſapientia, ac dulcedine plenæ ſunt voces huius Verbi mei ſponſæ, *Quem cum amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum, cum accepero Virgo ſum.*

2 Glorioſa hæc Sancta mel, & lac ab ore Dei ſuſceperat. Verbi humanitas eſt os; mel charitas; lac verò ſapor quidam ſuauitatis Diuinitatis, imò quædam animæ perceptio Diuinitatis Dei, quantum anima capax eſſe poteſt. Idcoque cum Deus, ſuauitatis huius, vel minimam particulam animæ communicat, ita audax, robuſtaque euadit, vt pro eius amore in ardentibus fornacibus, introire minimè pertimeſcat: inter acutos cultros permanendo, & in ſe aſperrima tormenta, pænaſque patiendo: cum minima illa Diuinitatis, iuxtà ipſius animæ capacitatem, perceptio, corporalem, ſenſibilemque affectum quaſi perdere faciat; quemadmodum non ſolum in Agnete, ſed in tot, tantiſque alijs Sanctis euènit, qui ità inter martyria lætabantur, vt eorum paſſio extincta remaneret.

3 Sed redeamus nunc ad dubium, illorum verborum reliquum intelligendũ, *Mel, & lac ex eius ore ſuſcepi.* Audio enim Beatam Agnetem ſic loquentem. Ab ore cæleſtis Sponſi mei ſuſcepi lac, & mel, quæ eſt charitas, quæ magis in hoc ſenſu, ad proximi, quam ad Dei amorem extenditur. Mel quamuis dulce ſit, rigidum aliquantulũ eſt. Significatur in hoc, quòd in proximo diligendo, plurimum pati oportet; tunc maximè cum verè Deum diligimus, perfectèque viuimus. Videntes enim, creaturas offendere Deũ, quod ipſis adeò difforme eſt, vt magno labore, propter amorem intrinſecum ergà Deum ab ipſis offenſum, poſſint diligi. Vult tamen iſte Deus, vt peccatores, ſicut & Iuſti diligantur, & eos, qui nos offendũt, & perſequũtur, ſicut eos, qui nos amãt, diligamus. Ideo Agnes glorioſa infuſam recipiens à dilecto Sponſo ſuo, non ſolũ Dei, ſed, & proximi charitatẽ pro mel. le acceptam, potuit in ſe illius rigiditatẽ, in ignominijs, iniurijſque tolerandis, experiri. Vndè dicere poterat; A ſponſi mei ore mel, ideſt charitatẽ ſuſcepi, quæ mihi vires tribuit, vt poſſem meos diligere inimicos, qui alios ad odium incitaſſent, in me Deum meum offendentes.

4 Lac etiã ab ore Diuino Agnes Sancta ſuſcepit. Lac in ſe dulcedinem melle delicatiorem retinet, fortes reddit, & nutrit, ore ab vberibus accipitur, ſuauemq; originem ab interiori dantis habet, eſtq; ſubſtantia in donante abſcondita. Ideò Diuinitatis lac valdè delicatum eſt, fortem reddit, nutritque animam recipientem, ei vires addendo, vt dictum eſt. Sumitur ore, ab vberibus humanitatis Verbi. Sed quid ſignificare, quid dicere vis, Agnes Sancta, lac nõ ab vberibus Verbi, ſed ab illius ore recepiſſe? ſignificat hoc, Verbum communicat animæ delicatum ſuæ Diuinitatis affectum, humanitatis ſuę ore mediante, & anima ore deſiderij ad ad ſe attrahit. Lac ab intrinſeco dantis originem ſuam habet, eiuſdemque ſubſtantiæ eſt cum dante. Ita anima ex Diuinitatis complacentia affectum, guſtumq; recipiens, humanato Verbo mediante, cõſequitur.

5 Sanctum Euangelium lac ſuauiſſimũ etiam dici poteſt, quod ex ore Eccleſiæ Sanctæ, Euangeliſtis, & Doctoribus, qui illud expoſuerunt, mediantibus, datum eſt. Quod Euangelium qua Diuinitatis dulcedine, & humanitatis Verbi ſuauitate repletum ſit, dicat, Deus meus, qui te diligit, & qui aliqua ex parte te cognoſcit. Lac iſtud nutrit animam, quæ per fidem, & deſiderium, duabus illis fecundis, Diuinitatis, & humanitatis Sponſi mei vberibus, ex eodem Sacro Euangelio expreſſis, os apponit, vndè anima virtute illius roboratur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Spiritualia quædã media, ad Spiritũ Sanctum dignè recipiendum ſibi ipſi proponit.

1 O Apoſtoli Sancti, cum Dominus aſcendit in Cęlum, vos, quid, ad recipiendum Spiritum Sanctum facere debebatis, edocuit. Nunc me parum docete. O purè Ioannes, ò beneuole Philippe dicere neſcietis? Dicite, quale meum debet eſſe Cænaculum? qualia interna, externaque opera? qualis eleuatio mentis paucis his diebus? cænaculum in ſublime ædificari debet. Cænaculum erit Verbi latus, in quo amoris vnione manendum eſt. Qualis ſpiritualis meus cibus, & potus eſſe debet? cuilibet denti placidum ſumere volo cibum, qui erit conſideratio magnorum, & humilium operum, quæ incarnatum Verbum, cum eſſet nobiſcum, effecit. Potus erit ſanguis, è quatuor ſacrarum manuum, & pedum fontibus egrediens; & aliquando ad fontem illum venerandi tui capitis, tot canales habentem, accedere potero. O beneuolum Verbum, tu triginta tres annos nobiſcum conuerſatus es, & ego triginta tres annihilationis actus inter diem, & noctem facere debeo, & hæc erit vna ex internis operationibus. Poſt dies octo à tua Natiuitate ſanguinem dediſti, & ego inter diem, & noctem octies meam examinabo conſcientiam. Si enim anima nõ eſt benè examinata, ſuiſque purgata defectibus, nequaquam apta eſt ad dandũ pro te ſanguinem; id eſt ad ſeipſam in actu martyrij offerendam. Et quoties cõſcientiæ examen fecero, religioſorũ votorum renouationem ſuperaddam.

2 Quadraginta dies in terra fuiſti poſt quam reſurrexiſti à mortuis, & ego inter diem, & noctem quadragies mentem meam ad te debeo eleuare.

Per annos ſeptem fuiſti in Ægypto, & ego inter diem, & noctem ſepties tibi eos, qui in peccati tenebris ſunt offerre debeo.

3 Poſt dies quadraginta à Natiuitate, in Templo oblatus fuiſti, & ego inter diẽ, & noctem quadragies debeo me tibi in beneplacito tuę voluntatis offerre. Spirituale nutrimentum, erit Sanctiſſimæ Paſſionis tuæ quotidiana meditatio, ſimul cum meditatione ardentis illius amoris, quo carnem aſſumpſiſti: illius humilitatis, qua nobiſcum conuerſatus es: illius mãſuetudinis, qua prædicaſti: illius gaudij, quo *Cananeam*, & Samaritanã exaudiſti: Hæc non petijt, ſed tu ad petendũ inuitaſti. Illa etiam verba meditabor. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui. Cibus meus eſt, vt faciam voluntatẽ Patris mei. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*

Matt. 3. Ioan. 4. Matt. 11.

4 Poſt annos duodecim Sapientiam tuam demonſtraſti; duodecim internos actus amoris ergà proximum, & decem humilitatis, ſimiliter internos, facere debeo. O quot occaſiones ſeſe offerunt ad hos internos actus exercendos. Quot intellectus, & volũtatis captiuationes. Septies Sanctiſſimum Sacramentum pro ijs, qui non adorant, adorare debeo. Septies Chriſtum meum inclinato capite Crucẽ portantem, pro electis omnibus.

Ter peculiarem laudem Virgini Sanctiſſimæ, tanquã Matri, ac peculiari animarum omnium religioſarum protectrici dare debeo, vt ipſa auxilio ſuo peculiariter ad conſeruationem trium votorũ Religionis concurrat.

5 Toties inſuper, quoties potero, charitatis obſequia proximo meo præſtare, tota dilectione, animique iucunditate poſſibili. Iugiter in ſenſuum meorum cuſtodiam vigilare, & ne ſingularis reputer, hoc, horis, & temporibus, & modis debitis efficere debeo: ſi enim nunquam reſpicerem aliquam, me aliquam indignationem erga illam habere, exiſtimaret; & ſi nunquam reſponderem, ſuſpicandi occaſionem præberem.

6 Ter in die, ſororibus, cum quibus conuerſatur, & mihi ipſi iugiter, vocationis dignitatem, ad quam vocatæ ſumus, commemorare; aliquid ad illius laudem adijciendo.

Afflictos, quoties occaſio datur conſolari; ita in interiori, ſicuti in exteriori, & tandem iugiter in actus charitatis permanere, & cor cuſtodire debeo.

CA-

C A P V T XXVI.

Suauiſſimo amoris affectu, de Ieſu paruulo, & de Maria etiam paruula fatur.

1 VErbum Diuinum, paruulus puer factus, canit, Ego ſum in ſinu Patris ſine principio;& Maria paruula cantat; [Eccl. 24.] *Ab initio, & antè ſæcula creata ſum.* Ecce Verbum loquitur animæ, aitque Quàm ſuauis Crux mea rectis corde? [Cant. 1.] *Recti diligunt me*, & ego diligo eos; quorũ animæ velut iſti paruuli ſunt. Vox Mariæ ſuauis eſt manſuetis, propter miſeriã, & fragilitatem proximi ſui. Manus Verbi diſtillauerunt aurum purum;& manus Mariç lac. Manus Verbi in Cruce, Crucis amatoribus mel, ab illa verò diſtantibus, mirrhã diſtillãt. Verbi aures ad puros, rectoque corde, proximumque diligentes, & Mariæ aures ad animas filio ſuo dicatas, quibus ipſa proprio ore loquitur, inclinantur. Oculi Verbi animas ſeſe obedientiæ ſubijcientes, & Mariæ oculi, animas in medio puritatis, & humilitatis ſtantes, ſagittant. Pedes Verbi in quærẽda errabunda ouicula ambulant, & Mariæ pedes ad ſequendũ Verbum, vt peccatricibus animabus miſericordiam impetret, cum ſit ipſa Mater gratiæ, & Mater miſericordiæ.

[Ioan. 12.] 2 Cum in Cruce eris, ò Verbum, *Omnia trahes ad teipſum* ſanguine mediante, & Maria, cum ad dexteram tuam aſſumpta fuerit, creaturarum peccata omnia attrahet, te placando, oſtenſione mammillarum. Maria quinque * verbis te à ſinu Patris attraxit; idem conceditur Vnctis tuis. Maria dixit: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, & Chriſti tui dicunt. *Hoc eſt enim corpus meum*, & anima ſe ſubmittens, & relaxans, hæc verba dicendo. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi*, ſicut voluit Sponſus meus, Deum ſuum per gratiam in ſe recipere poterit. Tu animæ meæ loqueris, & quid dicis, ò dulce Verbum? Nihil ſcias, nihil velis, nihil poſſis, nihil ſis, & omnia poſſidebis omnia credes, omnia operaberis, omnia in me, qui te conforto, ſcies, & poteris. Tu ita paruulus es, vt à me tot requiras. Nunc, quia paruulus locutus es, loquere in Cruce. Paruulus, te velle dicis, vt ego nihil ſciam, nihil velim, nihil poſſim, nihil ſim, quia omnia poſſidebo; & in Cruce vnum ſolummodo à me requiris, vt tuæ me conformem voluntati. Paruulus, quod credidero omnia, omnia ſciuero, omnia in te potero; & in Cruce promittis, me in te transformaturã. Durum eſt Crucem ferre nudam, ſine te crucifixo, quemadmodum mihi expedit; verum tamen eſt maius etiam eſſe præmiũ. Præbe mihi vires, dulcis paruule, vt eam portare valeam.

* *Quinq.* incipiendo à verbo *Fiat*.

C A P V T XXVII.

Varias cernit figuras, ex quibus cõplura ſpiritualia attrahit documenta.

1 O Quàm pulcher eſt Iſte Sanctiſſimæ Trinitatis circulus, inſcrutabilis, incompræhenſibilis. In hoc eſt ſpeculum, liber, & fons. In ſpeculo intueri debeo, ſtudere libro, alluere in fonte. Speculum eſt in humanato Verbo, liber in pectore Patris; fons in Spiritu Sãcto. Speculum quod inſpicere debeo in humanato Verbo, nihil aliud eſſe debet, quàm idem Verbum Cruci affixum. Ad benè reſpiciendum, oculos benè purificatos habere oportet. O beata, fęlix, & glorioſa anima, quæ ſemper reſpicit: ſed vt reſpicere io illo valeamus, oportet, vt Diuinum Verbum, illud contrà oculos noſtros reponat. Vbi ſpeculum hoc permaneat, cernere vellem, vel quo inuenire poſſem. Vbi permanet? ſcio eſſe Verbum, ſcio ad Patris dexteram manere: etiam; ſed non vult ſe mihi oſtẽdere. Vbi quieſcis? vbi reſides? & vbi eſt benignitas tua, ſi te ſponſæ tuæ non oſtendis? Tu es etiam amor: quid ages, ſi te non oſtẽdes talem? oſtende te quæſo, ſicut & publicano. Erat etiam *peccatrix Magdalena*, [Luc. 5.] quando erga eam, clementiam tuã oſtendiſti. [Luc. 7.] Heia oſtende te mihi, quemadmodum [Luc. 19.] dilecto Zachæo te oſtendiſti. Sed

ecce

Digitized by Google

ecce quia in meo interiori ſentio, quòd oportet, vt ego cum illo oſtendam, vt valeam te præhendere. Tranſit hic Sponſus meus, ſed ſe ſupra ſe eleuare oportet, & Crucem à Domino datam ſumere. Etiã, etiamſi Zachæus, ſe *ſtatura puſillum* conſiderare voluiſſet, nunquam te, Domine mi, conſpexiſſet, ſed oportet, vt quilibet eam Crucem, magnam, vel paruam accipiat, quam tu præbes.

2 Verbum hoc Diuinum inter denſas tenebras ſe oſtendit. Magna res; lux inter tenebras reperitur? ſed lux iſta inter tenebras, quid aliud denotat, quàm quod anima, quæ tenebras, ideſt proprias poſſidet paſſiones, Verbũ inuenit Diuinum. Beata anima, quæ proprias poſſidẽs paſſiones Verbum inuenit Diuinum; ſed eas poſſidere, & odio habere neceſſe eſt. Poſſidere, quia rationi ſubijciendę ſunt, odio habere, tanquam animæ noſtræ noxias. In tenebris inuenitur hoc Verbum: Ioan-
1. Ioan. 1. ni dicenti, & *tenebræ in eo non ſunt vllæ* cõtradicam? nequaquam: tenebræ enim, in quibus Verbum hoc Diuinum inuenio, ſunt acerbisſima eius paſſio; quærendo enim anima ſpeculum hoc, ideſt Verbum Diuinum, prout eſt in Patris dextera, nullam inuenit imitationem, ſed ſolummodò adorationem, & admirationem: quærendo autem Verbum humanatum in tenebris Paſſionis, hic certè vtilitate magna inuenitur, quia imitari poteſt, prout
Mat. 11. idem Verbum ait. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. In ſpeculo hoc totus Cęli circulus videtur, cum omnibus ſuis ornamentis, omnibus donis, & gratijs, & vt cõcludam, quid eſt aliud, niſi beneuolum latus ſuum? ſed in hoc ſpeculo, dum reſpicimus, agit ipſe, vt dona
Pſal. 32. omnia, & gratias recipiamus, quia *Oculi Domini ſuper timentes eum.*

Et hęc eius communicatio quatuor affert mihi cognitiones, vnam ad eumdem Deum attinentem, vnam ad me, vnam ad proximum, alteram ad Religionem; ò *ſpeculum ſine macula*, ſi benè te cognoſcerent, amplecterentur, & diligerẽt homines. Cognitio attinens ad Deũ, quam mihi, in hoc ſpeculo intuenti, præſtabit, erit de magnitudine amoris, quo dilexit, diligit, diligetque totum genus humanũ, cum iugi memoria, quam mihi de ſua Paſſione tribuit idem Deus. O ſancta, & beatifica cognitio: qui hanc habet, iugiter ergà Deum ſuum ardet affectu. Cognitio poſtea ad me attinens, eſt, vt non modo creationis, ſed etiam Redemptionis, & vocationis beneficium recognoſcam. Ad proximum pertinens, eſt, de modo conuerſandi cum varijs perſonarum naturis. In hoc abſconditam prudẽtiam exerceret oportet, vt propria adiuuante cognitione, naturas illas, in vinculo pacis recognoſcat. Multi ſunt, qui cõuerſari ſciunt, ſed poſteà in intimo cordis compati, ac ferre alios neſciunt. Cognitio ad Religionem attinens hæc eſt. Cognoſcere quàm vtile, & neceſſarium ſit, Religionem, ac Regulam in priſtina illa cognitione, & rigore, quemadmodũ inſtituta fuit, conſeruare, perfectè vota, & promiſſa Deo facta obſeruando, iugiterque animum à ſæculo quantum fieri poteſt, elongando. Hoc pro omnibus peto, Ieſu mi, vt cognoſcant quàm vtile ſit, in aſſumendi ſtatus electione, oculos ad te fixos tenere. Huius cognitionis nutrix eſt illa ſic parum agnita interna mortificatio, vel ſimplicitas: diuerſæ hæ duæ res videntur, ſed idem vnitim ſunt. Ecce ſpeculum, quod intueri debeo in latere Verbi humanati.

3 Sæculi habitatores Iuuenem prudentiam perfectam volunt, at verò charitatis amatores, & ſerui tui, Deus meus, vt eam paruulam habeant neceſſe eſt, vt eam ſicut ignis ſub cineribus, abſcondere valeant. Mundi amatores in prudentia, ſed humana, & carnali, confidentiam habent, nec in Deo confidunt. At Religioſi oppoſitum faciunt, quia totaliter in Deo confidunt, paulatim ſuam ipſorũ prudentiam oſtendentes; & cum eam, tanquam paruulam habeant, quando eis libet, oſtendere poſſunt. O prudentia ſapiens, dic, quodnàm eſt nutrimentum tuum? vbi delitiæ tuæ? ſi ſcirem, illuc te conducerem. Tu virtus es, non exiſtimo te indigere nutrimento; quod ſi exiſtimarem, licet paupertatem deuouerim, te prouiderem; cibus tuus alius non eſt, quam quòd in operibus noſtris tui memoriam faciamus. Igitur, ò prudentia,

tui

tui memoriam, cibus tuus eſt. Chriſtus
Matt.10. etiam benedictus Diſcipulis ſuis ait. *Eſtote prudentes*. *Delitiæ tuæ* in cordis tranquillitate ſunt, ac ita, ſi tranquillum erit cor meum, ero tibi in delitijs, ò prudentia. O quis non rideret, audiens, prudentiæ meæ veſtimentũ aliud non eſſe, quàm
1.Cor.4. ſtultitiam. *Nos ſtulti propter Chriſtum*, & veſtimentum tuum ò Domine, qui ſumma Sapientia es, ſtultitia eſt; neque hoc veſtimentum tuum eſt, ſed propter nos taliter gentibus apparere voluiſti, vt hac putata ſtultitia, eorum ſtultam confũderes ſapiẽtiam, & hoc modo tuum eſt hoc
Sap.5. veſtimentum. *Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati, vitam illorum exiſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore &c.* Qui te poſſidet, ò ſapiens prudentia, qui te generat, qui te ſe abſcondit, tua corona eſt. Ergo ſi te poſſidebo, ſi te in me abſcondam, ſi te gene-
Cant.4. rabo, tua corona ero. Ab ore tuo *mel, &*
Iudic.4. *lac* procedit. De ore prudẽtis *procedit mel.* Iniuriam tibi fieri exiſtimas, cum tardè, vel iracundè ſine te prudentia operamur. O Diuinum Verbum, in tuam ſtultitiam (ità exiſtimari à gentibus, propter amorem, parum curas) vocem attollere vellem: te enim in Cruce intuendo, ipſam prudentiam video; & cantas, venuſtatem illius à Sanctis omnibus fuiſſe poſſeſſam, ſed aliqui dilexerunt, alij feruenter cupierunt.

4 O quis vnquam librum hunc exprimere poſſet: cõplures paginas eius euolui, nunc vt denuò illum legam opus eſt. Quis vnquam reſpicere eũ poterit? adeò ſublimem illum, admirabilem video, vt oculos valdè purgatos habere opus ſit. Adorari æquè ac legi mihi, dignus eſſe videtur. Tardè illum intuita ſum. Partim aureis literis, partim Agni ſanguine rubris, videtur ſcriptus. Benè intelligo, quod in libro hoc tres debeo legere, & ipſe mihi dare vult, cognitiones: at benè opus eſt, ò Deus æterne, altitudinem tuã ad me deprimere, ad hoc, vt eas intelligam, ac mihi ſint vtilitati. Deprimi æternitas tua non poteſt, ſed liber, qui eſt Agnus, valet.

5 Prima cognitio ad Diuinam attinẽs Maieſtatem, aliud non eſt, quàm clariſſima illuminatio, quam pro ſua pura bonitate, dat, de illa tàm ſublimi admiranda, & adoranda communicatione, à tribus ſimul Diuinis perſonis facta, quę potius diligi debet, quam creaturis enarrari. In qua communicatione poteſt ſe anima dilatare, & propter Diuinarum communicationum amorem cõplacere. Anima talem cognitionem habens, de beneuolis complacẽtijs, quæ fiunt in Diuinis, ſibi complacet. Sed his verba ceſſant, & ſenſus; & opus eſt potius tacere, & admirari, quàm loqui. Cum poſtea aliquantulum in hac communicatione perdurauerit, millies in ſe, vt ſic dicam, Verbum Diuinum, amoris affectu, ac Diuina cõmunicatione, generat. Magnum eſt, quòd anima generet in ſe Verbum Diuinum.

Secunda cognitio, quam liber iſte dat, eſt, de magnitudine, dignitate, & pulchritudine animæ. Quando animæ meæ pulchritudinem cognouero? quis eam non concupiſceret? O magna, & inexplicabilis pulchritudo. Quod cognitio hæc generat in animam de pulchritudine illius, eſt, tranquilla, & iugis vnio, pax cordis, & benigna cum proximis manſuetudo; cum enim magnitudinem ſuam apprehẽderit, ſtatim reflectit in ſe, quod habet à ſe, ideſt ſuum nihilum.

6 Quantum poſtea proficua ſit tertia cognitio, quæ eſt Religionis, lingua non eſt, quæ exprimere valeat. O quantum non modo Verbum, ſed etiam Pater, & Spiritus Sanctus ſibi in Religione complacet, agitque, vt eiuſdem Religionis ordo, Cęli ordini ſe cõformet: ò, ipſe pulcher eſt. Nec poteſt eſſe in Religione tranquillitas, ſi à Sanctiſſima Trinitate participata non eſt. Ad Patrem pertinet potentia in gubernando. Ad Verbum ſapientia cùm communicatione. Ad Spiritum Sanctum bonitas cum ſuis tranquillitatis influxibus. Primum in Cęlo officium eſt Deo gloriam, & laudem reddere. Præcipuum in Religone officium eſt Deum laudare. In Cęlo eſt trium Diuinarum perſonarum cõmunicatio, & nos ſecundum noſtram capacitatem de tali communicatione, Verbi lumine pręſtita participamus.

7 In Cęlo ſunt Angeli, & in Religione ſubditæ omnes Religioſæ, quæ Angelis ſimiles eſſe deberent. Primum officiũ, quod notamus in Angelis, poſt Sanctiſſimæ Trinitatis adorationem, eſt ſubmiſſio Deo: & in Religione poſt eãdem adorationẽ, ſubmiſſio ſuperioribus, & æqualibus eſſe debet. Poſt hanc ſubmiſſionem, obedientia cernitur. Nunquam enim legitur, Deũ aliquid iuſſiſſe Angelo, quod ille velociſſima non feciſſet promptitudine. Ita Religioſo nulla debet res à ſuperioribus committi, quam ipſe non exequatur; aliter, vt Dei iuſtitia, in infernum præcipitẽ daret, mereretur: ſed miſericordia iuſtitiam mitigat. Nunquã eſt nox in Cęlo, cunctique Beati ſpiritus Agnum ſequuntur; ita & nos ſemper Agnũ Chriſtum Crucifixum ſequi debemus, & ita agere, vt nunquam nox, ſed iugiter lux ſit, nec vnquam ad quieſcendum pergere, niſi prius cum proximo noſtro reconcilie-
Matt. 5. mur. Euangeliſta dicente. *Cum offeres munus tuum, & recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te. Vade prius reconciliari fratri tuo, & poſtea offeres munus tuum.*

8 Deum in medio noſtri tenere debe-
Ioan. 1. mus, qui eſt lucerna, *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*
Ioan. 8. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Nũc accedit fons, qui aliquam dabit cognitionem, ſed ſolummodo ad vnam nos conducit. Hæc cognitio aliud non eſt, niſi quantum ictus Spiritus Sancti nobis referat: à qua cognitione, ita anima illuminatur, vt ad Dei obſequium, ſinceritate, ac puritate mentis, accendatur.

CAPVT XXVIII.

Complura deteſtatur vitia, quibus virtutes oppoſitas in remedium adhibet.

1 OMnia, ò Verbum, quæ à te proueniunt, etiam penetrant; ſed vtilitati, non damno ſunt animæ. Sed hic ſuperbiæ flatus maximè infert ruinam, ideò, & diligenter eum obſeruare opus eſt, diuque tecum affigi, quouſque anima in humilitate firmetur. Et quemadmodũ ventus eleuans folium, quo vult illud cõducit, & fert; ita hic ſuperbiæ ventus agit in mundanis, eos quocunque vult conducens, & veluti fęni flores, ſtatim ad terram deijcit, nec modò ad terram, ſed etiã magis deorſum, dico, vſque ad infernum. Superbia eſt eleuatio mentis à ſuo proprio eſſe, imò à non eſſe dici poteſt, cum ex nobis ipſis, eſſe nullum habeamus. Eſt etiam ſuperbia nolle alteri creaturæ ſubijci. Superbia eſt complacentia rerum mundanarum, & tranſeuntium, quæ mũdanis magnæ vidẽtur, ſed nihil ſunt. Animã, mentẽ, corpus, quæ ſuperbiam poſſident, nolo, ac neſcio, niſi paleæ manipulo aſſimilare, qui ad aliud non valet, niſi ad flammam aliquam, quæ ſtatim extinguitur, faciendam. Qua extincta, ſordidus, præ nigredine, cinis efficitur. Talis eſt ſuperbia. Sed veniamus ad remedium, contra vitium hoc ab infinita tua bonitàte præſtitum. Remedium hoc eſt. Fixè in te, ò Verbum, in Cruce pendente reſpicere: hoc enim modo anima reſpicit te, & tu videns eam humiliatam, ad eam recipiendam te conuertis: tuoque intuitu agis, quemadmodum radius Solis ſuper terram, qui calore ſuo eam exiccat, diſponitque vt fructificet; exiccat, in quã, omne humidum, quod in ea eſt ad ſe attrahendo, ex quo redditur apta ad fructum producendum. Totum hoc agis, ò Verbum, quia radio tui intuitus, omnem ad te animæ ſuperbiam trahis, nòn iam dico, vt trahas in te, ſed vt eam tuo calore cõſumes. Nemo autem dicere audeat, ſe humilitatem acquirere, niſi te Verbum in Cruce reſpiciat. Humilitatem, neſcio nec volo alteri, niſi expolito, acutoque gladio, qui defendit, ac victoriam de inimicis reportat, aſſimilare. Ab illius ictu fugit dæmon, proſternitur creatura, omniſque earum poteſtas, mediante gladio humilitatis atteritur. Qui gladius poſteà in ſignum victoriæ ſanguinolentus geſtatur; & quid aio? non ſanguinolentus, non, non, ſed valdè à capite noſtro Chriſto exterſus, & expolitus.

2 Accedit poſtea maledictum auaritiæ vitium, quod in tot cordibus tibi ſolummodo notis radices fixit, ò Deus mi.

Alteri

Alteri eam aſſimilare nolo,quàm denſiſſimæ nebulæ, obſcuranti, & purum, ac ſplendidisſimum Cęlum reſpicere impedienti, quod Cęlum te Verbum vocabo. Ac ita quemadmodum nebula ad infima circa flumen reducitur; ità peſſimum hoc auaritiæ vitiũ ad eos peruenit, qui propter terrenorum delectationem, infimi, & viles ſunt, & ſuper ſenſualium flumina gradiuntur; & hi rectè dicere poſſunt; *Super flumina Babilonis,illic ſedimus.* Hi auari homines quò magis rebus his vanis, terreniſque, ideſt diuitijs, theſauris, ſenſualitatibus abundant, eò magis in habẽdi deſiderijs creſcunt; & hic veluti dicã, *Cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam cadunt.* Eſt etiam tale hoc peſſimum auaritiæ vitium; quòd quemadmodum ſuperbia in donis tuis, ò Domine, ita etiam & illa ingreditur, eorumdem donorum tuorum communicationem impediens: Anima enim auaritiæ vitio irretita, liberalitatis virtutem tibi adeò gratam amittit, ſuumque eſſe in te, quantum in poteſtate eius eſt, deperdit: quod eſſe tuum omnium donorum tuorum communicatiuum eſt. Contra hoc vitium eſt hoc remedium, & quodnam eſt? contemptus, & abominatio ſuipſius, virtutemque huic vitio oppoſitam, ſui cognitionem appellabo. Ex hac enim oritur liberalitas, quę non eſſe vellet, vt poſſit dona tua communicare, & quid dico, nõ eſſe? imò vellet, vt ità dicam, mille eſſe habere, vt ſeipſam poſſit dare, propter te, & tibi, & proximis etiam propter eorum vtilitatẽ. Ac ità quemadmodum auarus omnia pro ſe, omniaque in manibus ſuis tenere vellet, quod totum vanitas eſt; ità è contrà liberalis ſeruus tuus, volenti, libenter relinquit omnia, imò dicere audebo, quod ſi haberet, propter te libenter, vt dictum eſt, impertiret; cui verò hoc cognoſcere facis, ille intelligit.

Pſa. 136.

Luc. 6.

3 Liberalitas hæc eſt veluti oliua fructificans, & quemadmodum ab oliua olei adeò vtilis liquor, cibos condiens, luminaque conſeruans, educitur; ita animæ liberalitatem à te procedentem habentes, illuminantur, & illuminant, præbentque condimentũ, quod cunctis eorum operibus ſaporem tribuit, *Quaſi oliua ſpecioſa in campis* dici poteſt anima, quæ Diuina tua bonitate, virtute hac ornata eſt.

Eccl. 24.

4 Ira nihil aliud eſt, niſi accenſio ſanguinis, & à ſuperbia generatur, vndè iræ mater eſt ſuperbia, & ira ſuperbiæ filia. Itaque nutrit vna, retinet altera; ſuperbia tanquam Mater nutrit: ira tanquam filia ſuperbiam retinet. Ira veluti lupus ferox; creaturas, tanquam lupos rapacisſimos, manſuctas oues deuorantes, euadere facit. Poteſtque ira dici cognitio, & complacentia ſuipſius, recto ſuo nomine dicta. Amor proprius, qui omnia ad ſe trahit, & propter omnia ſe conturbat, Nec ſiniſtram intentionem, quam contra ſe opinatur, ferre poteſt: & quid dico? Motus oculi eam contriſtat animam, vitium hoc habentem; nec cum aliquo pacem, ſed ſemper bellum habere vult. Huic malæ beſtiæ iræ, lenis benignaque manſuetudo opponitur, quæ veluti columba nos ſociat, volat, gemit, & parturit. Limpidis etiam delectatur aquis, ſuoque delectabili, mæſtoque cantu omnes ad ſe attrahit. Benè, ò benigna manſuetudo, veluti columba es, quæ vnicuique delectationem afferre videris, dulcique, ac tenui attractione filios tuos ad te pertrahis, & ſub alis tuis reponis, magnum eis refrigerium tribuendo.

5 Accedit poſteà adeò vſitatum, vitijs omnibus præbens maledictionis nomen, maledictum, inquam, gulæ vitium. Et qui illud ſequuntur, ſunt quædam veluti ædificia ſuper arenam, vel, vt melius dicam, ſuper aquas fundata, quæ citius conſumuntur, & deorſum per flumina currunt. A magna etiam ſtultitia, & cæcitare procedit hoc vitium, quia tanquam beſtiæ, creaturis Dei vtuntur, & res ab ipſo Deo, pro illorum vtilitate creatas, quodq; ad eorum refrigerium datum eſt, creaturis etiam infimis, ideſt irrationabilibus, ſubiectas reddit; vndè cum iſtæ ad illarum obſequium creatæ fuerint, illæ, iſtarum ſeruituti ſe tradunt.

6 Huius vitij redemium ſancta abſtinentia eſt; & pro eius ſatietate, infinita bonitas tua, ò Deus meus, carnem tuam pro cibo, & ſanguinem pro potu dediſti. Abſtinentia, vel continentia, eſt, illius

eſſe, quod Deus nobis dedit, iugis memoria, & eſt ſcala ad idem eſſe Dei conducens. Caro tua, & ſanguis, Verbum, nos iugiter ſatiatos reddit, & de te gaudentibus,teque guſtantibus, ſemper in nobis maius deſiderium creſcit ſatiari à te, & de te: hoc autem ſolummodo intelliget, qui puritate, & continentia vitam ducet.

7 Maledicta inuidia eſt, quæ appetit, & quod ſuum non eſt deſiderat; & inuidæ creaturæ ſunt veluti animalia, quæ Milui dicuntur, & ſemper dicunt. Meum, meum. Aliena rapiunt, qui fratris, & ſororis bonum inuident: eſtque inuidia carnalis ſoror auaritiæ, quia ad illius inſtar, ſemper bona proximi tollit. Et contra hanc, eſt ſpecioſa, Verboque grata charitas, quæ ad inſtar amantis Pellicani, ſanguinem proprium non modo pro filijs, ſed etiam pro inimicis effundit. Et verè qui in ſe charitatem habet, neminẽ reputat inimicum, ſed omnes pro amicis cariſſimis habet. Nec ſolum ſanguinem pro omnibus daret,ſed etiam vitam propriamque animam, pro proximi anima,
Ioan. 4. quando opus eſſet, *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet*, & *Deus in eo*.

8 Nunc ergò diſcurrens ad meipſam accedere volo,& ad particularia deuenire: materialia, ac rudiora ſunt vitia hæc, & vt plurimum magis in ſæculo regnant, quàm in Religione,ideoque ea relinquamus, & accedamus ad quod nobis incumbit. O quantum de negligentiæ, tepiditatis, ac proprij amoris vitio dici poteſt, ò Verbum. Negligentia ex tepiditate naſcitur, ſeque etiam habet, vt Mater, & filia. Cum vna nutriat,retineat altera. Tepiditas tibi valdè abominabilis, Verbum, tepidorum Religioſorum negligentiam iugiter nutrit, & negligentia tepiditatem retinet,nè ab ea diſcedat. Et quemadmodum aqua ambit omnia latera, cunctaque ſubtiliter, quietèque penetrat, ſic & tepiditas in Religioſorum cordibus ità ſubtiliter, & quietè ſubintrat,vt vix eam ſentiant, vel præuideant, Et quemadmodum aqua ingentia diruit ædificia, paulatim fundamenta fraceſcendo, ita vt habitatores non aduertant; ſimiliter hæc tepiditas magnum omne ſpirituale ædificium animæ diruit, conſumitque: alluit etiam aqua, pluresque alios præſtat effectus, ita tepiditas omnes nos alluit, alioſque in nobis cauſat effectus; ac ita ſicuti aqua purgat, ita etiam, & tepiditas. Quid autem purgat? non iam negligentiam, quia nimis eſt illi coniuncta, imò vna ſine altera eſſe non poteſt. Quid igitur purgat, ſi purgandi proprietatem habet? Animæ feruorem purgat, cum ſecum retinere non poſſit; purgat, ideſt penitus expellit, multo melius, quàm maculas aqua;& in totum extinguit. Sitim tollit etiam aqua, ità etiam & tepiditas: à quo autem tollit? non iam ab anima; imò ad mundana, & ad ſenſualitates accẽdit. A dæmone tollit, quia ab anima tepida, & negligenti obtinet quidquid vult. Et qui ſunt, qui tepiditatem hanc, & negligentiam habent? Væ mihi, quomodo tot ſunt? & maximè inter Religioſos. Multi in ſummo eam habent, pauci totaliter liberi. *Spiritu feruẽtes*. Remedium eſt cor feruens; feruens Rom. 11. nihil vult, nihil ſcit, nihil deſiderat;& nihil volendo, nihilq; ſciendo, ſcit, & vult omnia, omnia volendo, omnia ſciendo. Cuncti ei videntur boni, cuncti videntur Sancti; quilibet Iuſtus, eique perfectior: errores compatitur, defectus prudenter corrigit, ſolitudinem amat,de multitudine in bonis exercitationibus collecta lætatur, patienter iniurias ſuffert, & benignitate, ac manſuetudine mitigat. *Omne* Iacob.1. *datum optimum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*.

CAPVT XXIX.

Spiritum Sanctum æternumq; Patrẽ, vt in faciem Chriſti, & in animam reſpiciat, enixè rogat.

2 *Protector noſter aſpice Deus,& reſpice in faciem Chriſti tui*. O Diuine Pſal. 83. Spiritus protector noſter, reſpice eo amore, quo ipſe es. Æternus Pater dedit nobis Verbum ſuum, vt veniret in mundum ad tàm acerbam mortem patiendã, vt noſtras ſaluaret animas. Ideo-

que

que, ò amoris Spiritus, nè te à nobis ſubtrahas; reſpice etiam, beneuolentiſſime noſter protector, faciem Chriſti tui, ideſt humanitatis Verbi. *Reſpice faciem Chriſti tui*, ita deformem percuſſionibus, verberibus, ſputiſque ignominioſis redditã. Quoniam verò Diuinus Pater, eo immẽſo, & infinito amore, qui tu idem ipſe es, dare illud voluit, eia ò Sancte Spiritus, nè à creaturis tuis per gratiam elongeris.

2 O Diuine Pater, creaturarum tuarum protector, reſpice in Vnigenitum filium tuum, qui ſimul tecum idem eſt Deus, & propter ſuam obedientiam homo factus eſt. Reſpice igitur Pater, & protector in Deum filium tuum, qui homo eſt totus plagatus; & propter ipſum, vt nobis parcas, te deprecor.

3 *Reſpice etiã*, ò æterne Pater *in Chriſti tui faciem*, quæ eſt cuiuſcunque creaturæ anima, tua per creationem, ſua per Redemptionem, cum ipſe proprio ſanguine, ſuaque Paſſione, & morte eam recuperauerit. Sua etiam per ſimilitudinem, ſua per Sacramẽtorum, & Baptiſmi ſpecialiter donationem, ſua per deſponſationem, in gratiæ vnionem, per merita effuſi ſanguinis, tanta dilectione propter eam, ſua tandem tot, tantiſq; modis; ideò ò Pater Diuine, protector noſter, nè ſinas animas tuas perire, ſed per gratiam, & miſericordiam tuam parce illis, & age, vt nunquam à Diuina gratia tua relinquantur.

CAPVT XXX.

De puritate, & ſimplicitate, quam Sponſus in Religioſis animabus requirit, & quomodò acquiri poſſint.

1 SPonſus languet, Sponſus languet, Sponſus languet: & quo Diuinum ſuum amorem erga animam ſponſam ſuam collocet, requirit, puritatemque ſponſam ſuam, vbi reponat, non inuenit; Si quis in terris eſt, qui ſimplicitatis partem aliquam habet, eam illi offerat, quia eam ardenter cupit.

2 Dic igitur animæ meæ Sponſe, quo vis hanc puritatem ſponſam tuam dilectam collocare: ſufficit tibi in oculis? nequaquam, *Oculi tui columbarum?* ſufficit forſitan in ore? nequaquam *Rectì diligũt te*. Sufficit tibi forſitan cor? velles autem, vt de ea dici poſſit. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, quid autem? vis eam in oculis, in verbis, in corde, in intentione, in operibus, & in omni interiori, & exteriori collocare. Aliqui in oculis habent, in quibus non perſiſtit; aliqui in ore, ſed neque in eo inuenit locum; alij in corde, ſed hic neque perſiſtit, & ſi tamen perſiſtit, nutrimentum non inuenit. Ita ſi nutriri vult, vt ad Sponſum pro nutrimento redeat, opus eſt. Ac ita ibi amor non quieſcit. Sed, ò care Sponſe, quid in me, & in alijs impediat, ſcire vellem, vt delicata hæc ſponſa tua requiem non inueniat. Dicam tibi, anima mea, quia vt alij intelligant, efficere nequaquam poſſum. Quilibet etiam minimus intuitus, qui ſecundum Deum non ſit, eam impedit. Verba omnia, quæ vel ad laudem Dei, vel ad ſolatium proximi prolata non ſunt, hanc impediunt puritatem, quàm à tua eijcis intentione, quoties intentionem puram honorandi Deũ, & adiuuandi proximum non habes: cum palliare, cooperire, & excuſare culpas tuas intendis, nequaquam cogitans Deũ cor tuum inſpicere, illudque ſeruis ſuis manifeſtare. Quod ſi hoc crederes, haud efficeres; cumque defectus tuos dicere debueris, te iuſtificas, culpamque tuam ſatagis excuſare, modò hoc, modò illud dicendo, veritatemque obtenebrando. Iſti tales agunt, veluti arborum folia, quę flante vento, modo huc, modo illuc voluuntur, itaut quo reſpiciant minimè videantur. Væ autem ei, qui ſe ità iuſtificare tentabit, ſciens, quod in iudicio tuo, ò Deus meus, omnia, non ſolum coram te, ſed etiam in conſpectu omnium creaturarum manifeſta erunt. Fęlices qui culpas ſuas oſtendent, quia Verbi ſanguine cooperientur, ſeque accuſantibus nulla erit confuſio, ſed Verbi ſanguini, qui eas cooperuerat, honor.

Cant. 5.
Cant. 1.
Cant. 4.

3 Cur ergo cum creaturis me iuſtificare debeo? non mihi pura mea conſciẽtia ſufficit? cur excuſare me volo, ſi idem

Verbum

Verbum me apud Patrem excuſat? ergò me excuſando, Verbo poteſtatem aufero, vt apud Patrem me non excuſet: malum in ſe eſt ſe excuſare; peius cum creaturis: peſſimum & odibile cum Dei miniſtro in Sacramento. Quaſi dicere audebo, melius eſſe culpam grauiorem, non tamen mortalem, tacere, quàm leuiorem cum excuſatione, & palliatam edicere: excuſando enim grauior fit, maximè ſi conſideratè id fiat. Sepius etenim aliquis excuſare ſe quærit, nec fratris ſui culpam curat magnam facere. Deberet res dici, ſicuti verè eſt, & in manibus ſtateram habere. Ego peculiariter, quæ ſæpè hoc Sacramentum recipio, purgata ſemper eſſe deberem, & ſanguinem hunc ſæpius recipiendo, illuminata; quia perfectionē illam, quam Chriſtianus ſexies in annoſe communicans recipit, ego per dies ſex acquirere deberem, quia pluries in me cibum vitæ recipio. O puritas, ò puritas, veni ad habitandū cū ſponſis Puritatis, & Virginitatis Sponſi. O puritas ſpecioſa quidē es, eia veni, veni ad manendū nobiſcum: ſemper intrinſeca ſocia tua ſimplicitate delectaris. O, etiam illa ingenua eſt, veluti pulcher catulus, iugiterq; hanc ſpecioſam ſequitur ſponſam, cuſtodiens eam, ſuoque latratu hoſtes eam offendere volentes repellit, eaque vtitur ad trahendas ad ſe creaturas. Qui volunt feras capere, canes in illas emittunt, quibus ad ſe conducunt. Ita ab hac ſimplicitate plures creaturæ ad hanc puritatem conducuntur; pluresque eam capiunt; ſed eā ſtringere volentes, ſtatim eam ſimul amplecti non poſſe ſentientes, non capiunt; non quia puritatem capere nollent, ſed quia ſimplicitatis ſociam eam cernunt: cum vna ſine alia eſſe non poſſit, nec poſſibile ſit puritatem abſque ſimplicitate acquirere. Ideoque qui vult vnam, & alteram amplecti, opus eſt. Quia verò rationales creaturæ aliqualem contemptū, & abiectionē in ſimplicitate cognoſcunt, ideò illam relinquunt.

4 Et puritas adeò delicata res eſt, vt non poſſit in corde ſe nimium diligente permanere: ſi illam, meque ipſam diligere poſſem, illam amplecterer; ſed eſt puritas adeò pura, vt ego capere illam non poſſim, niſi totum proprium meum amorem, & iudicium derelinquam. O puritas, ò puritas, & ſimplicitas, eia veni inter nos. Non deeſt, qui atte ſua, eam, ſub ſpecie neceſſitatis, repellat, ad ſanitatem tuendam, & alia. Se excuſantes, difficile eſſe te capere: attamen adeo ſpecioſa es, & delectabilis, auratos habens capillos, qui veluti tot linguæ proclamāt, capite, me capite. Et ego miſera, miſerabilis ferrum capio ad eos recidendos, plures difficultates adducendo, meque excuſando, quod te capere non valeam. O, non permanebis tu ſaltem in Monaſterijs, in Oratorijs, in locis deuotis, & pijs? etiam in his locum nō inuenit; multi enim ſub ſpecie honorandi Sanctos, aliqua operantur, quæ Sanctis diſplicent, & non intelligunt; plura ornamenta ad honorādum Deum, & Sanctos eius efficiūt. Deus autem ſcit, ſi eum honorare, vel ipſorum ingenium oſtendere intendunt, vt ab alijs laudentur. Vudè vice honorādi Deum, Deum offendunt, ſolentq; poſtea dicere, quod hoc ad trahendas mētes ad cōtemplationem efficiunt, & quod ita Sancti effecerunt: ſed in hoc reſponderi poſſet, quod Sancti hoc præſtiterūt, vel quia ſimplicem, rectamque intentionem habuere, vel quia illi, tunc intellectus adeò ignari erant, vt ad contemplādum Deum, rebus his exterioribus attrahi, indiguerint.

5 Plures ſe excuſant dicentes, O, qui hic eodem in loco ante nos extiterunt, in cęleſtis gloriæ gaudio inueniuntur? ipſi hoc, & hæc fecerunt, nec exiſtimamus malum feciſſe. Quibus reſponderi poſſet; quod ſi fecerunt, non fecerunt etiam ea, quæ nunc Deus requirit, vt fiant; nec debent nunc fieri, quæ tunc Deus requirebat, vt fierent. Tempus à tempore differt. Cum in Mariæ ventre eſſet Verbum, non requirebat Æternus Pater, vt magna illa miracula faceret, nec vt prædicaret; nec cum eſſet in medio Doctorum, effunderet ſanguinem; ſed tandem aduēnit tempus, in quo ſanguinem effudit, egitque totum id, quod ab eo Pater requirebat. Non eſt amplius tempus, vt Verbum in Mariæ ventre Infans permaneat, ideſt, vt intellectum paſcamus, & nutriamus affectum,

Digitized by Google

ctum, ſed vt cum Verbo inter Doctores diſputemus, interrogemus, & reſpōdeamus, vbi poſtea dulcis Mater Maria nos inueniat, qui eſt intellectus illuminatus, & inflāmatus affectus, & cum fructu lactis, quo præterito tempore nos nutriuit. Tunc de ſeruis ſuis hoc modo ſibi complacebat; nunc verò tempus illud non eſt. Nec ſemper eundem fructum colligendi tempus eſt.

6 O puritas, ò puritas, & ſimplicitas, veni, veni, & dic quomodo creaturæ te in interiori ſimul, & exteriori acquirere debeant. Nequaquam te acquirere valent, niſi intrinſecum habeant amorem: Amor ſed non intrinſecus, inuenitur in multis: ad cognoſcendum hoc, quælibet anima conſideret, ſi prōptior eſt ad propalandos proxim ſui defectus, ac virtutes: videat, ſi cum de proximo ſuo loquitur, potius virtutes illius enarrare ceſſat, magiſque ad minimum defectum propalandum inclinat. Et hoc magnū eſt malum, & quamuis malum non dicatur, cū maledicenti aures applicantur; malum fit: tacendo enim, maledicenti conſentire videmur. Qui autem non modò interiores, ſed etiā hos carneos oculos purgatos haberet, quomodo amor ergà proximum ſuum exerceri deberet, inſpiceret. Qui defectu aliquo maculatus eſt, ſi talem haberet amorem, ad proximum ſuum eodem defectu maculatum ſapienti prudentia pergeret, & defectu illius ſe ignarum oſtendens, ab eo conſilium peteret, & rogaret, vt eum inſtrueret, oſtēderetque quomodo ipſi defectus ille videatur, poſſitque eum emendare. Tunc ille talis reſpondere volens, defectum illū conſideraret, vt hunc poſſet inſtruere, nec totaliter ignarus videri; ac ità defectum illum in ſe habere cognoſceret, & ambo inſtruerentur. O quàm dulcis amor eſt hic, quo oculum purgatum, amoremque intrinſecum habens, proximum ſuum capit. Si enim ſororem meā diligo, quamuis ad tuas laudes eſſem Deus meus, eas relinquere teneor, vt eam in neceſſitatibus ſubuenirem; ſi hoc mihi in rebus exterioribus agendum eſt, multò magis teneor, lumen præbere, & de defectu ſuo admonere, quod eſt intrinſecum animæ neceſſarium, & magis vrgens, quam exterius. Quod ſi ad auxiliandum corpori, vnam, vel duas noctes, & quotquot indigerem, perſiſterē; multò magis, ſi intrinſecum hunc amorem haberem, non eſſet mihi labori, vnam, vel duas noctes vigilare, lachrimiſque ſororis meæ defectum licet minimum plangere, cum virtutem omnem, animęque ſalutem deſiderare debeam, vtque eam acquirat elaborare. Nec modo virtutem, animęque ſalutem curare teneor, ſed etiam vt plura merita habeat, & per participationem alter Deus euadat. Qui autem intrinſecum hunc amorem non habet, hoc nequaquam præſtat; multoties enim vice adiuuandi proximum ſuum, illi nocet, & quibuſdam aſtutijs, fictis verbis alloquens, ſub ſpecie præſtandi auxilium, quid ille appetat, ſcire, & intelligere ſatagit; cumque ſine ſimplicitate agat, ſibi, proximiſque nocet.

7 Et quod peius eſt, hoc perſonis religioſis in vſu eſt, & cum ijs, qui reſpectu Paradiſi Religionis, in miſeri ſæculi inferno cōmorantur: cum illis enim loquentes, nè illis diſpliceant, ſimplicitatem abſcondunt; quæ etiam ſi in eorum habitaculis eſſet, eam non eſſe oſtendūt, quia illorum contrà ſimplicitatem dicta, non vituperantes, ipſorum taciturnitate iiſdem dictis aſſentiri videntur. Nō exequuntur hodiè Religioſi, quod Verbum veris ſeruis ſuis, vt nobis dicerent, exēploque docerent, iuſſit; & de quo nos admonebant? non modo, quod Religioſi, ſæculo verſantibus, ſimplicitatem illorum nō enarrarent, ſed neque eorum dictis aſſentirentur, imò fugerent, quemadmodum ille Marię amator Bernardus, qui propriam carnē fugiebat, dico propriam, quia in eodem ventre fuerat genitus; Veritas dici debet, ea nolle oſtendendo, quæ religioſæ profeſſionis ſimplicitatem impediunt; diligenterque curare deberent, vt nouellæ plantæ magna ſimplicitate Religionem ingrederentur, & de ijs, quæ promittere, & obſeruare poſtea debebunt; quantumque ponderis ſint dicta promiſſa commonefaciant, nè poſteà confundantur, & animo perturbentur. O puritas, ò dulcis ſimplicitas,

eia

eia veni, veni, tu me retines, iugiterque de te profunda me facis intelligere.

8 O Sponſe, tu magnam, à ſponſis tuis Religioſis perfectionem requiris; dic autem, ò pulchra ſponſa, ò dulcis ſimplicitas, cur te accipere nolunt, cum tàm pulchra ſis? habes nè in te auſteritatem? nequaquam certè: ſolum autem eam in ijs requiris, quæ peculiari vocatione ad auſteram vitam, à dulci Sponſo vocatæ ſunt. Quæ autem auſteritatem exercet, forſitan tibi diſplicet? nequaquam certè; imò dulce tibi nutrimentum præſtat, licet auſteritatem non exercere, non ſit ſaluti impedimento; magno tamen auxilio eſt, ac peculiare medium ad perfectionem citiùs, ac facilius acquirendam.

9 O dulcis ſimplicitas, eris forſitan indiſcreta? nequaquam, imò diſcretiſſima, compaſſioneque plena; licet verò carentibus lumine, non ità, imò oppoſitum, & terribilis videaris: & vnuſquiſq; te capere pertimeſcit, nè ſanitatē amittat, aut nequeat perdurare. Itaque in tot incidunt difficultates, vt tandem te non capiant: nec intelligunt, quod te relinquentes, plura capiunt incommoda, & labores, cum diuitiæ in ſeruitutem inducant, nec ſinant quietem aliquam deguſtare. Qui delicatis cibis vti iugiter conſueuit, cum poſtea infirmatur, nec cibos, nec medicamenta ad ſe reſtaurandum inuenit; qui autem craſſis, vilibuſque vtitur cibis, qualibet parua medicina reſtauratur, & refrigeratur. Res delicatæ multoties infirmitatem inducunt, ſæpiuſque vitam decurtant: & quia nihilominus magis in illis ſenſus delectatur, accipiunt; nullam tamen in illis inueniūt requiem: qui enim iugiter requieſcit; quid ſit requies guſtare non poteſt; qui autem ſemper laborat, quālibet paruam deguſtat requiem, magnamque ſentit quietem; ſi enim eſſem valdè laſſa, quodlibet breue iacere, magnam mihi præſtaret requiem. Cur ergò, ò ſpecioſa ſimplicitas, te capere tantum pertimeſcimus.

10 Væ autem mihi, quia ferocē leonem illinc venire cerno, magna beſtia aſſociatū. Ferox hic leo vana gloria eſt, quæ ſemper ſpecioſam puritatis ſponſulam quærit deuorare, omnia bona opera tollere, & impedire, ſi poſſet: & complacentia ſemper cum ſuperbia eſt, vt quod tollit vna, ſurripiat altera; illa verò beſtia, eſt difficultas, quæ nè pulcher iſte ſimplicitatis catulus capiatur, ſatagit impedire. O, tu pulcher es, eia veni; eia veni ad me, quia eam habere nō valeo, lateri te ligabo. Te magis, quàm puritatem perſequuntur: hæc enim intus in corde permanens, non videtur, nec eam perſequuntur; ſimplicitati autem, cum in cunctis operibus interioribus, & exterioribus reſplendeat, perſecutiones ſuſtinere opus eſt. Puritas intus in anima permanens, res eſt adeò ſublimis, & magna, vt creaturæ ex ſe nulla arte poſſint acquirere, niſi eam Deus propter ſuam liberalitatem non infundat in animam.

11 O puritas, ò puritas tàm ſpecioſa; in te Pater immergitur, in te nutritur Filius, gloriatur Spiritus Sanctus: Maria ſibi complacet, Angeli delectantur: Sancti inueniunt beatitudinem: ſimplicitatē autem multo labore, ac difficultate acquirere poſſumus. Sed benè dicit tuus, meuſque Amator. *Da amantem*, qui enim amant, nulla difficultate impediuntur. *S. Aug.*
Eia pulchra ſponſula, veni, veni: quod ſi non vis in me conſiſtere, tranſi, quia ſaltem relinques veſtigia; nolo autem, vt diſcedat à me catulus iſte, quem lateri meo alligaui; quod ſi aliquando ſolutum aliqualiter reliquero, hoc faciam, vt ad ſponſas tuas accedat, vt ad eas accedendo, ſuum eſſe communicare eis valeat, & ab eiſdem ſuum accipere nutrimentum. Præterquam quod, ipſo latrante, ò mea pulchra ſponſa puritas, cogēris ad me vultum conuertere; ac ita ego, ſi non aliud, ſpecioſam faciem tuam intuebor.

CA-

CAPVT XXXI.

In ſpiritu intelligit, monita hęc tradenda eſſe, vt Religioſi nouas à Deo obtineant gratias.

1 SI ſacræ Religioſæ Congregationes in eligendo Superiore ad tempus perſeuerauerint, ætatem, Religioniſque ordinem competentem minimè reſpiciẽtes, nec etiam alicuius creaturæ voluntatem, ac deſiderium, ſed ſolummodò puram illuminationem, inſpirationemq; Diuinam; meus cęleſtis Sponſus, Spiritus Sancti aſſiſtentiam dabit gubernanti.

2 Si in omni tribulationis dilluuio, manus ad Deum Religioſi eleuabunt, ipſe quemadmodum egit cum Noè, auxilium ſuum porriget eis.

3 Si ipſi mundũ odio habebunt, Deus noſter eas, ſicut ſuorum Apoſtolorum collegium, poſt Iudæ præuaricationem, cuſtodiet. Ipſi Apoſtoli Sancti, Euangelij prædicatione mediante, totius mundi lumen fuere; & bonis Religioſi apud Sanctiſſimam Trinitatem oratione, & interceſſione erunt auxilio creaturis. Illi amoris, & charitatis ardentes fuere fornaces; ideoque *Ibant gaudentes in conſpectu Concilij*; & Religioſi propter ipſorum gloriam pati, & propter Ieſu amorem contemni libenter ſuſcipient. Act. 5.

4 Si tanquam dilectam ſponſam, beneuolam amicam, & dilectam ſororem, ſanctam paupertatem amauerint, Deus meus de omnibus neceſſarijs prouidebit.

5 Si Religioſi oculus oppoſitum ſuum odio habebit, ideſt minimũ omne, quod puritatis candorẽ valeat maculare, Deus meus faciet, vt oculo interno magnitudinem, bonitatem, & amorem ſuum, videant, guſtent, & penetrent, ſicut egit cum Sanctis; facietque eos ſuorum participes ſecretorum, reclinabitque ſupra pectus ſuum, ſicut purum Ioannem.

6 Si Religioſi internè, intenſè, iuſtè, & ſanctè proximũ ſuum dilexerint, Verbum meum ſemper cum eis ſacramentaliter in vnione gratiæ erit.

7 Si ſeipſos ſupra ſeipſos, oculos eleuabunt, ad faciendam eius volutatem, ille, vt ſic dicam, Religioſi voluntatem faciet, quemadmodum illã ſui æterni Patris, peregrinando in terris.

8 Si ſuper tribulationum aquas ambulare, & tentationum ſpinas calcare ſibi complacuerint, meus dulcis ſponſus, ambulare, excurrere, & deambulare per ſacra Religioſa habitacula ſibi complacuerit, quemadmodum Sponſus dilectus in magis dilectum cubiculum agit.

Et in his donis gratijſque præſtandis eouſque perdurabit, quo carnes ſuper terram perdurabunt.

9 Si Religioſi carnem relinquentes, ideſt morientes, & ad aliam vitam tranſeuntes: remanentibus, quaſi teſtamento, relinquent lumen hoc, obſeruandi ſupradictas regulas, ſimul cum alijs ad ſtatus religioſi perfectionem concernentibus, pro ſuo poſſe agentes, vt ſemper in ſacra Congregatione tales inueniantur: qui talia habeant deſideria, & ad talem perfectionem aſpirẽt. Hoc opus, ò Deus meus, vt ijs, quibus lumen hoc impartiris, cõmunicatiui ſint; parum enim prodeſt virtus illa, quæ communicatiua non eſt.

CAPVT XXXII.

Nonnullas virtutes ad ſtatum Religioſum requiſitas recenſet.

1 O Beneuolum Verbum, increata Sapientia, & Sponſe noſter, ſi in te deſiderium eſſe poſſet, vt ſponſæ tuæ firmarent, ſtabilirentque ſimplex, purum, & vt ita dicam, infimum, vileq; viuere, aſpirares. Velles beneuole Spõſe, vt habitus, verba, cunctæque actiones, & etiam intentiones, ad ſupremum ſimplicitatis gradum aſpirarẽt. O Deus, qui magnus es, & magnificus, & animã adeo ſimplicem diligis? in Religione ſimplicitas, eſt veluti catulus latrans, foras egredi faciens, agitque, vt non furentur, latrones; ita ſimplicitas, nunc in ſinu illius, nunc alterius ſponſæ Ieſu quieſcit,

Deum prouocans ad habitãdum in Religionibus, in quibus ſimplicitas adeſt, elongatque fures mundanorum ſæcularium. Magnam detegit,capitque eatulus iſte prędã. Detegit enim vulnerati Agniculi prædam magnam, eamque ſapida ſcientia capit.

2 Vbi autem mihi oſtẽdis,ò Verbum, adeò ſimplicitatem hanc in tota vita tua diligere? Specialiter in Natiuitate, in Præſentatione in Templo, vbi animalia ſic ſimplicia voluiſti;in miraculis,turbas ſuprà fœnum, non in lautis menſis, vel conuiuijs, faciens conſedere. Caueat vnuſquiſque, ac vigilet, nè ſub compaſſionis colore inducat in ſe alicuius vanitatis maledictionem. Væ, væ, & millies væ, talis vanitatis maledictionem in Religione, & maximè vbi parum ſimplicitatis lumen regnat,inducenti.

3 Vult etiam beneuolum Verbum, vt perfecta, exactiſſimaque obedientia ſtabiliatur: & hic eſt ille pulcher Salomonis lectus, in quo Sponſus cum ſponſa requieſcit.

Pſal. 3. Somnum cępi, *Dormiui, & ſoporatus ſum,& exurrexi &c.* Quieſcit, ſuaui ſomno dormit, & poſtea ſurgit; fœlix Religio,in qua talis dulcis obedientiæ lectus

Luc. 15. inuenitur. *Congratulamini mihi omnes, qui diligitis*, Ieſu mi, volo de te dicere,

Phil. 2. ſed virtutem obedientiæ,quæ te *Exaltauit, factus obediens vſque ad mortem*, vis vt in nobis quieſcat, & vt nutritiua charitas iugiter ſit ante oculos noſtros. Qui charitatem hanc nutrit, rerum omnium nutritorem,& ſeipſum Deo nutrit, ac itã alter Deus per gratiam, & participationem euadit. In vnoquoque charitas itã perfecta eſſe deberet, vt condeſceret,adiuuaretque,ad quemlibet, in defectibus, infirmitatibus, & laboribus ſubleuandũ, ſummaque prudentia aliorum defectus excuſarentur, daretur infirmitatibus refrigerium, labores ſubleuarentur.

Cant. 2. 4 *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Vellet etiam dulcis Sponſus, vt firma in Religioſis ſtabiliretur voluntas, nunquã aliquẽ acceptare velle eum, qui humanis reſpectibus ductus, ſub pallio Religionis recurrit; ſed illos ſolummodo,qui animi tranquillitate, tantum vt Deo placeant; Diuino cultui dedicantur. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2.Cor. 9. Itaq; ò Deus meus, diligens illos, qui ad te voluntariè veniunt, oſtendis etiam, nequaquam diligere eos, qui non propter tuum amorẽ, ſed propter alios reſpectus, ad ſeruiendum tibi accedunt. *De ore leonis libera me Domine.* Pſal. 21. Deus meus, Deus amoris, qui eos diligis, & ſpecialiter ſponſas tuas, quæ voluntariè,non coactè ſe tibi dedũt. O beneuolum Verbum, non mirum, ſi poſtmodum teipſum eligentibus cõmunicas. Væ mihi, quia Religiones nunquam à primæuo earum veræ obſeruantiæ vigore cæcidiſſent, ſi omnes voluntariè ad ſeruiendum tibi, ò Domine mi, & non ad fugiendos mundi labores, vel propter alios reſpectus, acceſſiſſent. Expetis, vt veram, rectam prudentiam aequiramus, quæ ad tuam vnionem, dum in corpore viuimus, extendatur; & vis vt taliter in tua vnione ſit prudentia hæc, vt nec propter rem minimam, vel alterius creaturæ reſpectum, opus aliquod tuum executioni mandare deſinamus. Prudentia etiam debet eſſe in his ſubueniendis corporibus, ità vt corda, per fecto virtutum omniũ exemplo, tranquilla ſeruentur. O ſi exemplum hoc perfectè eſſet in nobis, quãtò tibi eſſemus honori? vult etiam, vt in nobis aſſiduus,intrinſeeuſque honoris tui, ſalutiſq; animarum zelus excitetur. Vndè beneuolũ Verbum deorſum dona ſua mittere nũquam ceſſabit; ſi perſeueranti patientia, ſummaque prudentia verum obſeruantiæ viuere cuſtodietur.

5 Diuinum Verbum, ſui cordis viridarium, floribus, fructibuſque infinitis refertum habet, vt ſponſæ ſuæ ad illud poſſint accedere, illoſque capere. O, mihi nec flores, nec fructus capere licebit, ſed iugiter cor tuũ vulnerare, ò mi dulcis Sponſe, illud ad ea corda inclinare, quæ ſcis qualia ſint. In beneuolo latere omnem debeo quietem ſumere, in quo eſt vita mea, in quo omnem ſapientiam, & ſcientiam,omnem prudentiam,& bonitatem, & charitatem, virtutum omniũ perfectionem, acquiro; in eo anima contrà omnes aduerſitates, probationes,im-

minen-

minenteſque tentationes armatur. Sanguis à vulnerato Agno Verbo procedẽs debet omnes potentias mutare: memoriam ab omni re in ſui vtilitatem cedente mutare, eamque ad omne perfectum, integrumque tuum velle figere. Intellectum ab omni rerum creatarum capacitate mutare, & in ignorantiam conuertere; magnitudiniſque, ac perfectionis vocationis ſuæ capacem reddere. Mutari debet voluntas, affectionem omnem ad res Deo inferiores, & ad creaturas ad Dei imaginem creatas, poſthabendo.

6 Vellet meus, & noſter Spoſus, vt ſponſa, ſpoſæque ſuæ tales eſſent, vt etiã in minimis gratia ſua fulgeret in illis, ut in nullo perfectioni illarum opponi poſſet. Sanguine totaliter nutriri opus eſt, ut apparere, talemque in ſe virtutem habere valeat, Sponſe mi; O Ieſu mi, cuius eſt ſanguis iſte? Illius, qui ſe non amat. Quis eo ſe nutrit? qui aliud præter te non deſiderat. Quis non communem omnibus, ſed peculiarem conſequitur gloriã? Qui vt te honoret, te relinquere nequaquam timet. Quis hæc intelligit? Humiles ſæculares, pauperesque Religioſi. Quis te ſudorem emittere facit Deus meus? qui te audire nõ vult. Tam pauci ſe ſequuntur Deus meus? O quàm benè in latere tuo refrigerantur columbæ, quàm benè Aquilæ in campo tuo paſcuntur? Quam rubicundæ, & prætioſæ euadunt animæ in latere tuo? quàm fęcundæ in campo tuo? quam agiles in ore tuo? Trahe ad te omnia creaturarum tuarum corda, ò Ieſu mi, pulchritudo, cuius ſpecioſitate, decorẽ, & pulchritudinẽ omnes animæ acquirunt, & ad tuã fruẽdã viſionẽ cõducuntur.

C A P V T XXXIII.

Chriſti ſanguinem Deo Patri pro hominibus offert, propter quod dæmonis ſubſtinet, repellitque inſultus.

1 *Viuo ego iam non ego, ſed viuit in* Gal.2.
me Verbum, caro, & ſanguis vnionis Sponſi mei, & eduxit me de vmbra mortis, & induxit animam meam *in latitudine* regenerationis humanæ.

O, tu fortis es, ego ex me ipſa debilis; ſed in me eſt Verbum meum te fortius. Ego arma Crucis Sponſi mei sũmam, ut me defendam. Pro ſcuto, illis utar verbis, *In principio erat Verbum, & Verbum* Ioa. 1.
erat apud Deum, & Deus erat Verbum. O quàm multitudo? ò quàm terribiles beſtiæ? ignari Spiritus nõ intelligitis, quod maiorem me facitis habere victoriam, ignominia veſtra? ipſi autem meam vellent impedire oblationem, ſed ad eorum contumeliam, nunc incipiam eam facere; Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, in auxilium meum properate.

2 Offeram tibi, Deus, omnem creaturam in vnione ſanguinis tui; cuiuſcumque ſtatus creaturas omnes tibi offerre volo, ſed à ſponſis tuis Virginibus, quibus adeò delectaris, incipiam. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* In principio, & antè ſæcula elegiſti, & præelegiſti. Religioſas omnes elegiſti: & pro omnibus veram poſtulo pœnitentiam, illiſque adeò neceſſarij luminis ſcintillam præbeas, ut in eo videant, & cognoſcant ſtatum fęlicem, ad quem eas elegiſti. ò Verbum, ſponſas tuas præelectas omnes in Diuino tuo latere nunc repono, cum iſte ſit locus, in quo nidificare, & cella, in qua quieſcere, ſolatiumque omne recipere, debent.

3 O beneuolum Verbum, hi maligni ſpiritus adeò pleni inuidia erant, ut, te eam luminis ſcintillam infundere, ferre

non poſſunt; & quamuis eſſent ignari, magnũ nihilominus fructum conſequendum, agnoſcebant; ſed ò Verbum infunde, infunde tamen: licet enim ſponſæ totum lumen tuum non receperint, aliquã tamen retinuerint partem. Iubilet anima mea, gaudeat cor, mens geſtiat. Offero Sponſo meo electas ſuas. Nunc, ò Verbum ſponſe, tibi electas tuas offerre volo. Etiam ipſæ ſponſæ tuæ ſunt, ſed quãuis electæ ſint, non tamen earum electionem, ne dicam, prælectionem cognoſcunt, vel intelligunt, quia nõ ſtant promiſſis, tibi Verbo peractis. Ideoque te obſecro, ut lumen eis tribuas, cognoſcẽdi id, ad quod tenentur. Et pro illis offero tibi ſanguinem in horto, tali agonia effuſum, ut tantæ turbarionis, & doloris
Mat. 26. verba protuleris. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*.

4 O Verbum, quàm cõpatiendæ ſunt miſeræ illæ animæ, quæ tanta ignorantia plenæ, ad intrandum in Religione incitantur, & ſi poſſem manibus meis proprijs eas eicerem. Tecum loquor, ò Verbum, eò modo, quo locutus es nobis. Amen, Amen dico tibi, quia millies vitam ponerem, ſi mille vitas haberem, & in medio earum ingrederer, & ſi poſſem, cognoſcere eas facerẽ, quam male agũt; & pro nihilo, haberem ſi me ſtultam, & fatuam exiſtimarent. Et quamuis me dęmon ipſum putarent, adeò exclamarem, ut audirer; vellemque ut iuſtitia præcederet, nè dicere valerent, Religionem propter ignorantiam profeſſas eſſe, nec illam percepiſſe. O quot, propter hoc, ad infernum deſcendunt: & ſi illarum aliqua ſalua ſit, ſolius tuæ liberalitatis opus eſt, ò Deus mi, ò ſi vnam ex ipſis oſtendere, & inter eas ducere poſſem, terribilitatem illius palam faciendo, agerem, vt ſi amore moueri nollent, ſaltem timore, & horribilitate moueantur.

5 Et quid etiam de Vnctis tuis dicam (ò Verbum) qui adeo ipſorum deijciunt magnitudinem? tot me cernere facis, qui infanda committunt peccata, corpus ſuum contaminantes, alioſque tanta ipſorum ignominia, ſeruituti earum creaturarum ſe tradunt, quæ viliores, & deiectiores ſunt dignitate ipſorum. Oculi, qui te, Verbum, à ſinu æterni Patris deſcendere vident, tot poſteà mortalia cõmittunt peccata, quibus contaminati, etiã ad Altare accedunt: ò Deus, ò Verbum, quomodo eos toleras? Quot, quot ſunt iſti, quos numerare non valeo, quot de præteritis, quot de præſentibus? ſaltem de futuris non eſſent. Mille blaſphæmias audiunt, nec ſemel repræhendunt; & quid eſſet poſtea, ſi vitam pro veritate profunderent? non profundit Sanctiſſimus Ioannes? Eaſdem non repræhendentes blaſphæmias, has malas non eſſe aſſentiri videntur. Nolo, ò Verbum, hinc nec à te, nec ab illis diſcedere, quouſque ex illis animabus aliquam illuminatam uideam: iam exaudiri digna non ſum, ò Verbum, nec me nimis præſumentem exaudi, ſed ſanguinem tuum. Tibi ipſi deeſſe non potes, exaudi, exaudi ergò, Verbum, ſanguinem tuum. Amor ille te moueat, æterne Pater, qui te mouit ad oſtendendam communicationem tuam in creandis Angelicis ſpiritibus; & ſi hoc non te mouet, moueat amor ille, qui te mouit ad creandum totum genus humanum. Moueat etiam, ò Pater, amor ille, qui te mouit ad mittendum Verbum tuũ ad recreandas creaturas pretioſi ſanguinis illius effuſione, quem etiam propter me ingratam effudit. Offero tibi, Verbũ, profundum illum humilitatis actum, quo de Cęlis in terram, in Mariæ Virginis vtero deſcendeſti, & ita etiam manſuetudinem illã, qua vbera tuæ Matris Virginis lactaſti, & hoc, quemadmodum, & nos puræ creaturæ, indigere oſtendiſti. O Maria, ſi iſtæ animæ ad lumen hoc recipiendum haud ſunt diſpoſitæ, age, eia, etiam, vt diſponanur, vt Verbum in illis poſſit illud infundere. Nunquam à te diſcedam, ò Verbum, niſi aliquem ex vnctis tuis illuminare digneris.

6 Punias in me ipſorũ culpas, ò Verbum, & licet ad eorum ignauiam purgãdam debilitas mea nequaquam ſufficiat, fac, vt toties moriar, & reuiuiſcam, quoadusque iuſtitiæ tuę ſatisfaciam. Vellem, ò Sponſe mi, aliquam ex animabus his illuminatam; oſtende quæſo, quid ad complendum deſiderium meum facere debeam. Et quid erit; libenter faciam,

Offero

Offero tibi totum ſanguinem in tua communicatione effuſum, & in horto tanta agonia orando, & quem in columna, & in tota tua paſſione effudiſti, opera omnia, quæ triginta tribus annis, nobiſcum conuerſans effeciſti,& omne quod in tota vita tua, paſſione, & amore operatus es, & paſſus. Offero tibi Verbo dulciſſimum tenerumq; amorem erga Matrem Sanctam tuam; illum etiam, quem erga te habuit ipſa Mater,omnia eius priuilegia, meritaque Sanctorum. Tibi Patri totum Martyrum ſanguinem offero, in vnionem illius, quem Verbum tuum effudit. Offero tibi in vnionem ſanguinis Verbi effuſi, omnia Sanctorum Apoſtolorum verba,& opera. Offero etiam omnium Sanctorum Doctorum ſapientiam, diligentiam, verba, & labores, in vnionem ſanguinis Verbi. Offero tibi vigilias, & fortitudinem contra tentationes Eremitarum,in vnionem ſanguinis Verbi. Ego tibi offero puritatem, pulchritudinem, & vnionem Virginum, in vnionem ſanguinis Verbi. Et tandem tibi offero merita omnia, operaq; iuſta,& ſancta creaturarum omnium, humilitatem, obediētiam,charitatem, miſericordiam, omniumque electorum virtutes,in vnionem ſanguinis Verbi.

CAPVT XXXIV.

Nonnullas videt animas ad Deum cōuerſas, vndè plura de Verbi ſanguine fatur.

1 O, tantum vocaui, tantum inuocaui, tantum obtuli, ut animam aliquam Vnctorum tuorum illuminare videam, ò Verbum. O quàm potens eſt hic ſanguis tuus? & quis vnquam poterit tibi pares reddere gratias? eundem ſanguinem tuum tibi offero: gratias ſibi agat idem ſanguis, de ſe gaudeat, in ſeipſo glorietur. Nunquam autem ſatiabor, quouſque totam in deſiderio conducendi ad te, Verbum, errantes animas, me conſumptam videbo. Deſiderium animarum tuarū *Comedit me*. Ergo anima mea ad oblationem reuertere: qui enim dedit vires ad primam,& ſecundā, vigorē etiam dabit, quo tertia fieri poſſit. Offeram Verbo meo animas omnium credentium, quæ requieſcunt in tabernaculo ſponſæ eius Eccleſiæ. O quanta malitia, quanta ſuperbia, quanta ingratitudo, quantus amor proprius, quanta ignorantia in hoc tàm digno tabernaculo inuenitur? eſt quidem tabernaculum hoc Eccleſiæ tuæ, ò Verbum, veluti Arca Noe, In qua tot ſpecies mundorum, & immundorum animalium videbantur; ita in Eccleſia tua, munda, & immunda animalia, boni, mali, & mediocres homines inueniuntur; & pro his, quaſi infinitis, infinitas ſanguinis guttas, itá abundanter cum in columna verberareris, effuſas, tibi offero. Et quemadmodum à membris tuis omnibus effudiſti, itá pro omnibus membris Eccleſiæ tuæ, cuius es caput, & creaturæ tuæ, membra, eum tibi offero. Pſal.68.

2 At, ò Verbum amor, vellem, vt ex omnium credentium ſtatibus, aliqua illuminaretur anima propter has oblationes. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Conſerua me Domine, quoniam* in deſiderio animarum conſumpta eſt anima mea. Collocauit me Verbum in deſiderio, quod ipſe habuit in humanitate ſua. Cuſtodiui deſiderium, quod dedit mihi Verbum, vt, niſi inuenerit in me vires, inueniat tamen deſiderium. *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram.* O quando animę meæ deſiderijs omnibus,& affectibus dicere potero. *In exitu Iſrael de Ægypto?* Potius autem in voce multitudinis mihi videor poſſe dicere. *Super flumina Babilonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui impleret* deſiderium animæ meæ. *Supra deorſum meū* fabricauerunt deſiderium ſalutis omniū credentium Verbi mei. O Verbum, ſanguis ſit, qui te moueat,& ad quid mouere te debet, niſi ad implendam ſalutem omnium animarum in te Verbo credentium? Inutilis ancilla tua inclinare vellet Altiſſimum, oporteret autem, ut dicere poſſit, *Cum eſſem paruula placui Altiſſimo*, ut de Matre tua dicitur.

Luc.21. Matt.5. Pſa.136. Pſa.113. Pſal.13. Pſa.136. Pſa.141.

3 Ver-

3 Verbum ſeſe inclinans intueor, veluti Sponſus ſponſæ, ut animabus per gratiam uniatur; illæ verò ſe retrahunt, ad inſtar cęcorum, qui aliquem appropinquare ſentientes, retrocedunt; quia viſione priuati, diſcernere haud valent, ſalutem, vel damnum afferentem. Verbi mei ſanguis nihil aliud eſt, niſi magnes, animas ad ſe trahens. Sanguis Verbi mei, altum Deum, vitæ arborem ad faciendam miſericordiam inclinat; quemadmodum arbor, pomorum pondere, ramos ſuos inclinat ad terram.

4 O Verbum, ſanguis tuus eſt etiam laqueus, ignarum ſcire noſtrum decipiens; cum ſe attollere per ſuperbiam vult, in eumdem incidit ſanguinem, & ita ſe humiliat, deiecitque, ſuam cognoſcens ignorantiam. Cernendo autem, & coram bonitate tua confitendo, quod cunctæ creaturæ, quæ in Eccleſia tua ſunt, à te ſe retrahunt, cum te inclinas ad eas: video nihilominus, ſanguinem tuum tantam habere vim, ut ſit veluti torcular, qui vuas ſtringit, & foras dulciſſimum emittit vinum; ità ſanguis tuus, Verbũ, potentiam tuam ſtringit, ad emittendum foras amorem, qui miſericordia tua eſt, quam ita abundanter ergà creaturas impendis, vt ea multoties abutātur. O quot hæc magna tua miſericordia confundet, ac ità benè dicere potes, *Conuerſa eſt in amaritudinem vitis aliena*. (Ier. 2.) Cum anima ſitiens, ſanguinem ipſum offerre propoſuerit, poteſt benè dicere. (Eccleſia) *Craſtina die delebitur iniquitas:* ſtatim enim facta oblatione, ab aliqua creatura, & ab aliquo corde, iniquitas deleta eſt.

5 O Verbum, cur non adimples, cur non conſumis, cur infernum me guſtare non facis, & vitam amittere, ut ſaltem Patris tui ira, quo ad aliquam partem mitigetur? Magna mihi pęna eſt, pęna carere.

CAPVT XXXV.

Diaboli iterum repellit inſultus oblationemque proſequitur.

1 ERant nè plures in inferno? ità certè. Miſeri autem vos dānati ſpiritus, quia iiſdem armis, quibus vos offendi, me defendam; iiſdem, quibus me defendi, vos offendam. Confiteor, confeſſa ſum, & confitebor, quod totũ, quod Eccleſia Sancta demonſtrat, vera, & catholica fides ſit; & ſi æternitatem in hoc mundo abſque beatifica viſione eſſem conſecutura, ſemper confiteor, & confitebor Sanctiſſimæ Trinitatis fidem, & quod ipſe ſit vnus, & ſolus Deus, qui fecit Cęlum, & terram. Et ſi vis, ò ſpiritus maligne, ut ego dicam, dixero, ſed maiorem tibi incutiet pęnam. *Credo in vnũ Deum &c.*

Quænam complacentia tua, ò Verbũ? ſuperabũdat bonitas tua, ſed ſuperabundat etiam aduerſariorum malitia, qui vellent inceptum opus impedire.

2 Quid dicis? ſi mille linguas haberē, mille linguis Deum meum confiterer; quia ex meipſa debilis ſum, omnes vos, Beati ſpiritus, ad eum pro me cōfitendũ inuito. O quid ageres maligne ſpiritus, ſi in eo eſſem inſtanti, in quo anima ſeparatur à corpore? ſi autem vis tua creſceret, creſceret etiam potentia, ac fortitudo Sponſi mei. Omnia Sponſo meo præſentia ſunt, & ego etiam ſponſa eius præſens ſum; quid poſteà dicere vis? credo, credo totum, quod Sancta Eccleſia credit. Abi, abi, & ab ea perquiras. Et ſcias, Sponſum meum mecum ſemper eſſe, qui potens eſt, *Et dextera illius amplexabitur me.* (Cant.) O, ipſe fecit Cęlum, & terram, eumdemque infernum; teipſum etiam fecit, cum omnibus aſſeclis tuis, licet vos indignos reddidiſtis. Creauit totum quod eſt, totum quod fuit, totumque quod vnquā eſſe poteſt. Etiam, etiā, etiam. Linque tamen, miſere dæmon, linque tamen alios, & ad me accede. Licet enim tempus, in eo quod vellem, im-

impendere me non ſinis, certa tamen ſum, per gratiã, quam Deus meus propter ſuam bonitatem mihi ſubminiſtrabit, quod non aſſentior, cum mecum ſit Verbum meum: de alijs verò minimè certa ſum: linque igitur alios.

3 O Sponſe mi, Verbum, tu tamen mecum es, & ego in te: ò bone Ieſu cur me non adiuuas? O bone Ieſu, ò bone Ieſu? ſurſum corda habemus ad deſiderium ſalutis animarum omnium credentium.

4 O Verbum, ò anima mea, ò ſpiritus meus, irã anxius, redeamus ad noſtrã oblationem, redeamus. Nunc, ò Verbum ad particulare tuorum credentium me reducam. Quot modis inimicus meus ſanctam fidem ruam à corde tollere tentauit, ut ego in numero credentiuui non eſſem? Hic etiam video Sponſi mei ſanguinem vitam animæ meæ, reſpui, & contemni? Quot quot video, ò Verbum qui hunc ſanguinem tuum nõ recipiunt? alios autem cerno, qui illum recipiunt, & hoc me beatam reddit ſimul, & doloroſam Poſt hos, tibi offero, ò Verbum, illorum adeò miſerorum, ac miſerabiliũ multirudinem, qui te non cognoſcentes, pro Deo, inimicum ipſorum adorant, te Parrem, & Dominum, amicum, fratrem, & aduocatum telinquentes. *Aduocatum habemus apud Patrem*. Attamen tanta eſt bonitas tua, ut ad eorum cuſtodiam, nobiles illos ſpiritus, qui tibi deſeruiunr, deputare digneris, qui ſi dolorem habere poſſent, maximum haberent, eorum perditionem iugiter inruẽtes. Ego etiam oblationẽ hanc gaudio, & dolore facio; gaudio, pro illis, qui eam recipiunt; dolore, pro illorum multitudine, qui eam nolunt recipere; ſanguinem autẽ illum pro ipſis indiuiduæ Trinitati obtulero, ut placatam erga illos rederem. Quemadmodum illi re contemnunt, & irrident, ò Deus mi, illum offeram tibi quem contumelia, & irriſione à venerando ruo capite effundere (licet voluntariè effundas) fecerunt, quando adeo pungens ſpinarũ corona tibi fuit impoſita. Amor ille, qui ad eos creandos te impulit, ille idem ad eos illuminandos te moueat. Scio quidem quod tu infundere non deſinis, ſed illi eum non recipiunt. Quæ nam eſt cauſa? Ingratirudo mea. Fateor omnẽ tui ſãguinis ablationẽ à me factã, poſſe propter meam miſeriam, & ingratitudinem, potius dici non eſſe oblarionem, ſed abſconſionem. Cognoſco quidem, ò Verbum, ingratitudinem meam, licet adæquatè non penetrem. Quod vidi, quod audiui vniuit me in vnione ſãguinis tui: omnia per omnia, & in ipſo omnia. O infęlix, & nimis fęlix ego. Infelix propter meam ingratitudinem, quia ingratitudo mea totius mali cauſa eſt. Vindica in me, ò Verbum, offenſas in te patratas, ò miſera, & miſerabilis ego, quæ cuiuſcumque ingratitudinis, & mali cauſa ſum. Infideles propter ipſorum infidelitatem lacte tuæ Diuinitatis, tuæ humanitatis fructibus, vino tuæ æternitatis, gratiæ tuæ veſte, omnia coopericnre, priuãtur. Contemni opto; nunc verò exalrari vellem, quod ſi poſſem omnes apprehẽderem, & in Sanctæ Eccleſiæ ruæ ſinu perducerem: ibique vellem, vt ſuaui ſuo flatu eos ab infidelitate purgaret, & poſtea ad dulcia, ſuauiaque ſua apponeret vbera, Sanctiſſimorum Sacramentorum lacte nutriendos. O quam benè lactaret, ſuoq; nutrire pectore. Si hoc agere poſſem, libenter facerem; de nullo autem niſi de me, de omni mea impoſſibilitate dolere debeo; ingratitudo, & ignoranria mea totius cauſa eſt. *Montes exultauerũt, vt Arietes, & colles ſicut Agni ouium*. Pſa.113.

5 Adeo ingẽs eſt bonitas tua, ò Deus meus, ut vota creaturarum tuarũ adimplere non deſinas, ad earum paruitatem, & indignitatem, minimè reſpiciẽdo. Sed vr Pater diſcretus, paſſus inſpicis noſtros, quibus te accomodas; quẽadmodum Pater, paruulorum ſuorum breuibus paſſibus accomodatur. *Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum*. O beneuoluin Verbum, quam magna eſt liberalitas tua; ſanguis, qui à capite ruo ſpinis vulnerato deſcendit, nunc ſuper animas adeo renebroſas deſcendat, vt lumen in tenebris facias apparere. *Reſpice de Cęlo, & vide* omnes errantes in via ſua *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*. Quid autem hic, ò æterne Pater, ut ad miſericordiam Pſa.118.

(margin: In. 2.)

cordiam

cordiam erga illas te moueam faciendũ eſt? ſicut ille qui feram, vel auem capere vult opus eſt facere; fortẽ tendit arcum, pilam, vel telum in eo ponit, oculũ poſtea ad dioptra aſpiciẽdo applicat, ac ita feram ſiſtere facit, eàmque capit; ita facere oportet. Forté arcum, nobis à Verbo tuo extenſum, ideſt Crucem Sanctam accipere opus eſt; & quid in eo pro pila, pro telo apponam? Verbum tuum, tuaq; promiſſa aſſumpſero, tibique ea commemorabo, ad ſinum tuum aſpiciendũ, in quo eſt illud, quod capere vehementer deſidero, ideſt Vebum meum. Dioptra applicabo, & ita dilectam tuam miſericordiam ſumpſero. Dioptra erit pura rectaque intentio: tibi enim ſoli, ò Verbum, arcum hunc cum fidei charitatis ſagitta impellere opus eſt, ſicque tu tanquam vulneratus capieris, ipſiſque pauperibus peccatoribus miſereberis. Ecce ſi rem aliquam fortem quærimus, Verbi mei Crux fortisſima eſt. Quid autẽ credis me de te facturam, ò Verbum, cum hoc modo te cepero? Meipſam de te ipſo Verbo nutrire, & quid meipſam dico? cum ſi meipſam nutrirem, eueniret in me, vt magis ſitirem, maioremque pęnam exſperirer; ideoque non ſolum me, ſed etiam proximum meum nutrire volo; & etiam me amore tuo cum oporteret priuare. Certum eſt, melius pauperẽ eſſe in domo tua propter tuum, proximique amorem, quam abundanter in pec-

Pſal. 83. catorum domo habitare. *Elegi abiectus eſſe in domo tua, quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

6 Scio, ò Verbum, te omnia in magna Sapientia facere, & quamuis ego ignara, ignorantiaque plena, ea non intelligam, non tamen abſq; myſterio euenire hanc, quam in me ſentio, tentationis ſolatijq; mixtionem opinor: tibi ſoli hoc notum eſt. Si ego ſola ſum, vos verò mille, & mille, ſpiritus maledicti, nequaquam Sponſus meus permittet, ut in me valeatis, niſi tantum, quantum ad reſiſtẽdum vires præſtabit: certi eſtote. *Verbum caro factum eſt.* Deinceps, horrenda beſtia, verbis alijs tibi reſpondere nolo, quam iſtis, *Verbum caro factum eſt.*

7 O beneuolum Verbum, eſt inſuper latus tuũ, quo me abſcondã; ſcio quod ſi ad eum affectu introibo, omnes hi maligni ſpiritus confuſi, ad ſuam habitationem deſcendent, & ego magis exſpedita, oblationem meam proſequi potero. O quam benè conſtructa eſt, ò beneuolum Verbum, hæc lateris tui habitatio: vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram vis.

O beneuolum Verbum, & inclite Spõſe, nunc quia mei diſceſſerunt inimici, meam proſequar oblationem. Et quos, ò Verbum, tibi offeram? illos incarnatos dæmones Hæreticos, (vt ita eos vocitem, cum adeò horribiles, tantoq; numero, ac varij ſint, tibique noti) pro quibus illum ſanguinem tibi offero, quem in Caluario monte effudiſti, quando nudatus, ut crucifigereris, fuiſti: etenim iſti veſtem tuam ſcindere, quantum poſſunt conantur, eam venenoſis verbis, & operationibus dilaniantes. Hi gloriam honorẽque tuum ſibi iugiter ſatagunt vſurpare, vice tua adorari volentes. Te obſecro propter amorem illum, qui ad eos tuo ſanguine regenerandos te impulit, ut tibi iterum vnias; ut autem hanc faciam oblationem, quantum, eo, quod eſt in me, carere debeo, ingratitudine videlicet, ſuperbia, proprioque amore? O quãtam puritatem, humilitatẽ, ſuique ipſius priuationem oblatio hæc requirit. Alij qui prætioſiſſimum Diuinitatis tuæ aurũ tollere ſatagunt, modo hoc, modo illud negantes. Alij malignantibus eorum linguis *affirmant, te ſatisfeciſſe quidem, *Forti, de paruulis, ſermo 6. ſed velle ut operibus reſpondeamus ad recipiendum Paſſionis tuæ fructum. Alij potentiam tuam negant, Chriſto tuo in terra, cui aperiendi claudendique Cęlũ poteſtatem dediſti, ſubijci ſe nolentes. Alij liberalitatem tuam negant, Sanctiſſimis Sacramentis non credentes, nec quod corpus, & ſanguinem tuum nobis reliquiſti. Et alij mille erroribus immerſi. Ac ita oporteret, vt animę noſtrę Turtures eſſent, iugiter tantam cęcitatem gementes, eiulantes. *Exurgat Deus, & diſ-* Pſal. 67. *ſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Congratulami-* Pſa. 120. *ni mihi omnes, qui diligitis eum.*

8 Dum ab Hębreis in Caluario monte exſpo-

te exſpoliatus fuiſti,ò Verbum,ſanguinē tuum effundebas, qui ab atrocibus vulneribus in colūna receptis, veluti à quibuſdam riuulis ſcaturiebat. Nunc verò nobis, nobis ipſis expoliantibus, miſeri-
Cant. 1. cordiæ vnguentum effundis. *Vnguentum effuſum nomen tuum.* O quam bene nos proprio amore,nobiſque ipſis expoliare deberemus, cum in hoc nobis, alijſque proficiamus.

Pſa. 108. 9 *Dilexerunt maledictionem,& veniet eis; noluerunt benedictionem, & elongabitur ab eis.* O Verbum,verum quidem eſt, quod cui gratiam præbes,vt te in pueritia, adoleſcentiaque cognoſcat, magnū donum confers: valdè enim difficile eſt te offendenti, vt poſtea ad te redeat. O quam neceſſe eſt tuas inſpirationes audire, internumque proſequi ictum, quo tanta dulcedine illuminas, & ad te animas trahis. Illi quia gloriam, pęnamque eis præpararam, non penetrant, ita indurati, & excęcati in eorum cordibus perſeuerant. O, qui tui, ſuique cognitionem relinquit,de defectu in defectum eadit; de defectu in peccatum, de peccato in malitiam; de malitia in iniquitatē, & poſtea in inferni baratro deſcendit: & deorſum ibi in inferno nulla eſt redemptiō, & in Paradiſo gloria ſempterna. Nō ceſſat Deus, gloriæ, & gloriæ & pęnæ cognitionem dare, quemadmodum ipſe Solem etiā ſuum oriri facit ſupra iuſtos, & iniuſtos; ita non ceſſat lumen ſuum ſuper omnes immittere,omnibuſque miſericordiam ſuam oſtendere; ipſi autem eam recipere nolunt.

CAPVT XXXVI.

Diaboli denuo tentationes propulſat, & candidum Mariæ lac pro animabus Purgatorij Diuino Verbo offert.

Iſaia 6. 1 **V**Idi Deum ſedentem ſuper Thronū magnum, & electum; in quo autem ſe exercet Verbum in hoc throno? *Qui poteſt capere capiat.* Video nunc tamen in aliud ſe non exercere, quam in ſeipſum iugiter offerendo æterno Patri, donum hoc ſimul cum infinitis alijs mēbris præbendo. Non ita Sol hic deorſum penetrat, terrena germinare faciens, ſicuti ideam eſſentię Patris penetrat oblatio Verbi, agitque vt ille compaſſionis, miſericordiæ, & amoris opera generet. Veniet autem tempus, in quo Sponſus ad breue tempus poteſtatem accipiet, licet nunc etiam habeat,& condemnabit, & eliget. Veniet poſtea ſuaue illud tempus, ſuaue inquam volenti,& in hac peregrinatione bonis operibus eligenti, quando operatio tua condemnandi reprobos, iuſtoſque pręmiandi manifeſtabitur; ìtrique in gloria; ſitienteſque ea ſatietate ſatiabuntur, quæ reddet eos iugiter ſitientes. Teque Sponſum meum Verbum, ſemper glorificabunt, & laudabunt. Miſeri autē, & miſerabiles, quia in Sancta fide tua vacillauerunt, tanto priuabuntur bono. Quomodo, ò Verbū, creaturam à te creatam, & recreatam intueri poſſum,quæ non ſit particeps tui, quod es ſumma bonitas, ſitque etiam tui ſanguis expers?

2 *Verbum caro factum eſt. Non nobis Domine, non nobis.* Ne putes maledicte ſpiritus, me, de mei non eſſe, de meaque debilitate gloriaturam: nihil etenim in me laudabile inuenitur,ſed totum à Deo meo procedit. Age, omnia Verbo meo nota ſunt. Tu me iudicare non debes. *Verbum caro factum eſt.* Per aſperſionem ſanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. *Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum. Non nobis, Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Tu illaqueare me velles, & poſtea mortem inferre. Velles, ut ego gloriam Verbo meo non darem; Scias autem,me omni tempore altum hunc Dominum meum laudaturam, ac benedicturā, cum ſit ipſe totius noſtri boni donator, & in
ſeipſo laudari dignus ſit. *Benedicam Do-* Pſal. 33.
minum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo. Imò ſi mille,& mille,& poſtea mille, & mille millia animæ inuenirētur, vellem,ut iugiter hæc verba proferrent.
Non nobis Domine, nō nobis, ſed nomini tuo Pſa. 113.
da gloriam. In virtute ſanguinis Verbi,& in virtute eſſentiæ Patris diſcedite hinc maligni, & maledicti ſpiritus.

3 O beneuolus meus, & dulcis Spōſus, Verbum, tu qui *poteſtatem* omnem *in Cęlo* habes, & *in terra* ille es, qui vnūquemque confundis, & in fugam vertis cunctos inimicos tuos: ego ex me debilis ſum, & debiliſſima, nihil video cum ſim miſerijs, peccatiſque plena. Tu autem Verbum paruo intuitu, ſicut paruulam in vento paleam cūctos vertis in fugam; prius autem cum ſeruis eos pugnare permittis, vt illi glorioſiores redderentur; & quanto maiorem gratiam, maiuſque lumen illis præbere vis, tanto plures fornaces igneſque conſtruis, in quibus ad inſtar auri, corda purgentur, eorumque virtutes tamquam digni pretioſique lapides videantur. *In columna nubis loquebatur ad eos*. In fortitudine tua, ò Verbū pugnandi virtutem nobis tribuis, & qui viriliter pro gloria tua certare vult, ut deorſum ad infima deſcendat, opus habet; in Cęlo tamen empireo ſemper, ne confundatur, permaneat.

Mat. 28.

Pſal. 98.

4 Nunc ergo beneuole Verbum, licet nimis eſſet agendum, ut Eccleſiæ tuæ Sāctæ corpus regeneretur, & renouetur, propter quod huius aſtractionis initio me vocaſti; quia nihilominus poſtea aliquid de te intelligere volo, nō vltra progrediar diſcurrendo, ſed ſolum ad Purgatorij animas pergam, quæ clauſæ in illo carcere detinentur. Fęlix autem, qui illum ſortitur locum, & fęlix ego ſi deorſum amplius non abibo; quia verò omnes alios Eccleſiæ Sanctæ ſtatus, ſimul cum te Verbo, Patri obtuli, modo ſtatum hunc tibi puriſsimo Verbo offerre volo, te ianitorem exiſtimans. Quemadmodū enim maximè alicuius magni palatij ianitor, ſi alicui aperit, Dominus ideſt domi pater, nō expellit à Palatio ſuo, quos introduxerat ianitor, maximè quando ambo eiuſdem voluntatis ſunt. Et pro his animabus quid tibi offeram, ò Verbum; offeram tibi candidum, & rubicūdum, rubicundum, & candidum Mariæ lac, eruntque eius vbera veluti duo fontes, lac deorſum benedictis animabus illis ſcaturientes, eaſque in flammis refrigerantes, & nutrientes, iugem tuæ viſionis ſitim extinguendo; & tu etiam Verbum, ſanguinem tuum mittendo, ipſo ornabis eas, tibique attrahes, vnde dici poſſit, *Et procidentes adorauerunt eas* dicētes, Iſtæ ſunt dignæ accipere aſperſionē ſanguinis Verbi; Idem ſanguis ita benedictas animas ornat, ſicuti floribus, & frondibus vere terra ornatur. *Lætabitur iuſtus cum viderit Iuſtitiā*. Lætabitur ſpōſa cum viderit aſperſionē ſanguinis Verbi ſui. Oh, oh, oh, quam benignus es, dulcis Sponſe mi, Verbum.

Apoc. 4.

Pſal. 57.

5 Mariam video ſuper Nauiculā, ſedentem, candidis, fulgentibuſque habitibus indutam, Regali pallio gemmis, pretioſiſque lapillis onuſto, coopertam, innumerabili ſpirituum beatorum turba comitatam.

O ſi ſemel, ò Deus mi, offenſę quæ cōtra te fiunt, finirentur? ò ſi ſemel maledicti dæmones cauſam me affligendi viſione peccatorum hominum, non haberēt? Quid autem? Nimium eſſet, Arrham Paradiſi guſtarem. Vis ſemper, ò Deus, vt cum ſuaui gratiæ tuæ melle Abſynthium tentationis miſceatur.

6 O Ieſu mi, cōuerte eū cōuerte. O Verbum, tuus etiā sāguis exclamat. O Amor tuū exaudi ſanguinē. Duplica etiam, quia non refert. Duplica, dummodo ignorantia tanta tollatur: lumen tuum infunde, ſcintillam mitte tui sāguinis ſtillam, qui ad mille corda, non dicam vnum, ſufficit penetranda: ò quam libenter omne martyrij genus perferrem, dummodo illum conuerſum viderem; ſed non mihi eſſet martyrio, non, ſed Paradiſo. O Verbum age, infunde ſupet eum hunc ſanguinem, da talem in corde illius diſpoſitionē, ut aptus ad eum recipiendū reddatur: exaudi preces Ancillæ tuę. O, ſanguis iſte, omne meum refrigerium eſt, & conſolatio, *Cor mundū crea in me Deus*. Sed ò Verbū, ſi diſpoſitionē vis, tu da; illum coge. Maledicta in malo cōſuetudo. O, nec minor ſollicitudo in bono, quam in malo habita neceſſaria eſt; imò magis, ac magis eā reduplicare oportet. *Voluntatem timentiū ſe faciet*, ò qui te non diligit, nō te timet. Ego axaudiri non ſum digna, ſanguinem tuum tibi vnitum exaudi, ò Verbum, omnia quæ tu dicis audiero; quod tu diligis dilexero, & totum quod vis faciā: & q ego volo, ſi tibi non placet, nullo modo fiat.

Pſal. 50.

Pſa. 144.

IN-

Digitized by Google

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS, ORDINIS CARMELITARVM

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Sponſum Ieſum, vt nomen ſuum in cordibus ſponſarum imprimat, enixè deprecatur.

1 O Amantiſſime Sponſe, prębe ſpõſis tuis ſanguinem tuum, & cum ipſo in eorum cordibus amabiliſſimum Nomen tuum, quod dulce, & potens eſt, nec intelligi, neque ab alia creatura cõpræhendi poteſt, ſcribe. Omnes Hierarchiæ in cęlo corpus vnum eſſe videntur, adeò vnitæ ſunt ad reuerendum dulce Nomen tuum; & qui in inferno ſunt licet nullo modo capaces ſint, quando nihilominus nomen hoc impoſitum tibi fuit, aliquatenus timuerunt, & ad inclinandum ſe coacti ſunt. Creaturæ verò quæ huius Nominis fructum receperunt adeo ingratæ ſunt. Nomen tuum Patrem placat, dat iubilum Angelis, gaudium iuſtis, tremere facit dæmones. Propter Nomen tuum cũctas ab ęterno Patre recipimus gratias; ideo ne deſinas eum in cordibus ſponſarum, ſanguine tuo, ſcribere. Scis paruule Sponſe mi, infantulos libentẽr magna donare, eo quod ea non conſiderent, tantique rem magni valoris extimant, quanti minimas. Eia, ſic age tu, quia paruulus factus es; ſi enim animæ tuum nomen in corde habebunt, maius omne deſiderabile poſſidebunt; Nomen enim tuum cęlum, & terram implet, & quomodo fieri poteſt, vt dulcis huius nominis effectus deinde non habeant? Nomen eſt ſalutis, quomodo ſalutaria non erunt omnia verba, ab ore illarum procedentia?

2 Quomodo pax nunquam in Religionibus turbaretur, ſi ſẽper alieni poſt haberentur defectus, ſemperque proprij ante oculos haberentur? & quomodo in Religioſi corde, quies non eſſet, ſi ſemper quies cordis aliorum quereretur? Tu enim quietem cordis ſui à bono religioſo procuratã, etiam in corde illius diſtillares, cum quies animæ, alteram animã, pro ſuo poſſe ſedantis, percipi nõ poſſit. Ideoq; Nomen tuum in earum cordibus ſcribe, & cuicumque earum ſenſui, nominis tui literam imprime: quemadmodũ enim ait Amator tuus Bernardus, *Iubilũ eſt cuiuſque ſenſus, mel in ore.* O quam dulcia ſunt verba eorum, qui te habent in corde? Quæ ſuauior dulciorq; melodia, quam dulce Nomen tuum inuocatũ audire? illo enim mediãte agimus, vt æternus Pater ſuos ad nos conuertat oculos, puriq; ſpiritus Angelici cupiãt, ut ad eorum perueniamus ſocietatem; & per illud, dæmonibus terribiles reddimur.

CAPVT II.

De Sanctiſſimo Altaris Sacramẽto deuotos exſprimit conceptus. Deinde, quomodo Verbum in anima quieſcat, & in Eccleſia, intelligit.

1 VIdeo, ò Verbum, & intelligo;pro ut me videre, & intelligere facis, bonitatem tuam erga creaturam immenſam eſſe. Propter eam enim adeo profundè te deiectum cerno, & audebo dicere, exinanitum, cum ſub vmbra ſacramentalium accidentium panis,tuam velaueris magnitudinem, ut medio ſic efficaci, infinitus amor tuus ab anima cognoſceretur. Tibi etiam complaces, ut ego, & prout incapacitas mea recipere poteſt, de ſumma potentia tua lumen habeam. Ipſa enim in hoc ſuo, noſtroq; admirabiliſſimo Sacramẽto magnoperè oſtenditur, in altiſſima diminutione, ut ita dicam, tuipſius, in ſubtili illa, & parũula oſtia, idem tamen te permanente, nec deficiente: & tamen ille es, quem Cęli capere non poſſunt. Non eſt igitur hoc,ò Verbum, opus omnipotẽtiæ tuæ? Certè quidem: cum ſupra humanã omnem capacitatem incomprehenſibile ſit. Valet bene creatura rem aliquam imminuere, non poteſt autem facere,vt diminuta, remaneat tota integra: ſẽper enim quod ablatũ fuit,deſiderabitur.At Deus magnitudidem, Diuinitatem, totumque ſeipſum ſub vmbra, & accidentibus illius paruulæ particulæ panis conſtituit, egitque ut infima, & incapax creatura, poſſit in ſe recipere eum, qui omnia implet; & eſt ipſe Deus æternus,incomprehenſibilis, & infinitus. Totumque hoc effecit propter complacentiam magnam quam habet quieſcendi in ſua creatura. Sub umbra venit, ut in umbra quieſceret,ſub ſacramentali pane, vt requieſceret in creatura ſua, quæ aliud quam vmbra non eſt. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant.2.

2 In intimo cordis cuiuſcumque electæ animæ, Verbum video humanatum ſedens, & quieſcens; & ſub umbra frondoſæ arboris in illis animabus plantatæ dulcem capiens ſomnum. Iſta arbor eſt charitas, in maiori, vel minori gradu, quam habent in ſe animæ electæ; & quo in illis ſublimior eſt charitas iſta,eo ſuauior, & delectabilior eſt vmbra Verbi intus in anima quieſcentis. Qui charitatem à ſola natura procedentem,& propter moralis virtutis ſtimulum, exercet, veræ charitatis meritum non conſequitur: vera enim charitas in Diuino amore, & in exercitijs ſpiritualibus, quæ ſolum propter Deum fiunt, fundatur. In hoc Spõſus magnopere tibi complacet. At hic non ſiſtit amor, quia animas ad quietem ſub umbra ipſius trahere ſibi complacet. Vnde, ò Verbum, non modo vmbra, ut in vmbra quieſceres, fieri voluiſti, ſed etiam, ut ſub te, creaturæ tuæ vmbram traheres, ut ſub illa ſedeat, & quieſcat, ſicut in illa tu.

Nunc, ò Verbum, te in Eccleſia tua video ad inſtar magnæ,ac ſpatioſæ vitis, *Ego ſum vitis vera.* Etiam, Verbum. Tu es vitis illa admirabilis, cuius circuitus ſuper cęlos dilatatur, vnde nec principiũ, nec finem video, quia ab illa Diuini eſſe tui æternitas ſignificatur. Folia cerno ineffabilis pulchritudinis: & hæc,verba tua euangelica, & quæ per ſeruos tuos iugiter profers, ſunt. Palmites, & parui oſtenduntur, & magni, quæ ſunt opera à te in mundo patrata. Parua, illorũ cõparatione inelcrutabilium, quæ in illa æternitate in ſinu Patris operaris, quæ nec intellectus intelligere, nec affectus deguſtare poteſt, cum nimis alta ſit immenſitas hæc. Cum in gloria tua erimus, ò Verbum, tunc ſcio quod de te intelligere facies,quãtum capacitas, meritumque cuiuſcumque animæ erit. Nec viti vuæ, nec etiã fructus deſunt tibi, Verbo; quod tamen vitis es botrorum dulciſſimarum vuarum, quæ optimum Diuini amoris vinũ effundentes, tuos inebriant amatores, Deus meus: & inebriari dulci ſomno, vel pretioſæ mortis, vel Diuinę contẽplationis, in abſtractione ſenſuum requieſcũt. & hæc eſt illa requies,& pax, ad quam anima peruenit, quia ſub vmbra

bra veræ vitis, ideſt Diuini Verbi, requieuit.

CAPVT III.

Verbi Incarnationem, Paſſioni illius, miro comparat modo.

1 O Maria Sanctiſſimę Trinitatis cōplacentia, Prophætarum Dioptra; ad quid Prophetæ niſi ad aduentum tuum, aſpirabant? quo voces emittebunt niſi ad te? exſpectātes enim Meſſiam, à te naſciturum ſciebant. Lux es nō modo populi Hæbrei, ſed etiam totius generis humani. Eorum Dux, petræ aqua illorum ſitim extinxit. Tu autē, Maria, firmā, immobileq; illam ęterni Patris petrā virga percuſſiſti; & quænā eſt virga qua tu immobilem hanc petram percuſſiſti? O Maria dic, eia; doctis, & indoctis illa nota eſt. O, res minima eſt, & magnum adeò efficere potuit; quo impotentior eſt, eo maiorem habet potentiam; quo vilior apparet, eo maiora operatur. O Maria, & quando percuſſiſti? ò, quando ad ſinum æterni Patris, tuos fixiſti oculos, teque indignam cognouiſti Ancillā, futuræ Matris Vnigeniti ſui: adeòq; ingens fuit iſta percuſſio, vt æternus Pater, quin ſtatim Verbum ſuū mitteret, ſe cōtinere nequiuerit; ac ita in eodē inſtanti, modo noſtro intelligendi, in ictu oculi deſcendit in te Verbum, formauitque, & organizauit Spiritus Sanctus ſpecioſum illud Verbi corpus, adeò paruulum; & nihilominus idem Verbum erat, eſtque adeò magnum, ut Cęlum continere eum non poſſit, & tamen in paruo Virginis vtero, ſe cōcludere voluit. Quid autem? quæ vnquam creatura, ò Incarnatū Verbum, tuam potuit intelligere magnitudinem? Quis tuam unquam potuit comprehændere pulchritudinem? Quæ auris mutuas illas voces audire, quas æterno Patri tuo internè enunciabas. Quæ vnquam lingua poteſt te laudare? Manus quæ Cęlum, & terram conſtruxerunt, adeò paruulæ exſtiterunt. Quis unquam magna hæc opera intellexit? Quis tandē intellectus potuerit tē compræhendere? Ego te paruulum in Mariæ vtero, & in Cruce eodem tempore video: eia dic, ò Verbum, vbi libentius permanebas? in Cruce, aut in Mariæ vtero? Crux ſuper horridum montem, & in terra arida, ſicca, & ſterilis plantata eſt: Et Mariæ venter eſt illa adeo iucunda, amæna, benedicta, & frugis terra, quæ te vitæ fructu productura erat: Nudus es in Mariæ vētre, & nudus in Cruce, ó Ieſu mi. Facies tua in vētre Mariæ Sole ſplendidior eſt, & in Cruce *Nulla eſt tibi ſpecies, neque decor.* Iſaia 53. In Mariæ ventre, omnia membra tua creſcebant, nutritionemque ſumebant; & in Cruce, ut ita dicam, minuebātur, quia ab omnibus ſanguis effundebatur? In Mariæ ventre ſuauem fructū innumerabilium virtutum odorem ſentiebas: in Cruce male olentis, fętidiq; montis fætorem. In Mariæ ventre ſuauem liquorem, à corde ſuo puro in animæ tuæ ore diſtillantem, guſtabas; in Cruce aceto, ac felle potaris: In Mariæ ventre puras laudes, quas illa iugiter dabat audiebas: quæ enim ſalutatio, vel laus potuit vnquam ab humano corde quod ſit, aut eſſe poſſit, formari, quam Maria, dum te in vtero ſuo haberet, non formaſſet? & in Cruce horribiles Iudæorum blaſphemias, opprobriaque audiebas: ideoque dic mihi, ò Verbum, vbi libentius permanebas? In Mariæ vtero, an in Cruce? In Cruce, in Cruce, in Cruce: cur tibi in Mariæ vtero eſſe complacuiſti, niſi ut deinde in Cruce permaneres? Cum eſſes in ſinu Patris, ad Mariæ vterum, & cum in Marię vtero permaneres, ad Crucem aſpirabas.

2 Cum tempus nobis adeò fœlix, & à te adeo cōcupitum aduenisset, in quo æternus Pater te Verbum, ad magnum Redemptionis opus faciendum mittere vellet, nobilium, & excellentium Spirituum Angelorum vno vſus eſt, eum ad Mariam mittendo: & quando tempus adimplendi voluntatē Patris, de tui ſanguinis effuſione, aduenit, altero, qui imitatione, quaſi diabolicus ſpiritus erat, vſus eſt; eodemque Verbo, quo initium ſumpſit vita noſtra, habuit etiam mors tua principium; vtrumque per ſalutationem,

nẽm, *Aue.* Maria petit ab Angelo, *Quomodo fiet iſtud*, & Verbum à Traditore petit. *Ad quid veniſti?* Aſſentiente Maria, ſtatim carnem aſſumpſiſti: & cum te Iudæis manifeſtares dicendo, *ego ſum*, eorum præda extitiſti. Maria nouem menſibus in vtero te portauit. Et nouem horis, acerbioris paſſionis tuæ dolores pertuliſti. Opus fuit vt tu in Maria carnẽ Spiritus Sancti virtute, aſſumeres: & expediens fuit, vt paſſio tua Spiritus Sancti opere eſſet. *Expedit vobis, & vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* Ioan. 11. Maria in charitatis amore pergit ad exequenda opera charitatis: & impij Iudæi in impetu odij, te ab vno ad alium Pontificem ducunt. .Maria quamuis omnibus te manifeſtare poſſet, non omnibus tamen, ſed quos tui capaces agnoſcebant, ijs manifeſtabat; Illi vero te, tamquam malefactorem, ſeductoremq; indigitabant: Maria humanitatis veſte te induit: illi vero veſte candida ad ludibrium te induerunt, tuam innocentiam, ignominia ipſorum, palam facientes. Maria cum te portaret in vtero, ſeipſam ne tibi eſſet incommodo, à laſſitudine abſtinebat; illi autem te in columna flagellantes, ad eorum laſſitudinem minimè attendebant, ne aliquantulũ tu quieſceres. Maria, deſideriorum ac affectuũ, quos ſponſæ tuæ in Eccleſia habere debuerant, ſertum capiti tuo impoſuit: illi verò pungentibus ſpinis te coronauerunt. Iſti arundinem vacuam in manibus dederunt: & Maria iugiter tibi humani generis fragilitatem commemorabat, vt æternus Pater erga eum perſeueranter pietatem oſtenderet.

3 Maria diuinitatem tuam velauit, te mortali veſte, puriſſimis ſuis intexta sãguinibus, cooperiens; illi verò ſplendidam faciem tuam velauerunt. Maria pulcram faciẽ tuam reſpiciens, pio amoris ſe liquefiebat affectu: & illi impij maleolentibus ſputis deformarũt. Maria, ut tuam oſtenderet potentiam, te iugiter ſupplicabat: & illi vt te illuderent, Regẽ vocitabant. Terrenus iudex, te tamquã hominem totum vilem, & vulneratum creaturis oſtendit: & Maria Deum te, & hominem, totum ſpecioſum, & decorum æterno Patri oſtendit. Malignitatis miniſtri crucem in humeris tuis impoſuerunt, vt te magis affligerent: & Maria vt te delectaret, cunctas virtutes ſuas, cogitationes, deſideria, & affectus ſuper te imponebat. Maria, noſtro intelligendi modo, Patris ſinũ expoliauit, & tu Verbum Mariæ ſinum delitijs ſuis expoliaſti: quas enim maiores reputabat Maria habere delitias, quã te in pectore ſtringere, puroque lacte nutrire? Iudæi in altum, in cruce, te clamauerunt, toti populo oſtendentes. Et Maria in vtero ſuo te abſcondit: illi vero quanto magis te manifeſtarunt, tanto minus te cognouerunt. Ac ita dici poteſt, quod te magis in ventre abſconditum, quia tunc te non offendebant, cognouerunt, quam in cruce poſitum, in qua te videbant, & offendebant. O, væ animæ magis cognoſcenti te abſconditum, quam reuelatum; abſconditus enim, minus agnitus, minus offenſus: & minus agnitus es, cum te manifeſtas, quia te offendit.

4 In cruce latus tibi fuit apertum, vt cordi viam efficeres: & Maria, eadem lancea, qua æterni Patris cor, eadem te in cruce, vulnerauit, eamque tu vulneraſti: ipſa enim à Patris ſinu humilitate te traxit, teque in cruce permanentem adeo afflictum, deriſum, & humiliatum Maria aſpiciens, profunda illa tua humilitate vulnerata eſt. Similiter & tu, de cruce reſpiciendo Mariam, adeo, ad illius pedem mæſtam, afflictam, & humiliatam, eo quod te videret ſanguinem à membris omnibus effundentem, nec amplius formam hominis habentem, intimo illius dolore, & humilitate vulnerabaris; itaut ipſa, humilitate tua vulnerata remaneret, tu vero illius. In Cruce cuſtodiam, ei, quæ te cuſtodiuit, relinquere minimè oblitus es; & Eccleſiæ matri pro cuſtodia Sanctos Apoſtolos dediſti, qui licet aliquando debiles in fide viderẽtur, citò nihilominus ad eam cuſtodiendam, accenſoque zelo prædicandam, redierunt. In cruce ſeptem magnas voces emiſiſti: & in Mariæ vtero permanens, intrinſeca, ac mutua voce ſeptem petitiones facere nequaquam prætermiſiſti: ſunt autem hæ.

5 Pri-

5 Prima, cũ te peperiſſe,ſtatim,adeo paruulum tenerumque in duro te reclinaſſet fæno: nũquam enim auſa eſt Maria eo duro loco te tenerrimum reclinare, niſi prius tu interna tua mutua voce petijſſes.

6 Secunda,cum te ſtatim natum adoraſſet, ſuoque pectori nutriuiſſet: nunquẽ enim Maria lac ſuum præbere auſa eſſet, niſi tu prius ab ea petijſſes; ſciebat enim te eſſe creaturarum omnium nutritorem.

7 Tertia, quod paſtoribus te manifeſtaſſet,& magis,vt te adorarent; nõ enim Maria te manifeſtaſſet, niſi hoc interna ac mutua voce illi notum feciſſes: timuiſſet enim, ne vt increduli contempſiſſent, in vili abiectoque loco te aſpicientes.

8 Quarta quod in octo dierum tenera ætate ipſa vellet, vt tu ſanguinem fundendo legem impleres.

9 Quinta, quod ipſa vitam tuam cuſtodiret,cum ab iniquo Herode ad necẽ quærebaris, vt poſſes Patris voluntatem adimplere.

10 Sexta, quod in primo miraculo tranſmutationis vini in Nuptijs Canæ Galileæ, ipſa peteret; nunquam enim tale hoc petijſſet, niſi tu prius, vt peteret, in corde poſuiſſes.

11 Septima, quod te ad paſſionem pergente,ipſa, tuæ, Patriſque voluntati eſſet conformis, teque libẽter morti offerret: ſi enim tu, cum in vtero ſuo eſſes, petitionem hanc in corde eius non poſuiſſes, tantam conformitatem (alios,te moriente, ita peccare, teque adeo pati, aſpiciendo) minimè habuiſſet.

12 In prima petitione te in præſepio reclinando, profundam oſtendit humilitatem; te in pectore nutriendo, purum oſtendit amorem. Paſtoribus Magiſq; te notum faciendo, magnam oſtendit liberalitatem;vt paruulus ſanguinem funderes,volendo,promptam oſtendit obedientiam. In Ægyptum te ducendo,vt te in vita conſeruaret, magnam oſtẽdit patientiam. Vt te manifeſtares mundo obſeruando, magnam oſtendit miſericordiam. Acquieſcendo vt ad patiendum pergeres, intimã conformitatẽ oſtendit.

C A P V T IV.

Cæleſtes Beatorum plauſus in conſpectu Altiſſimi enarrat. Vias, ac ſemitas, quibus ad Deum peruenitur, recenſet.

1 Qvis vnquam enarrare ſufficiet continua,variaq;officia,ò Verbum, quæ in tua,meaq; patria fiunt? Hoc benedictæ illæ animæ iucundum præſtant officium,quod ſemper ſuauem inſtillationem ab humanitate tua procedentem recipiunt. Recipiunt etiam ſuauem, dulcem, amænumque inexcogitabilis tuæ diuinitatis influxum, vnum in altero, mirabili modo, nobis ignoto, tibi ſoli noto, refundentes.Et circulariter ad humanitatem pergunt,& ab illa ad diuinitatem, deinde à Diuinitate ad humanitatem redeunt, & ab humanitate iterum ad tuam redeunt diuinitatem: & ita circumeuntes iugiter circa te, tanto ſuaui,amænoque influxu, paſcuntur, & nutriuntur, illo ſeipſos ſatiantes, licet nunquam ſatientur.

2 Alij te laudant, alij te adorant, alij gratias agunt, alij benedicunt, cunctiq; deinde in vnum redeunt finem, qui eſt de perfecta vnione gaudere, vnioneque tuæ eſſentiæ frui, cuius intellectus humanus capax eſſe non poteſt. Vt autem ad hanc æternam Patriam perducamur, variæ ſunt viæ, in quibus ambulare debet,qui vult ad illam perduci; nec ſolum viæ, ſed etiam ſemitæ ſunt.

3 Eſt etiam digniſſima Scala,à Verbi humanitate facta, vt ad ipſam patriam aſcendamus. Per quam Scalam *Angeli iugiter aſcendunt, & deſcendunt*, quemadmodum in viſione illa Iacob Patriarchæ oſtenſum fuit. Nec ſolum Angeli per eam aſcendunt, & deſcendunt, ſed etiam benedictæ purgatorij animæ: cũ enim purgatæ fuerint, cæleſtem petunt patriam per ipſam Scalam aſcendentes, & in earum aſcenſu, Angelis iugiter aſcendentibus, & deſcendẽtibus obiam facientes, modo inæſtimabili inclinantur, *Gen. 28.*

tur,

tur, ſe mutuò ſalutantes, ac reuerentiam exibentes; & quo bonis operibus onuſtiores ſunt animæ, eo magis ab immenſa liberalitate tua remunerantur, ò Deus mi: O bene fęlices qui ad hanc patriam perducuntur, vbi ſemper de tua vnione gaudebunt; fęliciſſimi autem, qui etiam tibi in hoc mundo ita vniuntur, ut alterũ te per participationem euadant.

4 Variæ ſunt viæ, ſemitæq; ad te conducentes; quæ viæ ſpecioſæ, ſuaues, & delectabiles ſunt. Semitæque pacificæ, & ornatæ: *Via Domini via pulchra, & omnes ſemitæ eius pacificæ. Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Multi in via hac eſſe videntur, qui non dum intrauerunt, multiſque ad itineris finem perueniſſe videtur, qui nunquam per eam ambulare cęperunt: & bene ad finem quidem peruenenerunt, & ad quem finem? ad totius boni, ad totius letitiæ, ad totius iucunditatis, ad totius beatitudinis finem peruenerunt: ambulant enim per viam, quæ ad infernum conducit, & hi ſunt, de quibus dixiſti, ò Verbum, eſſe ſal infatuatum, quod ad nihilum valet, niſi ut foras eiciatur, *Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras.* Qui verò per has ambulant vias, hi ſunt, qui per decem legis præcepta, ideſt per generalem obedientiam præceptorum Dei, ad hanc patriam pergunt. Qui autem per ſemitas vijs ſtrictiores ambulant, ſpeciali ſub obedientia, ut ſunt Religioſi, viuunt: & ex his nos ſumus, qui in his ſemitis obſeruantiæ conſiliorum, quæ ſunt tria vota, ambulamus. Primum eſt obedientia ſancta, ſine qua nemo per has ſemitas rectè ambulare poteſt; ideoque tot ita tepidè ambulant, quia obedientiæ valorem nec cognoſcunt, nec exercent. Sed væ, væ, væ, illis, qui cum propria voluntate, ut glorientur de donis tuis ad Religionem accedunt: licet alta ſapiant; ex ſeipſis tamen ſe exſtimare nõ debent. Quid igitur opus eſt? ut abſque voluntate veniat, omni ſuo eſſe nudatus. O quam tibi placent, qui non modo ipſi per has ſemitas ambulant, ſed etiam alias conãtur conducere creaturas: vellent enim de bono quod habent vnumquemque participem eſſe. *Deſiderio deſideraui*, non iam ut dixiſti dicã, quia iugiter illud habeo, ſed dico, conducendi ad te animas, & hoc in deſiderio, ut deſiderium ſit mihi pęna, quæ adeo magna eſt, quia deſiderium hoc adimplere non valeo, vt quaſi infernus mihi ſit. Dicere audebo, Tu qui veritas eſt, dixiſti, quod in ijs, qui aliorum ſalutem, perfectionemque deſiderant, quamque in ipſis, & pro illis, exercent, in ijs inquam operaris, quemadmodum Pater in te Verbo, ideſt in tua humanitate, operabatur. *Opera quæ ego facio, & ipſe faciet.* Si tamen totum pura ſimplici, rectaque intentione fiat: ſecus enim potius eſſet tuam contemnere voluntatem.

5 Per ſpecioſas has ſemitas, illa adeo parum nota, & minus exercita, imò contempta, & à nemine accepta paupertate inceditur. O pauper, licet diues paupertas, quia nemo, qui te ſociam velit, nec qui te hoſpitare, ac in delitijs habere tenetur, inuenitur. Per has etiam ſemitas, puritate ſancta, quæ nos tibi coniungit, inceditur, & cum alijs ceremonijs, obſeruantijs, & inſtitutis ſanctæ Religionis, in qua tu, Verbum, vitis in ſuauibus dulciſq; ſemitibus plantata fieri voluiſti, cuius nos palmites tui ſumus. *Ego ſum vitis, & vos palmites*; Et quemadmodum palmites, cum à vite ceduntur, exſiccantur, & ad nihilum valent, niſi ut ad ignem mittantur, ſicuti dixiſti tu Verbum; ita nos à te ſeparati ad aliud non valemus, quam ut in inferni profũdo, in illo æterno igne proijciamur. Quibus autem tuis nõ ſtant promiſſis, vellem ſi poſſem proprijs meis manibus habitum, quem indigne deferunt à ſcapulis tollere: tibi ſiquidem inhonorant, ò Verbum, hypocriſim, ſimulationemque committunt, ſe quales non ſunt oſtendentes: ſuntque in cauſa ut cæteri Religioſi contemnantur. Veniet autem tempus quando, eorum ignominia, hoc cognoſcere faciet, & dicent, *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* & quid de illis abominabilioribus dicam, de tuis inquam vnctis, qui nomen hoc ita indignè retinent? hij non modo habi-

Pſal. 24. Pſa. 118. Matt. 5. Luc. 22. Ioan. 14. Ioan. 15. Sap. 5.

habitum auferrem, ſed ut à te vita illis tolleretur cuperem, totum tamen beneplacito tuo. Si enim vita priuares, hoc eſſet alijs vitam præbere; ſiquidem cæteri malo eorum exemplo ducti, peccandi occaſionem non haberent. Hi, qui ut dixiſti ò Verbum, *Mūdi lucem* eſſe deberent, cæteris tenebroſiores ſunt. Non deficiunt Nuncij à te miſſi, o mi dulcis Spōſe, ut dona tua, & gratias ad nos deorſum deferant, & hi ſunt virtutes ſanctæ. Iuſtitia, Fortitudo, Miſericordia, Pietas.

CAPVT V.

Admirabilē intelligit Diuini Amoris diſpoſitionem in anima deſponſanda, ſub figura ſpiritualis ędificij.

1 O Quis vnquam curſores ita veloces aſpexit, ut ſunt Angeli tui in pretioſis donis deferēdis, quæ ſponſis tuis veluti lucidiſſimos lapides, id eſt ſanctas virtutes præbere vis? veluti excellentiſſimum te geris Architectorem, qui ſpecioſum conſtruere vult ædificiū. Tantum operatione tua agis in anima. O quis unquam pretioſos virtutum tuarum lapides, ò Verbum, accomodare in anima ſponſa tua vidit, ad attollendum in ea ſpecioſum, ac ſpectabile ſanctarum virtutum ædificium? ſed ad attollendos, & eleuandos parietes, calce opus eſt, quæ ſanguis tuus erit: etiam, etiam, quemadmodum dilectæ ſponſæ tuæ Catharinæ reuelaſti, eritque etiam ſuauis Diuinitatis, humanitatiſque tuæ diſtillatio, ò Verbum. Qui poteſt capere capiat: & hoc faciet aqua ad mitigandam, & extinguēdam calcem, ſed ut paulum deſcēdam ad infima, ad mitigandam, & exſtinguēdam eandem calcem lacrymas tuas aſſumam: ſi enim non exſtingueretur, ad cōſtruendum applicari non poſſet. Etiam, tu, ſi Diuinitatis tuæ magnitudinem cum humanitate non mitigares, nunquam à nobis capi, vel intelligi poſſet. O Sponſi mei benignitas, quæ etiam lacrimari dignata eſt. Oportet deinde ipſius ædificij muros approbè dealbare: ſi enim ita rudes remaneret, rudium, ac vilium ædificium videretur. Quid autē ad hanc dealbationem faciendam aſſumemus? Verbi mei animam accipiemus: ſicuti enim hi parietes noſtri valdè candidi, & dealbati, adeo intuentium oculos delectant, ita puritas animæ Spōſi mei Verbi, ò quam delectat animam ſponſæ ſuæ?

2 O, quid ædificium hoc appareret, ſi bene ornatum, & accomodatum non eſſet? ſi decoris, & pulchritudinis aliquid deeſſet? Apparatus, labores noſtri erunt: Verbum enim vult, vt nos etiam in ædificando laborantes, partem habeamus, cum hæc ædificia noſtra partim à terra, partim ab humano ingenio oriantur. Ita in anima euenit; quod à terra propter ipsū ædificiū oritur, eſt voluntas noſtra: & quod ab arte, opera noſtra cū verbi operibus ſimul vnita ſunt; ò quā ſpecioſum ſpectaculum ſimul faciunt? Quod ingenioſum eſt, totum à te procedit, ò Verbum, tuaque virtus potens eſt, quæ ad facienda opera noſtra auxiliatur. Vt ædificium perfectum ſit, ſecretum cubiculū in eo eſſe oportet, in quo thalamum ſit, in quo ſponſa cum Sponſo requieſcere debent; hoc vero aliud non erit, quam Sacra, Diuinaque Scriptura, cum Diuina ſcientia intellecta, in qua ſponſa ſuauiter quieſcit, dulceque colloquium cum Sponſo habet, ſummo vigilantiæ ſomno quieſcēdo, ſuaueſque Sponſi amplexus deguſtando. O beneuole Sponſe mi, pulchra etiam requiritur menſa, & hæc pretioſa Crux erit. Mappa alba, Mariæ puritas: & qui erunt digniſſimæ huius menſæ ſeruitores? forſitan Angeli? Cōtenta non ſum. Quis igitur ſeruiet: eia fortiſſima ſeptem dona à ſpiritu tuæ bonitatis ſumemus. Vbi autem adeo in cōuiuijs ſolitum Pincernam, qui ſuaue infundit vinum, Sponſum, ſponſamq; refrigerans, reliqui? Hoc præſtabit æternus Pater, modo ſolummodo tibi noto, ſuauem inſtillationem in tua, Verbum, humanitate infundendo. Cibus etiam, etiam es tu Verbum. *Miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Pſa. 110. Sed etiam erit hic cibus æqualitas vnitatis trium Diuinarum perſonarum, & ſimiliter etiam verbum à te Verbo pro-

cedens; ideſt eloquium tuum, quod eſt valdè nutritiuus, ſponſæque delicatus cibus. Locus etiam dignus eſſe oportet, in quo ſponſa dona præſtita reponere valeat: erit hoc digniſſimum tabernaculum, ideſt, cor ſuum, cuius clauis liberum eſt arbitrium. In hoc autē palatio, quietis locus nullus eſſe debet; eſſet enim ſignum debilitatis, & infirmitatis, quæ in amore inueniri non poteſt: ſed motu cōtinuo cōmorandum eſt, cum amor otioſus eſſe non poſſit. O, vbi id, quod curioſorū oculos valdè delectat, reliqui? ideſt imaginem, figuraſque, quæ tanto ſunt ſpecioſis palatijs ornamēto? O quis erit hic? Imago tua Verbum, in Cruce, in præſepio, & in cunctis humanitatis tuæ myſterijs: erit etiam puriſſima Mater tua, quæ virtutum omnium digniſſimum eſt exemplar. Quas imagines pulchras contra lectum collocabimus, ut cum ſomnolentia aduenerit ſponſæ, pulchras illas imagines aſpiciet, & ſic euigilabit.

3 Oportet etiam, ut ſint vaſa, ad recipiendum ſuauem liquorem à ſuperficie montis, ideſt Cęli empirei, diſtillantem. Hic verò liquor eſt, forſitan gratiæ plenitudo, quam, ut Deus habebat, quamq; ſuæ humanitati, ut ſibi Deo unitæ, communicauit? Nequaquam. Sed illa nihilominus, quæ à ſuperficie, ideſt à Sponſi mei carne, nobis ſacramētaliter vnita, diſtillat. Vaſa nihil aliud ſunt, quam noſter ſpiritus, noſtrique corporis membra, liquorem receptura. Deinde ſenſuum feneſtras diligenter claudere opus eſt, quia *Mors intrauit per feneſtras ſuas*. Feneſtræ nil aliud ſunt, quam ſenſus noſtri, quibus apertis, totus ille liquor extra ſūderetur. Inſtrumenta etiam neceſſaria ſunt, & qui ſonet, & qui canat, non ut ſponſæ non, ſed ut viatoribus delectationi ſint; ſponſa aliquod viatorum verbū proferre poterit; ſonatores Seraphim bene alati erunt, qui duabus alis organum ſonabunt, ut inſtrumenta, nominibus, quæ hic deorſum habent, vocitent; duabus alijs tubam magnam, & alijs duabus alis arpas ſonabunt, ſuauem dulcemque melodiam facientes, voceq; cantantes, cum Angelis ad iucundā muſicam faciendam conuenient, ad excitādos, erigendoſque viatores, qui ſunt deſideria, affectus, aliæque ſponſæ motiones, quibus cum aliquid vel minimum fecerint, debitum, vt dicitur, perſoluiſſe videntur. Sunt etiam hi viatores quidā, opus quodlibet, magnum extimantes; cum vel minimū quid patiuntur, Deum ſibi debitorem putant, ideoque in itinere, ut ſubleuentur, indigent, ne ſubſiſtant. Sunt alij rudiores hebetioreſque viatores, qui non facilè ſuauibus ſonis, iucundiſque cantis excitantur. Ijs autem excitatorio vti opus eſt, quod fragore ſuo timorem incutiens, eos à graui ſomno euigilare faciat. Hi ſunt inutiles, vanæ, infimæ, & infructuoſæ cogitationes, qui, ut exſpergiſcantur, excitatorio indigent; & hic eſt conſcientiæ ſtimulus, qui ſæpe horrorem incutit, & timorem, undè creaturæ euigilant, & conuertuntur ad Deum; paucis autem hoc prodeſt, quia ſurdum Aſpidem imitantur, *ſicuti Aſpides ſurda obturantes aures ſuas.* *Pſal. 57.*

Ier. 9.

4 Cunctique hi viatores lumine indigent, ideoque lucernas, aliaque lumina eſſe oportet: Hic ſurſum in patria lumen, lucernaque tu es, ò Verbum, nunc verò mihi ſponſus es, non lucerna. Quid igitur ſumemus? Eia prò lumine quatuor virtutes ſumemus cardinales, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam, & Prudentiam, quæ lumen præbēt, ut anima cōducatur ad te. Quoſdam etiā curſores circa palatium eſſe oportet, quibus ad relaxandum animum pergere, quatuorque mundi partes Orientalem, Occidentalem, Meridialem, & Semptentrionalem luſtrare poſſimus, eruntque iſti curſores præceptorum tuorū obſeruantia. Primi duo curſores ſunt, Deum proximumque diligere, ad Orientem reſpiciendo. Alij duo, dies ſanctificare, Matrem, & Patrem, & quos debemus honorare, Occidentem verſus reſpiciendo. Tria alia ſequentia præcepta totidē curſores ſunt, qui meridiem verſus reſpiciunt, iſti autem diſtant, ut ita dicam à nobis: non enim dubitandum eſt, quod non ſolum vnam, ſed mille, & mille vitas ſi haberemus, pro noſtro proximo poneremus, tolleremus nunquam. Vltimi tres ſeptemtrionē verſus reſpiciūt, & hi ſimi-

hi ſimiliter quodãmodo à nobis propter eandem cauſam diſtant.

5 In hoc etiam palatio aliquid opus eſt, quod vmbram, Sole offendente, faciat; eruntque quatuor ſpecioſiſſimæ arbores, quæ iugiter fructus abundanter producant; Hæ arbores ſunt Iuſtitia, Veritas, Sapientia, & Memoria gloriæ, ac fælicitatis æternæ, & etiã paſſionis Verbi, noſtræq; vilitatis. Prima Iuſtitiæ Arbor Septentrionem reſpicit. Secunda Veritatis Meridiem. Tertia Sapientiæ Occidens. Quarta Oriens, quæ eſt æternæ gloriæ Memoria, paſſionis Verbi, noſtræque miſeriæ, ac vilitatis. Super arbores ſunt aues cantantes, ſub iiſdem quieſcentibus delectationem afferentes, & ſunt cõtinua Dei beneficia: ſicut enim aues varios, iugeſque efficiunt cantus, ita varia, & continua Dei beneficia, quæ iugiter præſtat creaturæ adeò ingratæ adeoque ipſum offendenti, ut multoties pro gratiarum actione, ac beneficiorum pręſtitorum cognitione, humeros vertat; ille tamen propter ſuam infinitam bonitatem, ſemper beneficia conferre nõ deſinit. O ſi Dominus eſſet, qui pro ſua humanitate ſeruum audiret, eique gratias omnes, omniaque poſtulata concederet beneficia, magnũ hoc videretur; ſi deinde gratias eaſdem, ac beneficia, ſeruo ſimiliter ſuo, Dominum ipſum offendenti, & perſequenti concederet, maius quid diceretur.

6 Nulla eſt comparatio inter Deum, & creaturam, nihilominus tantum eam diligis, ò Domine mi, ut non ceſſes iugiter gratias, dona, ac beneficia impendere, & propter infinitam tuam miſericordiam non modo nobis adeo ingratis, ac vilibus te inclinas, ſed etiam te offendẽtibus, & non credentibus obuiam is, O magna bonitas, ò miſericordia infinita, & in quo tua hæc miſericordia oſtenditur maior? Audebo dicere, quod maior oſtenditur in ferendis cõtinuis, magniſque offenſis, quam in proprio ſanguine ſemel dando. O Sponſe mi, quam magna eſt liberalitas tua? Tu Pater, tu Sponſus, Dominus, & frater noſter es, *Pater noſter qui es in Cęlis.* Rationabiliter ſeruus tuus amator Franciſcus verbum illud, *Pater,* Matt. 6.

adeo conſiderabat: ego autem in Verbo illo *Pater,* ſiſtere nolo, ſed ad conſiderãdum eſſe tuum pergam, magnitudinem tuam, ſummæ Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis Deum, immenſum, incompræhẽſibilem, ineſcrutabilem, & infinitum. Videns autem te etiam adeo pulchrum, ad eo ſpecioſum adeo beneuolũ, benignũ, manſuetum, & gratioſum, nolo etiam in ipſa tua magnitudine, ac Deitate ſiſtere; ſed Sponſum te appellare volo, tanquam Sponſum conſiderare, tanquam Sponſũ diligere, amplecti, tenere, & tanquam meum caſtum, purum, & beneuolũ Spõſum amare. Sciens, quod ſine te in nullo quieſcere poſſem, ſine te nec viuere, nec lætari valeo; ſine te, ò dulcis Sponſe mi, nihil ſum, & ſine te nec poſſum, nec velle, nec aliquid eſſe volo. Si Angelorum, Archangelorum, Cherubinorum, Seraphinorum eſſe, ſine te, præſtares; vanitatem, nihilum mihi dediſſe exiſtimarem. Si cunctas terræ poſſibiles fęlicitates, ſi cunctorum fortium vim, omnium ſapiẽtium ſapientiam, Cunctarumque creaturarum gratias, virtuteſque impertires, ſine te infernum exiſtimarem; & ſi eundẽ infernum cum omnibus eius pęnis, & tormentis tecum dares, id pro paradiſo mihi eſſet.

CAPVT VI.

Sponſi ſui pulchritudinem cernens lætabunda exclamat.

1 O Pulcher Sponſe mi, quam dulcis es, clemens, & beneuolus? ò Sponſe, ò Verbum, ſemper ita te vocitabo. O Verbum, ò Sponſe, ò Sponſe, ò Verbum. Veniat vnuſquiſque, & Sponſum meum Verbum intueatur, quam ſit ille ſpecioſus, quam magnus, quam dignus. Facies eius fulget ſicut Sol, imò Sol ad claritatem illius tenebreſcit: oculi eius tãquam ſydera, veſtimenta illius ſicut nix, ſplendorem afferunt. *Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.* O Sponſe mi, ò beneuolum Verbum. O Cęli, Sponſum meum cernite parum. O Sol, ò Luna, ò Stellæ, ò Planetæ Pſal. 46.

eia reſpicite, eia pulchritudinē eius cernite.Eum aſpicite,quia decore illius obſtupeſcemini. O creaturæ ab eo creatæ, quid agitis? omnes vos ad illius magnitudinem intuendam; ad magnificentiam illius conſiderandam inuito. Beneuola illius deſideria cernite,quomodo omnia de noſtra ſalute ſunt, erga creaturam affectum illius intuemini: oſtendiſti iam iugiterque oſtendis, ò beneuole Sponſe, Verbum, ò Sponſe, ò Verbum. Affectus & deſideria tua,ſponſæ ornatus ſunt:Magnitudo, Pulchritudo, Magnificentia, & Gloria,cū eſſe tui Diuini qualitates ſint, à ſponſa intelligi nequeunt; ſed in ipſins gloriam, & magnitudinem redundantes ad maiorem ſponſæ lætitiam oſtenduntur, licet talis tātaque ſit Diuinitatis tuæ magnitudo,ut ipſa capax non ſit,O Spōſe mi,gloriari magnopere poſsū, te adeò magnum eſſe, vtmagnitudo tua intelligi nequeat. Hæc maior gloria, quam poſſem habere, eſt.

2 Iterum ò Cęli, ò ſydera, ò planetæ ad tantam illius gloriam, & magnitudinem, & ad ſimul mecum gloriandum inuito: ab ipſo enim Sponſo meo, omnem pulchritudinem,omnem ornatum ſplendorem, qui in vobis apparet, habuiſtis. Nō Angelos, nec animas in Cęlo beatas inuito:illæ enim iugiter in cęleſti illa patria intuentur, & hoc intuitu beatæ efficiuntur. Vos autem qui eiuſdem beatitudinis, viſioniſque capaces non eſtis, fuiſtis tamē ab ipſo creati, illius pulchritudinis, gloriæ, ac magnitudinis participes eſtote. In vobis etiam, & per vos, creaturæ quæ deorſum ſunt, non valentes ipſam gloriam, pulchritudinem, ac magnitudinem Sponſi mei aſpicere, in eiuſdem gloriæ cognitionem deueniunt, Rom.1. ut Diuinus Paulus ait, *Inuiſibilia enim Dei, per ea quæ facta ſunt, intellectu conſpiciuntur.* Quid autem ſponſæ,tot Spōſi prærogatiuæ prodeſſent, quid varij pretioſique ornatus, quos in ſe pro ſe ipſa habet, ſi illi minimè vniretur? Nihil eſt ſuum, nihilque illi prodeſſet, ideoque, qui hanc faciat vnionem, inuenire opus eſt. Cum ad hanc faciendam medio aliquo ſponſa opus habeat; & quem ſuſcipiam? O, illam vocabo,quæ tātæ dignitatis,& magnitudinis eſt, ut quo nomine appellem,neſciam; ideo puro ſuo nomine appellabo, ideſt,Mariam,cum illi addere, auferre ſit. Inuocabo etiam,ò Verbum, amatorem tuum Auguſtinum,dilectamque ſpoſam tuam Catharinam, ut memoriam, intellectum, & voluntatem meam, intentioni, affectibus,votiſq; tuis vniant,ac ita diuiſum bene erit officium; Maria voluntatem meam intentioni tuæ vniet. Auguſtinus qui hic deorſum tantam habuit ſcientiam, & tam altè Sāctiſſimam intellexit Trinitatem, votis tuis vniet intellectum,& Catharina,cum omnem ſuam memoriā in ſanguine tuo immerſam habuerit, memoriam meam affectui tuo uniet, ac ita perfecta Sponſi,& ſponſę vnio,ideſt in interiori animæ fiet. Remanet inde, ut corpus, cum futurum ſit glorioſum, ſuam cum Sponſo vnionē faciat: cum etiam mediante Baptiſmo aptum ſit, Dicente Apoſtolo, quod non ſolum anima,ſed etiam corpus *Templum ſit Spiritus Sancti*, 1.Cor.6. ideoque corpus tuorū ſacrorum membrorum, dulcem recipiat influxum, quo iugiter tecum vnietur.

CAPVT VII.

Verbi latus,veluti aquæ, & ſanguinis fontem,in quo Anima purificatur,intelligit.

1 SPonſæ tuæ,ò Verbum,aquæ ſimul & ſanguinis lauacrum ordinaſti, & hoc ſacrum latus tuum eſt; ideoque cum plagis illud reſeruaſti,vt animæ tuę valeant in eo pro earum voluntate intrare,ſe ipſas ab omni minima imperfectionis macula purificantes, tuoque deinde ſanguine ſe ornantes. Non enim ſolum in lauacro illo, cauernaque,purificatur ſponſa, ſed etiam ornatur. Aqua purificat, ſanguis ornat. Ecce experimentum,quod ſcaturit. *Exiuit ſanguis, & aqua.* Ioan.19. Deinde anima tota traſformatur in Deo, amore,alterum Deum, ſed participatione,euadens, quem mirabiliter creaturis manifeſtat.Ita animæ noſtræ ſanguine ornatæ, Verbi corona, propter eiuſdem Verbi manifeſtationē crea-

creaturis exibitam, efficiuntur, de quo non minus, quam Rex de Regia ſua corona, gloriatur. Video animas in ea beneuola Cauerna intrantes, duos facere effectus. Primo, amore traſformantur in ſanguinem, deindè dolore in aquam. Magis autem Deus in anima viatrice, dolore, quam amore, ſe traſformãte, ſibi complacet: licet ego ſciam, ò Verbum, quod animæ dolor de offenſis tuis oriri non poſſit, niſi ab amore erga te: qui amor eſt abſolutè perfectior dolore. Per dolorem etiam magis anima in proximi charitate exercetur, viuacius in ipſa regnante ſalutis animatum zelo, qui tibi adeo placet, dum aliorum defectus deplorat, in deſiderijs ſalutis aliorum ſe conſumens.

2 Placet etiam ei magis in his viatoribus doloris exercitium, quam amoris eo quod illud ſit martirij ſpecies, in quo ipſo in cruce pendenti ſimiles efficiuntur; quorum dolore, eiuſdem cruciatibus compati poſſunt, amoriſque lacrimis illius paſſionem deplorare; cumque dolor afflictiuus ſit, à culpis ſuis animam purgat. Certe amor delectabilior eſt: cum autem in hoc mundo vt purgemur, maneamus, tempus potius eſt dolendi, ac propter Dei noſtri amorem patiẽdi. Complacet ſibi Deus in nobis potius propter noſtrum dolorẽ, quam propter amorem, quia finem habet in hac vita dolor, amor vero nobiſcum in paradiſo, vbi iugiter amantes erimus, introibit.

CAPVT VIII.

Beatam Virginem cernit, Vas dulcis liquoris, ideſt diuini amoris habentem, de cuius effectibus, & impedimentis hæc enunciat.

1 MAriam paruulam, & ad filij ſui dexterã cerno. O Maria quam bene te video, vas dulcis liquoris in manibus habentem? Da, da nobis abundãter Maria, quia non deficiet, ſed plenum remanebit. Dic autem vbi vas iſtud, cõtinens in ſe adeo purũ actractiuum, dulcem, & delicatum liquorem, inuenitur? In cauerna ſiniſtri, & dulcis lateris Vnigenti filij tui. Datur hic liquor, ſapientiam, humanamque prudentiam relinquentibus. Eum attrahunt, qui magno zelo iuſtitiam, cordiſque puritatem appetunt, quique ſtulti propter Chriſtum euaſerunt; eo delectantur ſibique complacent, manſueti, & pacifici corde; paſcuntur, & nutriuntur illi, qui intrinſecè proximum ſuum diligunt. In ipſo liquore quaſi ſubmerſi ſunt, qui charitatis perfectionem habent, quique in ſe, non niſi nihilum agnoſcunt, ac non eſſe ſibi complacent, hi ſunt qui eum manifeſtant.

2 Quos effectus delicatus hic liquor in anima efficit? Cũcta deſideria ſatiat, cunctas infirmitates ſanat: in tribulationibus tranquillum hominem reddit, animam cum Deo pacificat: vnde anima ita cum Deo pacificata, niſi etiam proximos ſuos in pace poſitos videat, nõ quieſcit: & hæc eſt illa *pax, qua exuperat omnem ſenſum.* Phil. 4. Idẽ liquor, eo amore, quo imaginem ſuam Deus proſequutus eſt, ac proſequitur, nos reddit capaces. Anima quæ prætioſum hunc liquorẽ poſſidet, Paradiſi arrham in terra recipit, cunctiſq; virtutibus ornatur.

3 Eia Sanctiſsima paruula Maria, nomen prætioſi huius liquoris ſcire vellem, licet propter infirmitatem meam ſublime, purumque hoc nomen intelligere, haud merear. O anima mea, hic eſt puriſſimus, ſimpliciſsimuſque Dei amor, ita caſu in terra nominatus, & tepidè in operibus ab hominibus amplexatus. Quod eſt nomen Vaſis, puriſſimũ hunc liquorem continentis? O, liquor adeò abundans eſt, & in Vaſe ad eo paruulo, quale eſt Verbi cor, quatenus eſt carne formatum, includitur, quemque aſpirat etiam in minori effundere loco, qualis eſt creaturæ cor. Quando poſitus fuit, vel quando natus eſt? in eo inſtanti, in quo humanati Verbi paruulũ cor, à carne, & ſanguine in ventre tuo, ò Maria, creatum fuit, in illo inquam inſtanti poſitus natuſque eſt liquor iſte, quo ad Verbum humanatum, in Verbo autem diuino nunquam poſitus eſt: ab æterno enim.

enim in eo fuit, eritque ſemper, cum ſit principium abſque principio, finis rerũ omnium abſque fine. O quam benè in paruo illo humanati Verbi cor, prætioſus liquor iſte pullulauit. Supra quem montem copioſa adeo pullulatio vnquã viſa eſt? vel quænã vallis,copioſis adeo riuulis plena fuit? Quinam fons limpidiſſima aqua ita copioſus eſt, ſicut puriſſimus Amor hic? Qui ſpatioſis,& abundantiſſimis riuulis, Cælum, terramque irrigat.In Cælo irrigans,conſumens, & beatificans; & in terra in creaturis fructificans. Quænam fuit via, perquam puriſſimus hic amor deſcendit ad terras? Tu paruula Maria extitiſti, & in te hamus,ad eum pręhendendum,poſitus eſt. Quænam eſt eſca, qua creaturæ ad eum amorem concupiſcendum attrahuntur? Gloria,eum diligẽtibus præparata. Dic autem ò paruula, per quam viam,amorẽ adeo ſublimem poſſemus acquirere anxio, iugique ipſius amoris deſiderio, proprijque amoris expulſione: vnus enim amor, alterum impedit amorem.

Tres ſunt amoris ſpecies, amorem hunc impedientes.

Magnus, & inordinatus Amor proprius.

Magnus, & anxius amor rerum creatarum.

Magnus, & inquietus creaturarum amor.

4 O quam inordinatus creaturarum amor, purũ hunc diuinum impedit amorem? Vtinam inordinatus hic Creaturarum amor non inueniretur in terra? Sed ſi inuenitur in ſæculo, in Religione ſaltem non inueniretur. Audebo enim dicere, nullam eſſe Religionem, in qua aliquis particulari amore non diligat, non modo ſanguine propinquos, ſed eoſdem etiam Religioſos: quod licet graue non ſit, defectus tamen eſt, quia otaliter nõ eſt ab amore propriò auulſus,cum in Religione communiter quemque diligere, charitatis & diuini amoris vinculo debeamus. Ego autem, ò Maria, non poſſum non diligere creaturas Dei mei; ipſe hoc mihi iuſſit. In hoc autem differentia cognoſcatur.Deus creauit omnes amore. Deus enim ſeipſum reſpiciendo,vidit amorem,à quo ad hominem creandum motus eſt,ut eiuſdem amoris particeps eſſet. Itaque propter amorem, amore, & cum amore creati ſumus, & vt tandem de eodem amore, qui Deus eſt, gaudeamus. Quid ergo faciam, vt non amem? Dic quæſo Maria, quomodo proximum meum amare debeo? ò Paruula,rem minùs altam me intelligere facis,vt ego eum diligam, ſicuti dilexit ſponſus meus; & quomodo ille dilexit? propter humanas creaturas, cum potentia, & ſapientia, æterni Patris ſinum quodammodo reliquit, & aliquo dicendi modo, puritatem,ut cum creaturarum impuritate conuerſari poſſet. Reliquit omnia, & tandem ſeipſum, propriumque ſanguinem dedit. Similiter & ego meipſam, omniumque rerum creaturarum amorẽ relinquere debeo, & parata eſſe, cũ oportuerit, pro earum ſalute proprium dare ſanguinem. Dicã deinde tamen: vtinam rerum creaturarũ amor nunquam veniſſet in terra. Res enim creatas diligendo, noſtram floccipendimus nobilitatem; ea nobis ſuperiora reddentes,quę adeo inferiora ſunt nobis.

5 Nunc de deteſtabili, & maledicto amore proprio, animæ adeo damnabili, noxioque,dicendum eſt: quem à me expellere non ſufficit ſolum quando tecũ me vnio,vel quando magno illo ſacrificio, vel laude tua interſum, vel in loco quietis, vel vbi charitas propter miſeriam, fragilitatemque noſtram exercẽda eſt, vel vbi ad fugiẽdum otium exerceri debemus, vel in refectionis loco, vel vbi animus relaxandus, vel in colloquij, &, vt melius dicam, diſſolutionis loco; ſed ſemper in cunctis locis, cnnctiſq; temporibus maledictum propriũ hunc amorem à me expellere oportet. Eſt enim huic puriſſimo,ſimpliciſſimoq; amori diuino adeo oppoſitus, adeoque ſubtilis, vt vix creatura in ſe poſſit illũ cognoſcere, quia multoties ſub boni colore operitur; & hic eſt periculoſior, & ad cognoſcendum difficilior.

6 Animarum video multitudinẽ,inter quas vnam cerno,quæ vnionis tempore, ò dulce Verbum, tota in ſe collecta ibi

per-

permanet, nihil videndo, nihil ſentiẽdo, itaur non in terra, ſed in te tota aſſorpta eſſe videatur. Itaque in illius anima, nihil niſi Diuinus apparet amor. Aliquando autem,nec trãſacta hora,cum aliquid ipſi opponatur, quod iuxtà ſuam non ſit voluntatem,rota turbatur, ita ut nõ illa, quæ in ſe Diuinum habebat amorem videatur, ſed bene proprium in ea amorẽ regnare cognoſcitur. Aliam cerno animam,quæ quando myſterio in quo Spõſus meus æterno Patri offertur,laudique tuæ adeſt, tanto fragrat amore Dinino, ut Seraphim quaſi vndique alatus videatur; nec tot ſunt arænæ maris, quot Diuini cõceptus, qui in mente illius ſuperabundant; ſed non prius diſcedit, ſi defectus aliquis ei diſcooperiatur, vel manifeſtetur, quem non putat habere,licet ei dicatur, credere nequaquam vult: & ecce quomodo ſuperbia regnat in ea, ſedemque poſuit amor proprius.

6 Alia erit, quæ in charitatis exercitijs nulla velocior auis viſa eſt,quemadmodum illa prompta eſt, ad proprium commodum,vtileque relinquendum,ob bonum proximi; completo autem opere, debitum putat,velletque ut ei gratiæ redderentur; & quod peius eſt, cognoſcit,ſibique in opere ſuo complacet,velletque vt eam cæteri collaudarent: ecce proprij amoris ſedẽ. Alia deĩde erit,quę in ſuis exercitationibus, veluti ſimplex paruula permanet; nil videre, nil ſcire vult: læta,feruens; complacet tamẽ ſibi, velletque, vt cæteræ eam ita lætam, feruentemque conſiderarent,cæteriſque in operibus ſe præſtare putat, ac ita vt cõgnoſcatur aſpirat; ſed oſtendit ſe minora facere, nihilque operando proficere, cũ intentio illius non dirigatur ad Deũ: & ecce quomodo hic proprius regnat amor. Aliam cerno animam,quæ in vitæ auſteritate Sãctum Antonium imitari videtur; mille,& mille ſuorum antiquorum Patrum exempla mente reuoluit, & in quolibet gradu per quem deſcendit, millies proponit: ſi autem obedientia hanc eius prohibet auſteritatem, præcipitque aliquid, quantum diſcretio patitur,oſtinata,& pertinax obedire nõ vult, diſcretionem in manibus ſe tenere exiſtimans: & ecce quomodo hic, propriũ amorem nidum poſuiſſe apparet.

7 Alia erit anima, quę in refectionis loco adeo grauis, & mortificata cernitur,vt mors ipſa,non ita mortificata videatur, ſicut illa apparet: ſed in hac ſua mortificatione delectatur, ambitque vt cæteris ſanctior exiſtimetur; & licet ad abſtinentiam,mortificationemque aſpiret, vellet nihilominus vt magna diſcretione,reſpectuque tractaretur;non contenta multoties de eo, quod Religionis paupertas efficere valet. Et ita quietem neſcit; quia diſcretionem, exceſſum vocat; cum verò aliquid ei deficit, diſcretionem abeſſe opinatur, ac ita loco abſtinentiæ, modicum illud quod cæteris religio largitur,reiciens,haud cognoſcit quod voluntate ſua,pluſquam cęteri habeant, deſiderat; & ecce quomodo hic proprius amor magnopere regnat.

8 Alia erit, quæ in refectionis locis ſtateram in ſiniſtra,& in dextera iuſtitiæ inſignia tenere videtur,proceditque velut alter Sãctus Paulus, nihil eam à Dei charitate ſeparaturam exiſtimans, nec ſenſus exteriores ſatagit cuſtodire,interiorem Deo adeo vnitum arbitrans, vt ille nocere non valeat; de ſuo etiam interiori nil comunicare vult:cumque aliquid in proximi vtilitatem dicendũ eſt, talento ſibi à Deo præſtito vti non vult, in Mariæ auxilio nihil confidens; quodque ipſa operatur, proprijs uiribus efficere opinatur,ac ita ſe nimium coarctat in cella, nimiumque ſe diſſoluit in clauſtro: & ſic non modo proprius amor,in ea eſt, ſed etiam ſuperbia magna.

9 Alia in loco diſtractionis,vt ita appellem, ideſt collocutionis, tantam vult oſtendere ſapientiam, vt Sancti Auguſtini ſapientiam ſuperare velle videatur. Ibique permanens,quadam in loquendo prudentia vtitur, quaſi religioſam vocationem ex ſe elegiſſe exiſtimet, illã à Deo minimè cognoſcendo; & quod peius eſt,quod mundi miſerias audiens, eam propter ſuam bonitatem, mundum retinere,non meruiſſe putat. Et ita non modo ſuam, ſed etiam omnium aliarum perfectionem oſtendere dignum iudiçat, dulciq; colloquio creaturas liniendo,

do,

do, nimium iu ſecuritate confirmat, vnde deinceps multum temporis amittere faciunt, in quo Deum magis laudare, & benedicere poſſemus. Et hic, ſubtilis, abſconditaque ſuperbia regnat. Ac ita cum Paulo dicam. *Periculum in terra, periculũ in mari, periculum in ſolitudine, periculum in falſis fratribus,* & amplius dicam, periculum in me, periculum extra me. Periculum in me, ſi me deiciendo nihilumque reputando, non egredior extra me; Periculum extra me, ſi in ijs deiectionibus, & humiliationibus non fugiam cõplacentiam. 2.Cor.11

10 O dulcis paruula Maria, age, ut maledictus hic proprius amor non regnet in nobis, ſed ſcintillam illius puriſſimi, ſimpliciſque Diuini amoris, à cauerna lateris Vnigeniti tui procedentis, impertire. O Maria, exceſſum pulchritudinis, & puritatis tuæ contemplando admiror. Ideoque vos, ò beati ſpiritus, vna cum omnibus aduocatis meis inuito, ut ad Mariam contemplandam accedant, & pro me illi ad gratias agendas, de puriſſimi, ſimpliciſſimique amoris Diuini cognitione præſtita; O quam prompti ſunt Sancti, ſpirituſque beati ad noſtram faciendam voluntatem? Totum hoc in nobis cupis, & requiris, ò Maria, ut prõptæ, ac paratæ ſimus ad inclinandum nos, non ſolum intentioni, ſed etiam ſuperiorum voluntati, nec modo ſuperioribus, ſed etiã æqualibus, & inferioribus; perfecta enim obedientia, nullam reſpicit creaturam, ſed ſolum Deum in creatura.

CAPVT IX.

Spiritualia præbet documenta, ad perfectionem Religioſam acquirendam.

1 DEbet Religioſa in obedientia eſſe læta, humilis, ſimplex, & velox cum perſeuerantia: cogitans ſuperioris vocem, Dei iubentis vocem eſſe: indignamque ſe reputans, ut opus illud obedientiæ imponatur, & poſſit exequi. Quãdo tamen de Dei, regulę, eiuſdemq; animæ ſuæ offenſa minime dubitatur.

2 Læta, & fortis in occaſione patiendi eſſe debet, cogitans patientiam, viam regiam eſſe, per quam ad Cęlum ambulatur, vitãque noſtram momentum: gaudendo de lucro, quod eſt in patientia, cogitandoque, quã nobile ſit in ea exerceri, cum ſit ad Verbi humanati imitationem.

3 In humiliatione, mortificatione, & repræhenſione læta, ac tranquilla Religioſa oſtendere ſe debet, nunquam ſe exſcuſando, licet defectum de quo repræhenditur non patrauerit: cogitando etiam, ianuam, ad intrandum in Cęlum eſſe humilitatem, cuius etiam exercitatione, aliquod ſuarum iniquitatum debitum ſoluet.

4 Læta, promptaque in charitate videatur, cogitans per illam obſequiũ ipſi Deo in membris ſuis, quę nos creaturę ſumus, exiberi, ipſumque ſibi factum reputare, quod propter eius amorem vni ſit creaturę.

5 In oratione ſit humilis, feruens, reſignata, perſeuerans, cum reuerentia: Deum pręſentem cogitans, in cuius conſpectu virtutes cęlorum contremiſcunt.

6 In conuerſationibus læta ſit, manſueta, humilis, patiens, prudens, & taciturna. Cogitans, cunctas illas matres, ſororeſque, terreſtres Angelos eſſe, magni Dei imagine ornatas, illiuſq; ſponſas. Commemorans ſibimet ipſum in terra dixiſſe, *Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.*

7 In verbis Religioſa humilis, modeſtaque eſſe debet, & cum opus erit læta, illorum recordata verborum, quæ Ieſus dixit. *De omni verbo otioſo &c.* Scriptũ etiã eſse, Sermo Virginis tãquam ſermo Dei, rarus, & prudens. Eniti etiam debet, ut non loquatur, niſi has tres habeat conditiones; nimirum, ſi propter puram Dei gloriam; ſi propter proximi vtilitatem, & ſi neceſſitas exigit, tunc loquatur. Matt.12

8 Rigorem in ſilentio ſeruet; quod enim eo tempore preter neceſſitatem loquitur, rarò abſque defectu dicitur.

9 In ſpiritualibus operibus feruens ſit Religioſa, proprium non quærat honorem Deique ſe conformet voluntati;

in exte-

in exteriori pro nihilo ducat corpus ſuũ labores nõ timeat; ſuperiori ſe humiliet, & reſignet.

10 In cunctis motibus, & operibus internis, externiſque, Deum beneuolenter reſpicere debet, auxilium petẽdo, imo exorando, ut ipſe totum in nobis operetur, loquatur, & cogitet. Actiones noſtras ad gloriam ſuam, & vnionem eius, quod humanatum Verbum in terra operatum eſt, offerendo.

11 Debet religioſa conſiderare, locũ ſacrum, Collegium Apoſtolicum repræſentantem, eſſe Religionem.

12 Dei imago in cunctis ſororibus conſideranda eſt: & cum aliqua vilis, & imperfecta conſpicitur; donum aliquod interius habere, quo Dominus in ea ſibi complacet, cogitandum eſt.

13 In diuidendis Religionis officijs, nec ſanguini, nec ad aliud vanum attendendum eſt, ſed tantummodo ad ſpiritũ, & lumen, quod oneri imponendo ſatis eſſe in creaturis videtur.

14 Nouitijs ad Religionem accedentibus, hæc in eorum mentibus conſideratio imprimenda eſt; quanti Diuinum cultum referat, & quomodo ſuper omnia, quæ ad ipſum ſpectant, ſollicitæ eſſe debeant; quantaque reuerentia, ſanctiſſima confeſſionis, communioniſq; Sacramenta cum gratitudine recipi.

15 Circa ſpiritualia exercitia inſtrui, ac doceri, & ad acquirendas veras realeſque virtutes, verbis, exempliſque cohortari; lumen, cognitionemque de magnitudine, ac dignitate vocationis, ad quam Dominus vocauit, præbere; doctaſque in regula, & in conſtitutionibus Religionis efficere.

16 Debet Religioſa ſatagere, ut inſtruatur, ut totum quod regula, & conſtitutiones obligant, exequatur. Pœnitentias in ipſis ſecundum defectus impoſitas obſeruando; caueat in viuendi modo extrema, ſed ad punctum regulam ſuam, quæ eſt via recta, obſeruet.

17 Debet Religioſa iuxta officium ſibi impoſitum curare, ut quælibet de rebus neceſſarijs, ſecluſis alijs reſpectibus, & conſiderationibus, prouideatur.

18 Cogitare debet Religioſa ſe regulam conſtitutioneſque obſeruaturam, non attendendo, an hæc, vel illa rigoroſè obſeruet.

CAPVT X.

Complura alia documenta, Religioſis neceſſaria, recenſet.

1 IN internis, externiſque exercitijs ſuis, ſeipſam Religioſa non quærat, nec proprium commodum; & in adiuuandis proximis ſuis, proprium corpus nihil extimet.

2 Mentem adeo bonam habeat, ut ab omni quod in proximis ſuis cernit, etiam ab ipſo malo, bonum appræhendat.

3 Proximum ſuum ita extimet, ut de eo loquatur; quemadmodum ipſa extimari, utquæ de ea loquerentur, vellet.

4 Intrinſecam cum omnibus ſororibus dilectionem, charitatemque habeat.

5 Sit Parca, Conſiderans, Prudens in loquendo.

6 Integram defectuũ ſuorum cognitionem habeat, nec non beneficiorum Dei, parum in illis proficere exiſtimando, ſemperque cogitando, quod alia ſoror eſſet magis grata.

7 Magnæ obligationi, quã erga Deũ habet, anima, poteſt aliquo modo reſpondere, ſi perfectum ſui ipſius holocauſtum Diuinæ efficiet Maieſtati, libere ſe in Diuina voluntate relaxando. Vel quod eam in Cęlo, vel in terra, aut etiã in inferno velit; licet Deus nũquam hoc de anima iuſta voluerit; de toto hoc gaudeat, dummodo altiſſima Dei voluntas impleatur.

8 Anima quotidie Sanctiſſimum recipiens Sacramentũ, adeò indifferens Diuinæque volũtati, & obedientię reſignata eſſe deberet, ut quod guſtaret, nec cognoſci poſſit, neque ſciri.

9 Qui ſuperiorem, veluti Dei vices gerentem, in corde habet. Hæc à Deo ipſe obtinebit.

1 Quod fide ſua mediante, tam ſuperiori, quam ſubdito ita imaginanti, Deus magis ſe communicaret.

2 Quod omnes obedientiæ,tam proſperæ, quam aduerſæ,eſſent illi æqualiter gratæ.

3 Quod ſẽper eſſet in ſuo corde tranquilla, magnamque dulcedinem, ac lætitiam interius perſentiret.

4 Quod aptior eſſet ſuis orationibus ad Sanctam Eccleſiam adiuuandam: Ieſus enim obedientium orationes exaudit, cumque hi obedientiſſimi ſint,quod petierint obtinebunt.

5 Harum Religioſarum animas,Deus veluti coronam extimat: quemadmodũ enim corona Regis oſtendit magnitudinem, ita illæ Deum in cunctis operibus glorificant, & honorant.

CAPVT XI.

Contra vitium proprietatis inuehitur,paupertatemq; Religioſã commendat.

1 O Cęcitas creaturarum,ò Religionis parum agnitus ſtatus,ò miſeria ingens, ut idem malum, vero cooperiatur bono, plurimarum ruinã animarum. Putabunt hi tanquam decepti, meritum ſuarum inuenire operationum, & æternam inuenient damnationem, eo quod in paupertatis incommodis, volũtariam habuerint proprietatem.

2 Quaſi certa datur obſeruanti Religioſo ſalus, qui delicatè nulla re indigẽs veſtit,viuitque, quod tamen totum à ſuo ſuperiore præſtatur,& non ab alio.Illius vero miſeri Religioſi nulla ſalutis ſpes eſt, qui nunquam cibo ſatiat appetitum, miſerrimèque induitur,ſed in proprietate voluntariè manet; curatque conſcientiæ ſtymulum externa, & apparente vilitate, & abiectione operire. O, facilius decipitur, & ſi promptum nõ habet animum ad relinquendum omne quod poſſidet, pro ipſo Cęlum non erit.

3 O miſeræ Religioſæ animæ,væ mihi, ingens miſeria, ut quod ad relaxandum animum Religioſis conceditur,cauſa ſit æternæ damnationis.

O quantum doleo,me proprio ſanguine efficere non poſſe, ut illuminatæ animæ, quæ in laxioribus Religionibus habitant, eandem habeant facilitatem, & occaſionem, quas ego habeo, ad reſpõdendum deſiderio, internîſque ſtymulis quos habent. ò quanto melius Deo ſeruirent,ò quam gratiores eſſent tanto dono,ſi, vbi ſum ego, inuenirentur.

4 O, exteriora hæc negotia, quæ habet Ieſu ſponſa,quæque tempus modũq; tollunt,quo poſſunt cum Deo veram negotiationẽ habere, placeat,placeat Deo, nẽ tandem Diuinam illis auferant viſionem.

5 Væ mihi,quia oculi illi, qui ad intuendum Chriſtum Crucifixum, eiuſque Diuinam pulchritudinẽ intenti eſſe deberent, ita infęliciter ad intuenda vana, & miſerabilia occupantur; & manus illæ Deo ſacratę ad conſtruẽdos laqueos applicantur,ad capiendas animas,& ad infernum mittendas. O extremam miſeriã, ò miſerabilem,& lacrimabilem infęlicitatem.

6 O quanto melius fuiſſet, ut hæ animæ in ſæculo permanſiſſent; quam religioſæ effectæ, quod ſolemni voto Deo promiſerant, minimè obſeruauerint:hoc enim mediante, maiori pęna, & caſtigatione dignæ habitæ ſunt. O paupertas, ò Religioſa paupertas, quam parum agnita es, & obſeruata: ò ſi illa cognoſceretur, & obſeruaretur, cellæ nequaquam ad plenum ornarentur, nummoſque retinere, & ad proprium velle eas expendere eſſet horrori;torque aliæ pompæ,ac vanitates,nimium vero Religioſo indecentes,à ſacris clauſtris exules haberentur. O quomodo, Ieſu mi, paupertatis religioſæ pulchritudo deformis,propter maledictam proprietatem, effecta eſt. O quot, quot animæ ardent in inferno, eo. quod nec voluerint, nec ſanctam obſeruauerint paupertatem.

7 Nec intelligere,nec capere ſcio,cur Religioſi, qui per tria ſollẽnia vota Deo ſe dicauerunt, nolint inter ſe comunitatẽ ſeruare; curentque perfectæ vitæ adeo pulchrum ordinẽ, ſua ipſorum proprie-re,euertere. O maledicta proprietas,quę ſecum tot exſcuſationes, & inuentiones adducit, quibus ſæpius virtutem apparere facit, quod vitium eſt, & defectus.

O ſoro-

O ſorores haud intelligo, quomodo Religioſi, & Religioſæ tuta conſcientia poſſint peculiares habere redditus, & Monaſterij officia, redditibus, peculiaribuſque laboribus manu teneantur. Ac ita ſæpius accidit, ut Religioſi pluſquam ſæculares, rebus implicentur mundanis. O Ieſu mi, fac me omnem pati pœnam, ut tot ſponſæ tibi ſacratę ad obſeruantiã vitę comunis diſponantur, quia, meo labore, plures ex illis miſeris ad infernum deſcendentes videre me facis.

8 O fęlices Religioſi, qui ita à Deo honorati ſunt, ut ipſe eorum pars eſſe voluerit, quia propter eius amorem ſolemni voto omnia reliquerunt. O diues paupertas, quæ ſummi boni poſſeſſores nos efficis. E contra verò, væ Religioſis illis, qui actu proprietatis aliquid retinent, quo, tanquam talem non haberent obligationẽ, negotiantur. Væ mihi quia quantum ex ipſis eſt; ſuam partem, quæ Deus eſt, refutant, aliud extra illum, cõtra promiſſiones factas, volentes, & retinentes. Sed vtinam in morte poſtea quando fiet diſcuſſio, ab eodem Deo nõ refutentur, & à ſummo bono in æternum minimè ſeparentur. O ſoror mea, ego cõſidero, & cogito, quod Deus ſcit, ſi illa quæ hos flores effecit, tantum aliquando temporis ſumpſerit, ut in ſeipſam intraret, ſtatumque animæ ſuæ, & quod Deo debet cogitauerit, quantum ad hos flores efficiendos ſciuit aſſumere: ſcit Deus, ſi etiam ego aliquando intellectũ, affectumq; meum ad actus Diuini amoris efficiendos adaptaui, quemadmodum hæc ad talem artem, ſuum applicauit ingenium. O nobilitas animæ, & maximè Religioſæ, quæ tantum Deo ſeruire debes, in quo teipſam diffundis? O pauperes Religioſi, adeo de ſtatu ſuo læti. O ſimplicitas, ò paupertas adeo in Religionibus deiecta, tam parum agnita, & à tuis profeſſoribus obſeruata. Deus ſcit ſi talis cæcitas excuſationem in Diuina diſcuſſione merebitur, in qua non modo defectus, ſed etiam plura alia, quæ virtutes putamus, defectus, & vitia apparebunt.

CAPVT XII.

Complura iterum perfectionis documẽta diſcipulis præbet.

1 Filiæ, eſtote Deo principaliter gratæ, deinde cunctis his matribus, ac ſororibus: illis enim mediantibus, pretioſius donum, quod Deus in hac vita poſt baptiſmum electis ſuis confert, recepiſtis, ideſt in Sanctam Religionem ingreſſum. Tenemini igitur gratitudinis debito ijs ſeruire, eaſque omnes diligere, earum ſocietate vos indignas reputantes: cupiendo, modoſque inueſtigando, quibus vnamquẽque beneficijs cumulare valeatis.

2 Indigna eſt, ut ſerua Dei vocetur, quæ in hac non affligitur, vel elaborat ſeruitute, & quæ cogitauit ad Dei obſequium peruenire, ut ſemper conſolationem haberet, ò quam decepta ſe inueniet: Religioſi etenim cor, hanc iugiter ferre debet mortificationem, nunquam propriã facere voluntatem. Hac de cauſa, filiæ, haud finem veſtrum ponatis, nec multum ad inſolitas dulcedines, ſuauitateſque ſpirituales attendatis, ſed illas ſolummodo cordi habere, quæ vobis ad laborem, & ad patientiam libenter prouocant, ſuntque Deum honorandi, Diuinamque voluntatem adimplendi deſiderium. Hæc ſunt vota, quæ, ut guſtaretis, guſtarem; mihi credite ſiquidem, quod in ſuauitatibus, & voluptatibus Deus in veritate minimè inuenitur, eo quod in veræ virtutis medio permanet: vera autem virtus, non in dulcedine, & voluptatibus etiam ſpiritualibus, nec in habendis cunctis conſolationibus creaturarum, à quibus nec amarum recipiatur verbum, adipiſcitur. Proprius enim veræ virtutis locus eſt in intenſioribus anguſtijs, & laboribus, in quibus eam inueniet, qui in veritate eam vult in ſuo corde radicare.

3 Nec ſcio illis fidem præſtare animabus, quæ toto vitæ tempore, dulcedinis, ac tranquillitatis mare adnauigarũt,

in ea ſuam perfectionẽ adeptæ ſunt, quia etiam ſcio, eam non eſſe veram humilitatem, nec veram puritatem, nec manſuetudinem, & chariratem, quæ ſuũ veræ probationis oppoſitum nõ habuerit. Et quænam eſt probatio hæc? Tentatio, & tribulatio, vel à Deo, vel à creaturis, vel à ſpiritibus infernalibus. Cumq; hoc in anima non acciderit, veræ in ea virtutes non erunt, ſed fictæ; temporiſque decurſu, nec virtutis effigies in illa remanebit.

4 Magnopere ſuſpectas habete creaturas ab omnibus bene viſas, & dilectas; & è contra, cum illis lætanter conuerſationem habete, quæ parum ab alijs extimãtur. Si ab aliqua creatura offendi putarem, me ex illis ſpiritibus, qui ſe ſufficientes, ac ſapientes exiſtimant, exiſtimarem.

5 Cum aliquid bene feceritis, & aliqua ex parte cum ſatisfactione, ne curetis optimè id iterum facere: ita enim vos in humilitate ſeruabitis.

Filiæ ne permittatis à mundi prudentibus, qui plures abſcondunt theſauros ſuperari. Curate, multa bona opera Deo nota in intimo cordis habere; hæc, magni habentur in Cęlo.

6 Lætæ, & gaudentes eſtote, in difficultatibus, defectibus, & neceſſitatibus, quas ſecum affert Religioſa paupertas, quia tempore momẽtaneo gloriam adipiſcimini æternam, & pro minimo quod patimini, æternum prçmium æternumq; ſplendorem animæ veſtræ faciei acquiritis. Chriſtus Crucifixus veſtrum ſit vobis ſpeculum, & Crux, veſtra requies ſit. Conamini, ut ei ſimiles efficiamini: ipſe enim eo magis vos diliget, quo omni cõſolatione priuatæ aliquid pro eius amore patiemini, & patientes gaudebitis; ita enim facientes, paradiſum in hac vita habebitis, omniaqne oppoſita erunt vobis maioris iucunditatis, & lætitiæ materia.

7 Sorores, mortem vnam rectam à creaturis ſuis Deus requirit. Dico, quod mortem vnam rectam facere oportet: ſecus nihil fit. Et quid eſt rectam facere mortẽ? Hoc eſt, quod proprius ille dies, qui totus Dei ſeruitio impenditur, aliud non eſt, quam mille vijs, & modis, qualibet hora, quolibet momento ſibi ipſi mortem inferre. Dicite quæſo, non eſt inferre mortem carni, cuius vita eſt in delectationibus, in voluptatibus, & in ſenſualitate, ab eadem omnem delectationem, omnemque voluptatem auferre, & ieiunijs, vigilijs, aſperitatibuſque domare? Non eſt mortem proprio iudicio, & intelligẽtia, cuius vita eſt, ut omnia modo ſuo diſponat, inferre: qualibet hora eum alterius voluntati ſubmittere? Non eſt appetitum, & ad ſuperbiam inclinationem occidere; veræ humilitatis iugiter actus efficere, ſeipſam contemnẽdo, & nè cognoſcatur occultando? Hæ omnes mortes ſunt, quas ſibi ipſi infert, qui verè Deo ſeruire vult. Nemo autem cogitet cum melle, ac lacte, internæ, externeq; dulcedinis in ore hanc ſibi mortem rectam inferre, quia multum decipietur; cum non poſſit non vehementer dolere, qui vere moritur. Poterit bene vanam habere lætitiam, illa quæ cum externo virtutis opere, proprium occidere ſenſum oſtendat, viua tamen in ſe, ipſa, in parte in terra remanet, quia pro ſuæ operationis obiecto, habet, vitam ſibi ipſi, ſuiſque appetentijs, non autem in veritate mortem inferre, ut Deus in ea viuere poſſit.

8 Impoſſibile eſt, ut Deo anima vniatur, quæ in ſe retinet culpam: exſperimini longe eſſe à culpa, & videbitis quo modo Deus abſque alio exercitio ſeſe in animabus veſtris illabetur.

9 O ſi feruens in oratione, & in me recollecta fuiſſem, aliaq; ſimilia effeciſſẽ, certe Deus aliter me illuminaſſet, quam propter meos defectus nequiuit efficere. Vnde ea media tenuiſſem ad impetrandum lumen ijs animabus, quæ in ſtatu ſic miſero haud eſſent.

10 Filia, cum iugiter te quietam ſine vlla unquam difficultate aſpiciam, ſatis mihi non eſt; opinor enim te præcipuè exteriorem accomodare partem, nulla ad cor in interno habita cura: nam ſi ad illud verè incumberes, nequaquam alijs melior appareres.

11 Filiæ, in Dei ſeruitio perſeuerare volenti, verum, ac rectum fundamẽtum

facere

facere opus eſt : ſecus non diu durabit : apud Deum ſiquidem opera licet virtutis,& ſanctitatis, quæ in veritate, quæ Deus eſt, hoc fundamentum non habẽt, tam parui valoris ſunt, vt dicere auderem, melius eſſe hæc virtutis opera, abſque hac veritate, ac ſimplicitate, nunquam exerceri. A Religioſis aliquando Diuinus cultus parui momenti res extimatur. Pluris faciendo alia orationis, & deuotionis exercitia, quæ reſpectu huius, minoris valoris ſunt apud Deum.

CAP. XIII.

Vanam gloriam cum humilitate præliantem cernit.

1 VAlde elata oſtenditur Vanagloria,è contra Humilitas placida, & tranquilla. Perambulat vanagloria, oſtendens ſe nolle humilitatem offendere. Humilitas etiam ſe nolle eam offendere oſtendit, ſed de prælio illius ſubridet,nam illa ſuperabitur: nunc parum perſiſtam, vt prælium earum videam, mortem vt opinor ſibi inuicem dabunt. Vanagloria ſuper caput ictus inferre ſatagit,humilitas ſubtus,& caput totaliter auferet. Iam humilitas gladio ictum inflixit, deiecitque ad terram; ſed adiuua te, adiuua,ſtrenua humilitas, quia nondum mortua eſt. Rem videbo,quia nondum perfectè humilitatem poſſideo.

Nunc mihi opus eſt, vt Sanctam audiam Catharinam. Quinque rationes ad ſui defenſionem affert vanagloria. Infinitas autem adducit humilitas. Va-
Eccl. 15. nagloria ait,eſſe à Deo; Deus enim ipſe liberum arbitrium dedit homini, quo bonum,vel malum eligere poſſit: ſi bonum eligit,ergo gloriari poteſt,quia à ſe ipſo hoc agit; ac ita gloriam ſuam non eſſe vanam vult oſtendere;ſed errat. Humilitas reſpondet dicens, verũ eſſe quod in hominis poteſtate ſit,bonum vel ma-
1.Cor.12 lum eligere, *nemo* tamen abſque Spiritus Sancti gratia *poteſt dicere, Ieſus*, nec bonum aliquod agere, cum ex ſe nihil remaneat; etenim omnia naturæ bona etiam acquiſita,à Deo proueniunt,& eidem gratiæ aſſentiri, donũ Dei eſt, ſine quo nihil boni fieri poteſt. O, & cur non omnes aſſentimur. Hoc à nobis prouenit,qui poſt fomitem ad peccatum inclinantem ambulamus, ideò gratiæ Dei non aſſentimur. Ipſe eligere debet, & quantum eſt ex ſe omnes eligit; *qui autẽ* 1.Tim.2.
non acquieſcunt, ſibi ipſis malum inferunt.

2 O, vana hæc gloria, eſt etiam inſipiens. Ait,poſſe ſibi de ſuo eſſe complacere, quemadmodum Deus etiã de ſuo eſſe ſibi complacet, vultque vt eum imitemur, vt ait Sanctus Paulus *Eſtote imi-* Eph. 5.
tatores Dei,ſicut filÿ cariſſimi: Ideoque & de ſe complacentiam habet, ſuperbitq; ab omnibus creaturis laudari cupiens: ſcriptum adducit,vt gloriam ſuam,vanã non eſſe oſtenderet, ſed ſenſum euertit. Reſpõdet humilitas: & ait,quod imitari debemus Deum, etiam, ſed Deum humanatum dicentem, *Diſcite à me, quia* Matt.11.
mitis ſum,& humilis corde. Dei autem complacentia in ſuo eſſe diuino, eſt tota à creatura inexcrutabilis. O humilitas tu prudens es,quæ concedis, quod illa deſiderat,nimirum imitari Deum, ſed Deũ humanatũ. Interim multoties eam percutis. Miſera vanagloria ſe excuſat dicens, quod ſi Deus creauit hominem multis creaturis ſuperiorem, cur ſe gloriari,& exaltare, & in altiori loco, quo poſſet ſe collocare,honorem ab hoc vel illo quærere,ac de tali honore, & exaltatione ſibi complacere,non debet? Deciperis,reſpondet Humilitas, Non memineris Deum dicere, quod alta de longe, humilia prope cognoſcit? Nam in Euangelio Verbum ait, quod *qui ſe exaltat* Pſ.137.
humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Et de quo admonuit eos,qui in conuiuio ſedebant? *Recumbe in nouiſſimo lo-* Luc. 14.
co; in Pſalmo etiam ſcriptum eſt, *Non* Pſ.18.
habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. O vanagloria,tu quaſi mortua,ſemiuiua es. Occide eam,occide,humilitas ſancta, vita eam priua. Cur tot ſtultas rationes audis? Tu valde patiens es, humilitas. Nemo hebetioris eſt intellectus, homine, vanè ſe glorianti, Quid agant, videbo.

3 Vanagloria iacet,& ſe dormire fingit.

git. Dormi, dormi, te excitabit humilitas. O, ſancta humilitas, contere caput eius. O tu humilitas magnam patientiã habes. Ego caput amputarem, & pro mea victoria, ducerem. Valde placida es humilitas. Se excuſat, aitque quod naturaliter quilibet in propria ſibi complacet excellentia, quodque opera magna, magnam merentur retributionem. O Humilitas, tu reſpondes, verum eſſe, quod magnam habebit retributionem.
Cl. 8. *Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam*. Abundanter retribuentur ſuperbi, quia in inferno magnam in anima, & corpore, pœnarum habebunt abundantiam: nec vnquam deficient, quia pœnæ æternæ ſunt; dæmonum viſio, propriæ conſcientiæ ſtimulus, æternæ durationis ipſius pœnæ memoria. Non erunt hæ forſan abundãtia magna? & hac retributione, quodlibet ſuperbiæ opus retribuetur, ita vt ſuperba anima deorſum vociferabit, quia parcam vellet retributionem ſuam.

4 Vltima ratio, quam vanagloria adducit, eſt, quia neſcit quid annihilatio pariat, aitque ſibi videri res vilium perſonarum, O ignara, neſcis, Deum, qui
Apoc. 19. *Rex Regum eſt, & Dominus dominantium*, quique cum ſit totaliter inſcrutabilis, nec comprehendi, nec intelligi poteſt à creatura, ſe humiliaſſe, ſeque adeo deieciſſe, vt noſtrã aſſumperit carnem? Sanctorumque neminem inuenio, qui humilitatem, annihilationemque non amauerit, qua mediante, ſupernam illam Ieruſalem ingreſsi ſunt. Audi Ieſum di-
Ioan. 3. centem. *Nemo aſcendet in Cælum, niſi qui de Cælo*. Audi tu vanagloria inſana? *Nemo intrabit in Cælum, niſi qui* in mente ſua, adeo ſe deiciet, vt inferno dignum ſe agnoſcat, non autem Cælo, in quo percreationem in diuina mente eſſe, dignus effectus eſt. Quod ſi dicis, plurimos in Cælum intraſſe, qui talem cognitionem, annihilationemque minimè habuerunt. Reſpondeo, quod purgatorij ignis fecit ad hoc, quod ſuum erat. Facto tamen verum eſt, vanam gloriam ab ignorantia prouenire. Ipſa dormire vellet, & vigiliam ſimulare. Ego vanã hanc gloriam frangere, & inſtrumento hoc, quo fiunt folia, adeo conterere vellem, vt ex ea, in puluerem redacta, folia ad ſcribendum efficerem, gratia diuina: etiam, etiam, audio.

Nouiſſimus ictus, quem ſancta humilitas vanæ gloriæ incuſsit, fuit, exprobatione profundæ illius, & nunquam ſatis laudatæ humilitatis, quã Chriſtus meus benedictus cum cruci affigeretur, oſtendit. Vnde vanagloria aliam nunquam inuenit rationem, Humilitati autem tot, & tot, ex illis, quæ Verbum in Euangelio dixit; ex illis, quæ Dauid cæcinit, ex Sanctorum exemplis, & ex illis etiam, quæ concorditer Doctores dixere, remanſerunt.

5 Nunc ſancta humilitas demiſsis oculis, lentè procedit, ſed moderatô gaudio, canitq; in illius oppoſitum, humilitatis canticum, Sãctiſsimę Trinitati gratias agendo, vna cum Verbi humanitate, & inenarrabili iubilatione; cum ipſa humanitas in ſe ſuſceperit, & exaltauerit ſanctam humilitatem. Gratias deinde agit Mariæ, eo quod poſt Verbum, eam, magis, quam aliam creaturam ſuſceperit; gratias etiam ſanctis omnibus agit, electiſque animabus, quæ in Cælũ nonniſi ipſa humilitate aſſociatæ, ingreſſæ ſunt. Angelis etiam gratias agit, quia etiam ipſi humiliauerunt ſe, quando ab illis ſeparauit ſe Lucifer, qui ſimilis Verbo fieri volebat, ipſique in gratia confirmati ſunt. Ac ita Canticum totum amoris, & humilitatis efficit, agit in conſpectu Sanctiſsimæ Trinitatis circulum, eſtque complacentia, quam habet; eo quod ſuperauerit, vicerit, caputque cõtriuerit vanæ gloriæ. Partus eius enumerare impoſsibile eſt; iugiter filios æterno Patri concipit, parturitque, cuiuſcumque ſexus, nobilium, ignobilium, perſpicacium, ignarorum, ingenio ſublimium, rudiumque cuiuſcumque nationis, & ſtatus; quos omnes dirigit, conducitque ad Cælum. Deinde, quo Verbum maneat innuit, & ita vſque ad tronum Sanctiſsimæ Trinitatis eos perducit.

C A P V T XIV.

A Sancta Catharina Senenſi, de ſupra dicta humilitatis intelligentia, inſtruitur.

1 INtelligo, quod habere debeam humilitatem pro matre, pro ſponſa, & pro ſorore; pro ſponſa, eo tempore, quo ibi deorſum in mundo dicitur nox; pro matre cũ ſanctæ Religionis exercitia facio; pro ſorore, vacationis temporibus. Nunc, qualis debet eſſe amor erga ſponſam, matrem, & ſororem, mihi opus eſt diſtinctione. Sponſa intenſiori diligitur amore, illi condeſcendimus, obedimus, & complacemus; illam veſtimus, & nutrimus. In tenebris eam amare debeo; tunc enim eam abſcondere non oportet. Intelligo quidem, ò Sancta mater, quod dum oculi mei aperti ſunt, me iugiter annihilare, nihilumque agnoſcere debeo; Ei obedire teneor. Quodnam eſt humilitatis præceptum? ut nos omni dono gratiaque Dei repuremus indignos. Hoc eſt humilitatis præceptum; & in hoc ei obedire debeo, & etiam condeſcendere, quod nil aliud eſt, quam qualitatibus, & operationibus eorum, cum quibus agimus, nos accomodare. Eo enim tempore quid ſequenti die factura ſum in mente mea concipere debeo, ut condeſcendam ijs, cum quibus in terra conuerſor; Eam veſtire debeo; veſtimẽtum non eſt aliud, quam membra illius, quæ veſtitur, cooperire. Intelligo, aliud non oportet. Nutrire etiam debeo, quod nutrimentum pretioſum eſſe debet. Sed dic, parum dilectiſſima humilitas, quemnam pretioſiorem cibum tibi dare poſſum, quam animam meam, corpus meum, ſenſus meos, potentias meas, ut ſint tibi cibus, & potus; & quemadmodum cibus conuertitur in ſubſtantiam recipientis, ita ego efficere debeo, ut cuncta opera mea in humilitate conuertantur.

2 O alma Catharina, quænã ſunt obſequia Matri facienda? principalius eſt ei obedire, eamque revereri, & diligere, & in neceſſitatibus ſubuenire; in eo principaliter ei obedire debeo, ut in omni meo opere capiti meo Chriſto ſatagam eſſe conformem; deinde ut ita debilem ſicuti fortem; ſtultum, & ignarum; nobilem, & ignobilẽ, & ſic de cæteris, æqualiter diligam. Reuereri etiam debeo; reuerentia nihil aliud eſt quam peculiaris reſpectus perſonæ, quæ reueretur; Et ego continuum ipſi humilitati reſpectũ habere debeo, nec aliquid agere, nec verbum proferre, quod ſecundum ipſam non ſit. ſufficit mihi. Debeo deinde ſubuenire, nunc vnam, nunc aliam creaturã, ideſt illi præſtare, quod deeſt. Quid autem tibi deficit, ò humilitas ſancta? de tua pulchritudine, ac magnitudine, in proprio tuo eſſe, nihil tibi deeſt, in meo autem, & huius, & illius pectore, multum tibi deeſt. Quid igitur tibi dabo? in pectore meo, quod tuum proprium eſt, tibi dabo, ideſt annihilationem; quia vero hoc in aliorum pectore tibi præbere non valeo, curare ſaltem debeo, ut tui cognitionem habeant.

3 Eam deinde amare debeo, ſed qualitates amoris non verbis, ſed operibus oſtendendæ ſunt. Vacationis tempore eam pro ſorore habere debeo. Quod ſi ſorori ſubuenimus, auxiliamur, eam eſcuſamus, ab ea conſilium petimus, & cum ea colloquimur, conſolamur; hanc meam ſororem humilitatẽ adiuuare debeo, ſed ò ſpecioſiſſima humilitas, quid tibi opus eſt, cum nihil tibi deſit? experientia cognoui, plures perſonas Deo gratas, quia verò exterius modum operandi nõ habent, à cæteris creaturis cõtemnuntur. Ego ita facere non debeo. Si creaturam aliquam non video, duo talenta habentem, aliam verò vnum, cur mihi dolendum eſt? operetur cum duobus illa, ſinatque alteram cum vno operari; aliud enim Deus ab illa non requirit. Conſilium à te petere debeo, ò Humilitas, & ab illis creaturis, quæ te in pectore retinent, & non ab alijs; etiam, etiam, quia ſtultorum conſilium bonitate caret, & qui verè humilitatem non habet, ſtultus dici poteſt, & qui eorum conſilium ſequeretur, in magnum chaos rueret, bonumque nec pro ſe, nec pro alijs faceret.

4 Quid

4 Quid agendum de anima humilitate carente? quod Deus noſter fecit de Lucifero. In infernum iniecit, in quo sēper permanebit. Debeo etiam ipſi me confidere; & quomodo faciendum? intelligo tamen: in tribulationibus, tentationibus, laboribus, & anguſtijs, ad eam recurram, ideſt ad annihilationem, ad humiliationem, meique non eſſe cognitionem, in quibus conſolabor. Qui ſe confidit, & ab humilitate conſilium capit, nunquā ſuſcitabit rixas. Si à te conſilium ſumpſero, ò humilitas, ſicuti filius Noe, haud efficiam; cū enim ebrium aliquem videbo, non contempſero eum, nec irridebo, ſed vultum meum, ſicut ille reuerenter fecit, cooperuero. Duæ ſunt ebrietates. Proprij amoris vna, Diuini amoris altera; Cum aliquem alteri ex his ebrietatibus affectum videbo, contemnere non debeo, ſed tanquam Patrem amare: in eo autem quod mihi diſplicet, haud illum ſequi. Debeo etiam ei ſub-
Galat. 6. uenire, ut ait Sanctus Paulus, *Alter alterius onera portate*, & quod ſequitur. Qui igitur proximo ſuo non condeſcendit, Dei legem non adimplet. Qui Piſcem capere vult; hamum contra os illius apponat, & ita faciliter capietur; captus, lente trahendus eſt, neq; hinc inde agitandus, ne euadat, ita in creatura, ſic ei condeſcendendum eſt, ut manſuetudine præſtitoque lumine capiatur, ita faciēdo, de manſuetudine tua ſine iuſtitia, ne timeas: ſi enim aliter faceres, amitteres omnia. Cum autem traxeris hamo, de illa quidquid volueris, efficies. O Ieſu mihi; cunctas ad te vellē hoc modo trahere creaturas: aliqui autem ſe trahi nō ſinunt, ſeſe in antris veluti quidam piſces recludentes.

5 Altercatio hæc deorſū facta, aliud non denotat, quam altercationem, quæ iugiter fit in anima: quia verò vana gloria in animæ arce reſidere vellet, ideo humilitatem pro matre, ſorore, & ſponſa accipere debes. Cum amputatum eſt vanæ gloriæ caput, dum viuit, cęlitibus,
Pſal. 26. non terrenis oſtendendum eſt. *Dominus illuminatio mea*, non homines, ſed Dominus. Dominus illuminatio mea. Hic ſummæ bonitatis Deus, hic Deus amoris, Deus hic in omni ſublimitate, & cōmunicatione excelſus, Dominus omnipotens. *Domine vim patior, reſponde pro me. Illuminatio mea*, nō ſolum obumbratio, ſed *illuminatio*, in lumine ſplendor, & calor eſt, ita Deus illuminat, & calefacit. Pſal. 38.

6 Idem Deus intellectum illuminat, affectum calefacit, voluntatem inflāmat. Deus eſt Lumen hoc, quod in manibus geſtare debeo, ideſt in omni meo opere. *Ego ſum lux mundi*, in manibus ideſt in operibus tenendū eſt. Quemadmodum lucerna non ſub modio tenenda eſt, ſed ſupra candelabrum, ita noſtrum hunc Chriſtum in manibus portare debemus. Suam in noſtris operibus humanitatem imitari; & ipſe, ut perueniamus ad vias ſaluti noſtræ proficuas, illuminabit. Non modo *ſalus*, ſed *ſalus mea*, & quis eſt iſte, qui *ſalus mea* eſt? Dilectorum dilectus, *Electus ex millibus; eloquium eius dulce*; Cant. 5. intuitus eius iugiter vulnerat. Manus illius noſtra contrectāt corda, aures illius humilibus inclinantur. *Dominus illuminatio mea*. Cunctas ſorores meas vocare poſſem, & dicere. *Reuertere, reuertere ſunamitis. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* vanam gloriam pertimeſcam? nūquam; mortem? ſubirē. Iudicium? ſuſcepero ſanguinem, non timebo, non timebo, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? illuminatio hæc refrigerium meū in omni tentatione, quam beſtia mala vanæ gloriæ afferret, eſſe debet; non timebo non. O Cathatina Eum capere edoces, & poſtea canere. Dominus illuminatio mea. Ioan. 8. Cant. 6.

CAPVT XV.

Ad intelligendam altercationem charitatis cū amore proprio, ſic eſtatica tranſit.

1 DEformis eſt proprius amor, formoſa autem, & ſapiens eſt charitas ſancta. Decertare velle videntur. Charitas autem ſic bene armata eſt in capite, in brachijs, in pectore, in tibijs, & in

& in ventre, quod ictus illius veluti aeris flatum, illosque vulnera veluti culicis morsum æstimabit. Intellexi quidem Catharina Sancta, quomodo me gerere debeam, ut altercationem superem; humilitatis rationes desumere. Hoc etiam proprij amoris certamen toto vitæ nostræ tempore durat. Proprius amor lento incedit gradu, charitas autem longioribus, & grauioribus; velletque arma in oculis figere, ille verò in pectore: quia verò illa bene armata est, eam vulnerare non valet; & sic ipsemet repercutitur. Qui te videret, Papilionem in aere volantem reputaret. Proprius amor ad nihilum valet. Amor proprius nos semper

1. Cor. 13. associat, à fascijs, vsque quò vultus cooperiatur, incipiendo. Charitas verò quãdo nos diligere cepit? charitas æterna

1. Ioan. 4. est, quia *Deus charitas est.* Diligere nos cepit cùm in mente Diuina essemus. Durabitque quo ad vsque durabit æterni-

Luc. 15. tas. Ipsa exclamat, *Congratulamini mihi:* quemlibet ad gaudendum; ad diem fe-

Isaia 66. stum agendum inuitat, & ait, *Lætare Ierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eam: Gaudete cum lætitia: Conuentũ facite.* Inuitat charitas ad conuentum in anima faciendum. Conuentum in anima facere vult, idest, ut in anima ordo, & vnio sit, potentiæ charitati subiectæ sint, cum potentiæ omnes, desideria, passiones, irascibilis, concupiscibilis, quiescũt, charitatique subijciuntur, nihil de proprio amore timendum est: si enim in anima ingredi vult, statim charitas adest, eũ repellens, seque Pro muro, & antemurali opponens. Tres potentiæ à Deo deificatæ sunt, ut intellectus aliud quam charitatem non intelligat, voluntas, aliud quam charitatem non velit, memoria aliud quam charitatem non cogitet: irascibilis, & concupiscibilis, aliud quam charitatem non desiderent: & si omnes in charitate sunt, conuentum faciunt, & in eiusdẽ animæ viridario arborem plãtant, quæ eadem charitas est, sub qua anima quiescit, & ab ea dulcissimos attrahit fructus. Eadem etiam arbor vmbram facit sponso, eumque ad quiescendum sub ipsius attrahit vmbra, vbi anima fructus illius sumit, manuque amoris, in Sponsi ore premit; qui dulcissimum reddunt liquorem, magnam delectationem Sponso beneuolo afferentem. Sunt etiam hi fructus terrenis nutrimento, propter charitatis exemplum. Gaudium accrescunt cælitibus, videntibus quod alij eos imitantur, sequunturque in operibus charitatis: purgantibus suaue præbent refrigerium, maioremque pęnam damnatis.

2 *Sub arbore malo suscitaui te.* Sub charitatis arbore nos Sponsus hic noster suscitat, eo quod cuncta opera nostra in eadem transformat charitate, faciens ut sint in unione illius complacentiæ Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: sub hac arbore fons etiam generatur, ad quem plures, & plures conueniunt animæ, quæ magnopere gaudent, valdeque delectantur, propter cadentem à Diuino Verbo rorem, qui suaue præbet eis nutrimentum, agitque ut rubicundæ reddantur, dulcemque somnum percipiant. Certamen quod cum proprio amore toto vitę nostræ tempore habere debemus, est, ut nihil pro nostro honore, vel commodo faciamus; nunquam etiam quiescendum, nec die, nec nocte, sed semper est repellendus, O charitas, ò charitas si te capere possem, conuiuium animæ meæ facerem: & quodnam conuiuium hoc esse debet, nisi charitatis? sed ecce statim, proprius aduenit amor, & ad ianuas sensus, ut intret, accedit; sed eum repellit charitas, quæ per fenestras egrediens, arma sua ad oculos apponit, ut eum visu priuaret, & occideret, ac pro sceptro duceret, gloriaretque, eum illudendo. Illum enim pro nihilo ducit; cum in anima, quæ in se charitatem habet, proprius amor nihil valeat. Clausis ianuis, ac fenestris, quid proprius agit amor? per tectum ingredi quærit, quia sedem suam in potẽtijs nostris, vellet collocare adeò malignus est.

3 Hæc, quæ adstat, Catharina Sancta, quomodo charitatem capere, & in interiori exercere debeã, edocebit. Maledictus ille amor proprius, cum aliquãdo oculorum cæcitate à nobis læditur, timendus non est: quia nihil potest; Cũque in animam venire velit; deuiat ab

 itinere,

itinere, ianuamq; non inuenit. Sed quo vadit? quo capitur? Certum enim eſt, quod qui cômode viuunt, eum capiunt. Huius maledicti amoris proprij oculi, qui nam ſunt? primus oculus eſt proprius honor, ſecundus proprium commodum. His duobus erutis oculis, proprius amor amplius timendus non eſt.

4 Sed ad ſanctam redeamus charitatem: fructus eius toto vitæ tempore cognoſci debent, eo quod in omni noſtro opere charitatem exercere debeamus. Qui fructus cognoſcuntur, manibuſque palpantur. Charitas ipſa velut aqua tacita, vt in anima introducatur, aduenit, cum mundanis affectibus, ac delectationibus noſtrorum ſenſuum ianuas obduxerimus. Charitatem pro triumpho, pro Nutrice, pro diademate mei capitis habere debeo. Non ita eſt, ô Catharina? Nocte pro diademate, die pro nutrice: temporibus alijs pro triumpho. Diadema aliud non eſt, quam in capitibus noſtris gloriæ ſignum, ideo eius gloria tenebrarum tempore nominari debet, vt lucis tempore ea vti valeam: aliud enim operari non debeo, quam charitatem. Veluti paruulā in ſinu Patris, & in Verbo humanato veluti diadema, eo quod tamquam diadema, in cunctis ſuis operibus eam geſtauerit, & à Maria, pluſquā ab alia creatura dilecta fuit. Tamquam triumphus in fronte, ideſt in intentione, geſtari debet. Pro Nutrice eam habere debeo. Quid agitur de Nutrice? Fructus ſumitur, & à non ingrato, beneuolentia redditur. Lac ſumere, & os ad vbera apponere debemus, à quibus Dei amor, & proximi trahitur. Trahitur etiam diuini cultus zelus, ſapienſque compaſſio proximi. Os ad clauati Verbi latus, vel ad os illius, ponere debemus, cumque tamquam caput noſtrum contemplari, & ab ijs, tamquam ab vberibus compaſſionē attrahere, omnibus membris ſuis; quæ sūt creaturæ, quorum imperfectioni condeſcendendum eſt, ita tamen, non vt ſit ipſis dominatio. Parum eſſet illis ſi condeſcēderem, & tamquam Verbi mēbra diligerem, & poſtea ſecundum meas vires, meaque poſsibilitatem ad earum ſalutem, opem non impenderem.

CAPVT XVI.

Poſt ſecundam victoriam, quæ ſequuntur canere edocetur.

Ecce canticum, quod poſt ſecundam victoriam contra amorem propriū, Catharina sācta me canere edocet. Nos ad maiorem vitam vocati ſumus. Quæ non eſt vita Marthæ, nec Mariæ ſeparatim, cum vtraque ſimul in charitate cōtineatur. Charitas vita eſt. *Fides ſine operibus mortua eſt*, [Iacob. 2.] & opera ſine charitate ad nihilum valent. Audi Paulum hoc dicentem. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem non habuero, nihil mihi prodeſt*. [1. Corint. 13.] Canticum hoc ad opus retinere debeo, ſimul cum hoc alio. *Eructauit cor meum verbum bonum*. [Pſal. 44] Vita ad quam vocati ſumus maior eſt, hoc dicit ſapiens. Vita hæc charitas eſt, quæ cunctis virtutibus maior eſt. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*. [Pſ. 132.] Charitas eſt quæ omnia in vnione amplectitur, & per eam vnimur, vnionem profitemur, & vnione conuerſamur. O quam dulce, & ſuaue eſt, ô Deus meus, de te loqui, tibique laudem dare. *Verbum bonum*, nimis intelligeris, quot rationibus bonus es, *dico ego*. Siquidem, ſiquidem ingenuus ſpiritus, vilibus, otioſiſque perſonis opera ſua minimè enarrat. Nos opera noſtra non īnfimis; ſed *Regi* enarrare debemus: & ipſe nos admonet, aitque, *margaritas nequaquam eſſe mittendas ante porcos*. [Mat. 7.] Bonū eſt igitur ſemper dicere; niſi expediens, & ratio palpabilis videatur, vt dicam, *ſecretum meum mihi*. [Iſaie 24.] Non enim qui fidem narrabunt, ſed qui in fide operabuntur, quia *non qui ſolum dicēt, Domine, Domine, intrabunt in regnum Cælorum*. [Mat. 7.]

C A P. XVII.

Dei ac proximi amorem, cum ſenſuali amore altercantem intelligit; de quo plura, ſed mira ſibi proponit, alijſque enarrat.

1 SEquitur iucunda illa diſcuſſio, inter Dei, proximique amorem, & ſenſualem amorem; omnes illos duos primos in me habere debeo: non vnus ſine altero, eſſe poteſt, ideſt diuinus amor, & amor proximi. Siquidem ſenſualis, carnaliſque amor oppoſitus eſt diuino amori, ſtatimque occidẽdus eſt, ipſe canus ſenes eſt, ſenes qui debet occidi, & extremã oſtendit anxietatem, & laborem. Ecce quomodo amor proxi-
Eccl. 4. mi eſſe debet. *Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacificè, in manſuetudine libera eum.* Non cor triſte expetit Deus noſter, ſed liberum, & iucundum. Triſti cordis charitatem ego non æſtimo, & ita Chriſtus pro nihilo reputat triſti cordis,
2. Corint. 9. & maleuoli charitatem; *Hilarem enim datorem diligit Deus*, vult vt aures non oculi, os, vel aliud, inclinentur; Multi enim reſpiciunt proximum, ſed non audiunt paruulos, ideſt pauperes, quemad-
Luc. 16. modum cum *Mendico Lazaro, Diues Epulo faciebat*; non eum audiebat, quia charitatem non impartiebatur. Neque os, dicit, quia non ſolis verbis adiuuandi ſunt, ſed auribus, vt audiendo fiat intellectus capax, & voluntas ad exaudiendũ inclinetur. Paruulis, pauperibus, anima corporeque indigentibus, inclinandæ ſunt aures, & pacificè, & cum manſuetudine reſpondendum. Stultus autem ille ſenes oppoſitum vellet, vt nimirum Regibus terræ, eorumque diuitijs aures inclinarentur, imo aio, eorum paupertaPhilip. 3. tibus, quia cum Paulo dicam, *Omnia ar-
Eccl. 12. bitror, vt ſtercora*, & Sapiens. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Senſualis carnaliſque hic amor, mortificationibus, & paſſionibus occidendus eſt. Diuinus, ſẽſuali amori caput obtrũcat, duabus cognitionibus; quarum vna eſt, quantum referat ſedẽ in anima huic diuino amori preparare. Altera; quam oppoſitus ſit diuino amori ſenſualis amor. *Amicitia* Iacob. 4.
huius ſaeculi inimica eſt Deo. Crines tui candidi, ò malus amor, vultuſque tuus exterminatus, quo nos ad te amandum inclinabas, parum tibi proſunt. Miſeri autem nos, à te decepti.

2. Mortuus eſt ille, mortuus eſt, quilibet ſecurè iter faciat. O Diuine amor, ſuggeras oro proximis meis aliquantũ, qui ſint ſimpliciter tui cõceptus, verba, opera, & cogitationes. Verè cogitationes tuæ nec de alio fuerunt, ſunt, & erũt, quam de communicatione tui eſſe diuiniſsimi in actu amoris. Verba tua aliud non ſunt, quam nouum canticum.
Cantate Domino canticum nouum. Manda- Pſal. 95.
tum nouum do vobis: Hoc eſt canticum nouum: quid aliud in ipſo mandato, quã amor, & charitas continetur? Ita vt poſ-
ſim dicere hæc eſſe verba amoris. *Man-* Ioan. 13.
datum nouum do vobis, vt nos, alios amore creatos diligamus, ſicuti amor, qui eſt Amor meus, eos dilexit. *Vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos*. Non ait hoc loco. Sicut dilexi me, ſed *ſicut dilexi vos*: Si enim dilexiſſet nos, ſicuti dilexit ſe, iuſtitiam ſuper nos exercuiſſet, ſicuti exercuit ſupra ſe. *Sicut dilexi vos*, inquit, quia in actu amoris, in actu miſericordiæ, manſuetudinis, & compaſſionis dilexit nos.

3 Qualia autem ſint amoris opera adeo alta, ſublimia, & excelſa ſunt, vt enarrari nequeant. Amoris opus fuit Creatio, Redemptio, & Iuſtificatio mea; Amoris opus eſt, quod de ſpiritu tuo facis, nos omnes obumbrando; nonne verum eſt? & quod agis, nos ſupra nos eleuando, aliud non eſt, niſi opus amoris. Conceptus tui aliud non ſunt, quam omnium trium perſonarum Sanctiſſimæ Trinitatis inſtillatio. Amor iubilum facit, ſuauis, melliſluique cantus. Diuinus, proximiq; amor ſibi inuicem oſculantur. Quandoque iucundam ad Thronum Sanctiſſimæ Trinitatis choream faciunt: Amor diuinus, & amor proximi ſimul ſunt, & ijs, qui à longe, oculis non bene purgatis, reſpiciunt, æquales eſſe videntur; ſed ſi bene eos reſpiciunt, ma-

gnam inuenient inæqualitatem. Amor proximi legem facit adimplere, cũ opera noſtra in Deo, & propter Deum ſunt facta. Amor verò Diuinus nõ modò legem facit adimplere, ſed etiam in Deo nos deificat. Quænam fuit Pulchior, Eſter, & Rachele? Ambo in Dei amore, & proximi figuratæ ſunt. Rachel, quæ inferior, minoriſque dignitatis eſt, proximi figurat amorem, qui ſeruitute ſeptem operum miſericordię, donorumque Spiritus Sancti poſſeſſione acquiritur. Alia, quæ Eſter eſt, diuinũ figurat amorem. Anima, quæ ad illam peruenit dignitatem, quid ei cõceſſum eſt, vt petat? O quantum: Dimidium regni eius. *Di-*
Eſter 1. *midiam partem regni mei*. Dimidium regni eius, viſio eſt trium diuinarum perſonarum; medium vocat, quia Deus ſui ipſius capacitatem, quam in ſe habet, nequaquam tribuit. Virgam, ideſt ſapientiam ſuam extendit, idem Verbũ: ſapientiam ſuam extendens, concedit, vt extremam ipſius virgæ partem tangat, ideſt Redemptionem, mediante ſuo ſanguine operatam, ſuæque humanitatis capacitatem elargitur. Iugiter virgam hanc in manu ſua retinet, quia ſemper potentiam, & ſapientiam habuit, licet dixerit,
Pſal. 21. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me*. Qui Dei amorem habet, perſonam tenet non ſolum Eſter, ſed etiam Reginæ Sabæ; & quid illa egit? è longinquis aduè-
3.Reg.10 nit regionibus *audire ſapientiam Salamonis*, & anima Deum diligens, mille millium millia ambularet, vt ſcintillam gloriæ diuini amoris haberet, vultumq; illius amplecteretur, & oſcularetur. Et ſtatim ac Regina ad conſpectum Regis Salamonis peruenit, quid egit? *defecit ſpiritus eius*: ſtatim ac anima diligens ad Deum hunc peruenit, deficit ei ſpiri-
Mat.12. tus. *Et ecce pluſquam Salamon hic*. De his amoribus quid agendum eſt? Proximi amorem in tenebris veluti librum tenere debeo, vt in eo legam, ac ſtudeam. Deinde verò operari in luce quod ſtudui; die, veluti ſferam tenere debeo. In uacatione tamquam ſpeculum. Nocte tamquam librum in quo paginas euoluere debeo, partim initio, partim in medio, partim vero in fine. Quid mihi cum cum proximis meis, cum ſuperioribus, cum æqualibus, & cum inferioribus faciendum ſit debeo cogitare. Die, veluti ſferam, in qua puncta quædam, cum Pila in qua mundus totus deſignatus eſt, inſpiciuntur. Ego verò in proximo meo non mundi, ſed cæli machinam cernere debeo, ideſt Sanctiſsimæ Trinitatis imaginẽ, Angelis ſimilem, propter participationem puritatis, Beatis etiam ſimilem, quia omnes eodem cibo nutriemur. Quemadmodum in mundo elementa omnia, Plantæ & Creaturæ includuntur, ita in noſtro proximo omnia Chriſti opera propter hominem incluſa ſunt.

4 Tamquam ſpeculum etiam in vacatione tenere debeo, & velut apis trahere à meis proximis mel amoris: & quamuis eorum opera dulcia non ſint, mel tamen compaſsionis elicere debeo; mel inſuper, eo quod omnia illorũ opera, veluti mel, in nobis redundare debent, quod offerendum eſt diuino ſponſo, *cuius os* diſtillat *mel*. A quolibet etiã Cant.4
proximo virtutem attrahere debeo, quia Roſa capienda eſt, ſpina relinquenda. Inſuper veluti ſpeculum, in quo oculos figere debeo, meque ipſam, & Deum etiam cernere. Speculum etiam eſt diuinum Verbum, *ſpeculum ſine macula*. Sap.7.
Ipſius proximi virtus veluti ſpeculum eſſe debet, & veluti vox clamans. Sapientia, ſapientia; & Domino non placet iniquitas. Quid autem mihi diuinus amor eſſe debet, ſi proximi amor eſt mihi ſfera, liber, & ſpeculum? Erit mihi in nocte oculus; in die arbor ſcientiæ boni, & mali; in vocatione dentes ad maſticandum. Ad quid deſeruiunt oculi, notũ eſt; quilibet experitur. Ad diſcernendum nigrum ab albo, colorem vnũ ab alio deſeruiũt: libenter voluitur oculus ad rem amatam. Si cognoſcere velimus an Deum diligamus, inſpiciamus oportet, an oculus noſter in Deo ipſo libenter figatur: penſanda ſunt iuſtorum, & iniuſtorum, electorum, & reproborum merita: Deus in tribus Perſonis, & in eſſentia vnus inſpiciendus eſt; qui tamquã fons totius eſſe, totiuſque bonitatis, propter ſeipſum, & propter ea, quæ crea-

creaturis ſuis communicat, veneratione, & adoratione, gloria, & honore dignus eſt. Quodque magis ardenter cupit, ardentiſſimo amore dignus, quia Deus in ſe ipſo, & propter ſe ipſum adoratur; Sancti verò non propter ſeipſos, ſed propter id, quod Deus in illis poſuit, id eſt gratiam ſuam, & gloriam: & ſolummodo tamquam amici, & familiares, benemeriti Deo: Flores etiam à fructibus; fructuſque domeſtici ab agreſtibus diſcernendi ſunt. Diſcutiendum inſuper quinam ſit animæ cibus, & quinam ſit propter proximi ædificationem, ornatus exterior; Modeſtia enim exterior deuotione debet particulariter ſociari, vt tẽpore ſuo, & conuenienter operetur. Talis ſiquidem virtus, virtus eſt quodammodo virtualis, & non abſolutè, niſi ab intrinſeco oriatur. Ideoque interna indiget prudẽtia, vt eam moderetur, & regat: ſcandalizarentur enim proximi ſi prudentia abeſſet. Animæ fructus domeſtici, diuiniſſima ſunt, & nunquam ſatis laudata beneficia Dei, pura ſua bonitate, puro quæ amore nobis communicata. Agreſtes fructus ſunt opera, à natura non dum bene inclinata, & qualificata; intentione ac peculiari voluntate perfectionis carentia, ſed ſola naturali bonitate patrata. Domeſtici fructus ſũt cogitationes, deſideria, ſanctaque opera, quæ pura, ſimplici, ac recta intentione Deum honorandi efficiuntur; & hæc ſunt Diuinæ Suæ Maieſtatis, & Sponſæ animæ cibus.

5 Audiui diuinum hunc amorem fore in die arborem ſcientiæ boni, & mali, *Eccl. 3.* *Cor ſapientis facile ad ſapientiam inclinatur*: Ita qui ſciẽtiam habet, facile eamdem addiſcit ſcientiam, & naſcitur in eo ſcientificus arbor. Tales ſunt electi, qui fructu iſto, quem in ſe habent, mediante, plurimas in regno Cęlorum, ingentes conſtruunt habitationes, quæ ſunt opera in charitate facta. Vacationis tempore, Diuinus amor pro dentibus ad ruminandum erit mihi. Multa ſunt, quæ diuino hoc amore ruminare debeo; mea, proximique mei opera. Albos eſſe dentes oportet, quia cum ſinceritate, purè & ſimpliciter ruminare debent. O Chatarina ſancta, quantum Deo noſtro cor purum placet, & ſincerum? Sed, vt tu dicebas, cordis puritas, diuina vnione mediante acquiritur; ideo ad illam Verbi fornacem permanere oportet, in qua puriſſima, ſimpliciſſima, ac limpidiſsima redditur: Cantus, qui mihi pro nutrimento eſſe debet, die per charitatem, qui nam eſſe debet? Hic debet eſſe. *Quærite Dominum dum inueniri poteſt*. *Iſaia 55.* *Quærite, quærite*, Iugiter in motu quærendi hunc ſponſum meũ, eſtote, *dum inueniri poteſt*; dum poteſt. *1. Cor. 7.* *Tempus breue eſt*, licet longius ſit, quam ego cuperem. *Dum lucem habetis credite in lucem*; *Ioan. 12.* dum *poteſt*. Quælibet anima ſi hoc cogitaret, non modò pergeret, ſed velociſsime curreret. *Pſa. 118.* *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum*. Pluribus in locis Verbum noſtrum; ſi velociter ambulamus, inuenitur. Etenim Sanctus Ioannes ait, quod *euomit tepidos*. *Apoc. 3.* Eſt ille alius. *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*. *Hier. 48.* Inuenitur in ſepulcro, & mortuus, & reſurgens; viuus, & glorioſus; oculis Beatorum manifeſtus reperitur in Cælo: Viuus, & glorioſus; alienis abſconditus oculis, in Sanctiſsimi Sacramenti ſpeciebus inuenitur. Ad dexteram Patris eſt, tamquam verus Deus, & homo; quemadmodum verè eſt in animabus noſtris, iuxta earumdẽ diſpoſitionem; in his tamquam Sponſus, in alijs tamquam Rex, in illis tamquam Pater, tamquam frater in iſtis, ſecundum Puritatem, & amorem, quæ reperitur in illis. Vſque ad mortem dicere volo, & cantare cantica, quæ me edocuit Chatarina Sancta. *Dominus illuminatio mea*, Nos ad maiorem vitam vocati ſumus, *Eructauit cor meum verbum bonum. Quærite Dominum dum inueniri poteſt*.

CAPVT XVIII.

Videt Spiritum Sanctum in Verbi humanitate quieſcentem, & vna cũ ipſo Verbo omnia operantem.

1 VIdi Spiritum Sãctum aſſiſtentem humanitati Verbi, & ipſe quæ Pſal. 50. fecit, conferet mecum. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me.* Video illum Spiritum Sanctum ſpiritũ puritatis, deſcẽdentẽ, & in Mariã ſeſe infundentem, agitque, ita, ut ipſa propriam carnẽ Verbo conferat; necnon in Verbi humanitate cum tota ſuorum donorum plenitudine, & cum toto ſuarum gratiarum fonte ſeſe infundentem; ex quo deinde ipſum humanatum Verbum in nobis eumdem ſpiritum puritatis ſibi aſſiſtentem cum ſuis donis infundit.

2 O quam dulciter ſpiritus ſpirans in illius candidi, & rubicundi paruuli humanitate quieſcit: quo modo in illius Ieſu mei ſpecioſo corpuſculo quieſcebat, dum ab vberibus, & à ſuæ dulcis Matris Mariæ pectore lac ſugebat, & quam amplam ſedem in illa anima inueniebat, quę à primo inſtanti in quo creata eſt, & unita Verbo, omnibus paradiſi gratijs plena fuit; ita deinde, ò Verbum, cum propter tuam bonitatem, ac liberalitatem à manibus Herodis fugiſti, pergens in Egiptum, ò quam fortiter tunc idem Iſaiæ 19. ſpiritus Diuinus ſpirabat in te, itaut *Omnia Egypti idola, deiceret, frangeretque*, ſimulque ferox, & crudele Hærodis conſilium diſſiparet, qui ut te ſolum occidere, tot neci deſtinauit. Toto itinere tecũ fuit; in Egyptum conduxit; te reduxit in patriam, quam in terris ad habitandum elegiſti, quoaduſque manifeſtares te ipſum mundo. Tecum ſemper toto eo tempore inceſſit, cum ſemper idem ſpiritus tibi, cum ſuorum donorum plenitudine vnitus ſit, ò incarnatum Verbum. Cum deinde ab Egypto regreſſus eſſes, longeque à Matre tua in Ieruſalem tribus diebus remanſiſſes, ò quomodo ſpirabat in te idem ſpiritus, faciens te tanta ſapientia eloquentem, interrogantem, illiſque doctoribus reſpondentem? Duodecim eras annorum tunc, ò Verbum, & quaſi poſt auroram Sol in Paleſtinæ emiſphęrio apparere voluiſti, Diuinæ tuæ ſapiẽtiæ radios vibrans, & oſtendens, quod *In his quæ Patris tui erant, oportebat te eſſe*; Luc. 2. & tanquam in propria domo tua, à Maria, & Ioſeph in templo diſputans inueniri voluiſti. Quid autem dicam videns te, ò Verbum, cum eodem ſpiritu, ſaltus adeo magnos efficere? & quo te conducit ſpiritus iſte diuinus? Ad Iordanis flumen, ad petendum baptiſmum à Ioanne, & cur ò Verbum? ut nos cum eodem ſpiritu in te, & ad te transformares, uniresque: in quo tuo baptiſmate, baptiſmo noſtro dediſti virtutem, ideſt donũ adeo neceſſarium, utile, & proficuũ, ut quodnam maius donum à manibus tuis tunc poterat cõcupiſci, ignorem. Et quid abſque dono iſto eſſemus? Vere eiuſdem Spiritus Sancti, imò totius Sanctiſſimæ Trinitatis donum, ut in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti baptizemur; quo mediante, originale peccatum deleatur, & in adultis præuio dolore etiam actuali; ut dono iſto in Eccleſia tua ingrediamur, & cum ipſo tot gratiæ, tot virtutes, tot dona cęleſtia infunduntur, ut nequeã explicare: Tribuitur cum ipſo pulchra, & candida veſtis puritatis, id eſt gratiæ tuæ. Feciſti inſuper hoc, ab eodem ſpiritu motus, ut aquas ſanctificares, eiſque gratiam primã ſimilem redderes, quam à principio creationis mundi elargitus es, quando ex illis aues, & piſces produxiſti. Et ab his aquis, dilectarum tuarum animarum aues educis, quæ tecum dulciter per contemplationem eleuantur, & vniuntur, & cum Paulo poſſunt dicere, *Noſtra conuerſatio in cęlis eſt*. De piſcibus, Philip. 3. quæ ſunt actiuæ. Quæ, cum aliqua ſiquidem amaritudine, ſed purè pro tuo amore, in aliorum beneficio, ſuos impẽdunt labores; & omnia ad tuam gloriam. Voluiſti inſuper eam nobis reddere innocentiam, in qua nos creaſti: & non ita velociter aqua ſuper capita noſtra deſcendit, quam velociter idem ſpiritus, tuaque gloria ſuper nos aduenit; quemadmo-

Mat. 3. 17. admodum in columbæ ſpecie idem *Spiritus ſuper te venire viſus eſt.*

3 Audiſti etiam melliflua illa Patris tui verba: *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*, quæ, ſi cæcitas, & ignauia noſtra non eſſet, audebo dicere, quod de nobis etiam æternus Pater, enunciare poſſet, recepto ſancto baptiſmate: Nollem, ut hæc arrogantia, vel præſumptio eſſet; conſtituimur tamen ſacro mediante baptiſmate, Dei filij, & deſcendēte in nobis, quemadmodum in te apparuit in columba, eadem tertia perſona, quæ idem eſt, & eſſentialiter duabus alijs unita, deſcendit, & in nobis ſibi complacet tota Sanctiſſima Trinitas. Video te poſtea in eodem ſpiritu, & ab eodem ſpiritu in deſertum vehementiſſime duci, in quo cum Angelis, & beatis commoratus es. Non enim alicuius perſonæ, neque tuæ cariſſimæ, ſanctiſſimæque Matris ſocietatem voluiſti: quia volebas ut homines, qui veluti beſtiæ erāt, tuo auxilio mediāte verterentur in Angelos: tuncque præſentia tua deſertus, paradiſus effectus eſt tantorum Sanctorum Eremitarum fęcundus, qui exemplo tuo, abrenunciato mundo, in deſertis Nitriæ, Thebaidis, & Scitiæ ſeceſſerunt, ibique neſcio an tāquam homines carne præcinti, vel tanquam ſpiritus, ſenſu carentes, propter puritatem cordis, carniſque mūditiem, vixerint. O verè in carne Angeli, cuiuſcumque carnis affectibus priuati, quorum delitiæ, penitentiæ: conuiuia, externa ieiunia: diuitiæ inaudita rerum omnium terrenarū paupertas: Colloquia, cum ſolo Deo: Cōſolationes, ſolummodo vel patiendo pro Deo, vel conuerſando cum Deo, fuerūt. O quis occulta, ſed ſolo Deo manifeſta, quę in ſanctis illis ſolitudinibus fecerūt ſāctiſſimæ illæ animæ, intelligeret: ò quā de ſua tepiditate, ac negligentia, erubeſceret. Quos à malignis ſpiritibus ſuſtinuerunt conflictus, quot glorioſas reportauere victorias? quomodo huic mūdo, ſibique ipſis, ut aiebat Paulus, veraciter crucifixis, & mortificatis, ut ſoli Deo, viuerent? ibi, ò Domine, dulciter ad cor eorum loquebaris, blandiebaris tenerrimè: & quanto longius à mundi delitijs aberant, tanto viciniores Cęlo, ſpiritu videbatur. Sed quo progreſſa, ſū, ò Verbum? A ſpiritu duceris in deſertum in quo adeò fortiter ſpirat, ut ſpiritum adeò tibi oppoſitum faciat ſuperare. Nō autem tantum propter te ſpirat, vireſque ad ſuperandum præbet, quam ut vigorem, vim, virtutemque toti generi humani præſtet, ut eumdem diabolicum ſpiritum, Spiritui Sancto, tibique contrarium, valeat ſuperare.

4 A deſerto, illius ſpiritus hoſtis tui ſuperbia domita, diſcedis; inde, Spiritu Sancto mediante, ſapientiam tuam ſpargere, & eum eodem ſpiritu, creaturarum tuarum ſpiritus, ad te attrahere incipis: cum enim ad imaginem tuam conditi ſimus, ſpiritus adeò nobiles, tuarum gratiarum capaces, te Verbo humanato mediante, ab eodem ſpirante, Diuinoque ſpiritu, trahendi ſumus. At, ò Verbum, ad faciendos ſaltus? & quid video? ecce, deinde quando cępiſti non modo ſapiētiam tuam, ſed etiam potentiam, omnipotētiamque tuam oſtendere, qua creaturam omnem præſentem in admirationem induxiſti, quoque nos etiam, qui eam audimus, & per gratiam tuam credimus, admiramur; qnando, inquam, magnum miraculum traſmutādi aquam in vinum perpatraſti, in quo, qui habebat, & ad præſens punctum luminis habet, cognouit, cognoſcitque mutationē hanc grandem, quam etiam ad præſens in dilectis tuis efficis animabus, quas ad tuum vocas obſequium; cum terrenorum deſideriorum aquam, hoc ſpiritu tuo facis, ut in ſapidiſſimum cęleſtium deſideriorum vinum cōmutent; agiſque ut magnus ille ſeruus tuus inquit, ut guſtata ſpiritus tui ſuauitate, ſtulta videatur, quid ai? imò carnalis omnis, terrenaque conſolatio, nauſeam afferat. Nonne donum tuum eſt hoc? non eſt manus tuæ, tuique ſpiritus bene dignum miraculum? & nō eſt tua mutatio, cum amarum pęnitentiarum, mortificationum, incommodorum, contemptuū, & quod patitur, vel in hac vita amore tui pati poteſt, totū tranſeat, nō dicam ab aqua, ſed à felle, & abſinthio (tuo ſpiritu) in dulciſſimū vinum? itaut quis magis gaudeat

deat patiendo, quam ſolatium recipiendo, magis in nuditate, quam in pompoſis veſtibus; magis in fame, quam in ſatietate? ò vinum corda inebrians, & dilatans; O quis te cognoſceret? Dilatato propter hanc mutationẽ corde, quam facile eſt, in via mandatorum tuorum ambulare? parum dico, propter quod ab alijs valdè anguſtum perfectę obſeruantiæ tuorum conſiliorum iter exiſtimatur
Pſa. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Et quid amplius? Per hanc mutationem, vt ſpiritus noſter in nobis dilatari poſſit, effeciſti; Dilatato enim corde, Spiritus Sanctus dilatari videtur, ampliori, & capaciori vaſo repertο, ad dona ſua, & gratias recipiendum.

5 Inde, ò Verbum, ſpiritu te mouente, & à te mouente, tot ſtupenda miracula facis: vitam mortuis, cæcis viſum, ſurdis auditum præbes: leproſos mũdas, omneſque tandem infirmitates ſanas. Et quod maius eſt propter contrarietatem, inter te, & peccatum, animas prius à te rebelles, ac longinquas ad te conuertis; prius tamen à malis vitijs, peccatiſque, auertis; cumque à vijs ipſorũ malis, eodem mouente ſpiritu, ſe auerterint, ad te proprium ipſorum finem, & obiectum, conuertuntur, & in te totaliter ſiſtunt; eaſque deinde ſpiritu tuo in te traſformas, itaut, quaſi, quod prius in ſe erant, non agnoſcant, adeo ut, cum ſis tu totus per quamdam participationem in ipſis, ipſæque per amorem in te traſfuſæ, te-
1. Cor. 6. cum vnus ſpiritus fiant; *Et qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum illo.* O Verbi magnitudo, ò creaturæ priuilegium, ò huius ſpiritus inexplicabilis gratia: ſi cognoſceretur, certè quilibet admiraretur, tibique adhæreret.

6 Video te poſtea eodem ſpiritu ſpirante, ac mouente, vitam mortuis reddẽtem. Planè iuſtum erat, ut cum ſis eadem vita mortuos viuificares, & ut ſpiritus qui omnia viuificauit à principio, iterũ creaturas ſuas viuificaret. ſi autem adeò difficile eſt ſanare, & infirmitates auferre, quæ corpora iacere faciunt mortua, qui maior erit labor auferre peccata, in ijſdemque peccatis mortuas viuificare animas? ſed quid? ego etiam eumdem video ſpiritum, veluti volantem Aquilã, aſſumere ſuper ſe animas peccatis emortuas, ſuoque ſpiramine ad vitam momento reuocare, gratiam, quæ vera eſt, & vnica animarum vita, in illis infundẽdo. Surdis auditum, præbebas, ò Verbum, qui nihil audiunt nihil comprehẽdunt, & non audientes, loqui minime, poſſunt. Ex quo autem prouenit, ita ſurdos eſſe, ac mutos, niſi quia à maligno immundoque ſpiritu poſſidentur? ideoque liberari nequeunt, niſi mediãte hoc puritatis ſpiritu, *Digitus dextræ Dei*, nun- Eccleſia
cupato, *Dexteræ Dei tu digitus*, quem ad eos expellendos applicas, tu Verbũ, vndè tu dicis. *Si in digito Dei eijcio dæmonia.* Luc. 11.
Hæ enim ſunt animæ à peccato poſſeſſæ: & quid peccato ipſo ſordidius eſt? Peccatum eſt enim cauſa, ut anima vocem tuam non audiat, & non audiendo, tui capax eſſe non poteſt, cum ad te per fidei ianuam ingredi neceſſe ſit; *Fides ex* Rom. 10.
auditu: Auditus autem per verbum Dei. Et quis loquitur nobis, niſi ſpiritus tuus, vel tuarum ſcripturarum, vel chriſtorum tuorum ore? aut quicumque de te, aut cum ſpiritu tuo loquitur? ita eſt: etenim audientes, tui capaces reddimur, tuo verbo mediante. Non tamen propter hoc, ſi te appræhendimus, comprahendimus; quia non niſi à teipſo potes comprahẽdi. Inſuper hoc ſpiritu mediante nos capaces efficis illius puritatis, quæ ſalutari aqua mundat, purificatq; animas à peccato; vnde hanc ipſam aquam tuam trahendo, illas purificas. Et vnde ſpiritus aquam hanc trahit, ò Verbum? O, trahit à Patris fonte; quia ab eius ſinu proceſdit, ab illo inquam viuo fonte, quem in ſinu ipſo habet. O Verbum, quam dulciter, abundanterque, aqua illa à Patris tui ſinu deſcendit? Deorſum deſcendit, deorſum deſcendit per canales Sacramẽtorum, indulgentiarum, totque aliorum auxiliorum, quæ in Eccleſia tua reliquiſti. Et idem ſpiritns eam ſuper iuſtos diffundit, vt ſpecioſos reddat; ſuper peccatores, ut eos mundet: & ſuper purgatorij pauperculas animas, ut eas reſtauret, & conſoletur, vndè omnes purificatæ remanent.

7 Præcipis poſt modum ſpiritui immundo,

mundo, & ab animabus à peccato poſ-
Matt. 9. fis diſcedat: & inquis, *O ſurde, & mute ſpiritus exi ab eis, diſcede ab eis, ò immunde ſpiritus*: vnde illæ à peccati ſurditate, ac ſorde liberæ, non ſolum tua audiunt verba, ſed etiam penetrant intentionem eius, quod vis, vt faciant cum pœnitentia, in ſodisfationem præteritarum culparum, audiuntque te in corde dicentē,
Iſaie 1. *Lauamini mundi eſtote*. Lacrimis, ab ea ſorde, à malis habitibus præteritis remanente, lauantur, prout que poſſunt, diuinæ iuſtitiæ tuæ ſatisfaciunt. Et ita mediante purificatione illa, prius ab ipſo à te mouente ſpiritu facta, qua peccatum ſuum cognoſcunt, ipſæ auditum recuperant, tuamque exequuntur voluntatem. Itaque ſi prius purificatio hæc nō non fieret, ſi prius prima tua gratia diſponente, ac præparante, eos non moueres, audire nequaquam poſſent. Quod adeo neceſſarium eſt.

8 Reddis etiā inſuper loquelam mutis: Et quomodo muti ſunt? ò Verbum. Muti ſunt ſiquidem ad confeſſionem tuā, ad laudem tuam; Ad blaſphemias verò, ad detractiones, ad murmurationem nō modo vnam habent linguam, ſed mille, & mille linguas: Ad te benedicendum, glorificandum, & gratias agendum, muti ſunt totaliter, linguaque carētes. Quid aut hic agere oportet? vt talis reddatur loquela, eūdem ſpiritum ſufflare oportet, quemadmodum tu feciſti, ò Verbū; hac tamen conditione, vt prius ipſi os aperiant, velintque, vt talem poſſint re-
Pſa. 118. cipere inſufflationem, *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum*, & alibi. *Domine labia*
Pſal. 50. *mea aperies*, quid ſequitur? *Et os meum annunciabit laudem tuam*. Eo quod ſpiri-
Eccl. 15. tu tuo inſuflaueris. *O quam ſpecioſa eſt laus tua, in ore tuorum electorum?* E contra verò nec ſpecioſa, nec pulchra eſt laus tua in ore peccatorū. Quam vim habet hæc tuæ laudis loquela? Sic dicā, quod Sanctiſſimæ Trinitatis magis intimum penetrat, mittitque ad nos deorſum totum, quod volumus; itaut ſi Deus effici volimus, dico per participationem, & gratiæ vnionem, ipſa nos efficit.

9 Facis etiam inſuper, ò Verbū, Claudos ambulare. O quot, ò quot ſunt Claudi: qui de fide dubitat, qui potentiam timet, qui de bonitate ſe reddit incertus. O quæ ignauia. Hic autem oportet, vt ſpiritus tuus ſeſe deorſum inclinet, nec eſſe ſuum, quod ſummæ bonitatis, infinitæ potentiæ, & incōpræhenſibilis veritatis eſt, conſideret. Alij inſuper Claudi ſunt, qui ſic, non ab alijs, quam à ſpiritu tuo, & ab his, qui ab ipſo ſpiritu illuminati ſunt, cognoſcuntur. Quidam ſunt qui longum vnum ſuperbiæ pedem de ſe præſumentes habent, alterum vero tui, ipſorumque veræ cognitionis valdè contractum, & ita claudicant. Quantum pes iſte ita longus nocet? *Non veniat mi-* Pſal. 35.
hi pes ſuperbia, aiebat, homo ille, *ſecundum cor tuum*; Ideoque in via ſpirituali tot claudicant, eo quod non ſuccidant hunc pedem, quo carere, ſecurius eſt ad ambulandum, quam habere. Pes iſte facit, ut ex quolibet proximi defectu ſcandalizemur, quia reſpectu noſtri, cuncti nobis videntur imperfecti. Hic neque ferre, neque compati facit paruulas ſororum imperfectiones, ſemperque vel noſipſos conturbat, vel cum alijs pacem aufert, imò in habitaculis tuis milie facit ſeminare diſcordias.

CAPVT XIX.

Eamdem proſequitur intelligentiā de Spirito Sancto, Verbi humanitatem, ad omnia opera conducente.

1 O Verbum, ò Verbum. Spiritus Verbū incarnatum in ipſo trāſformans conducit, & quo conducit? vſq; ad relinquendum ſeipſum creaturæ ſuæ conducit, ideſt corpus, & ſanguinem ſuum in cibum, & potum. Et quouſque? O Deus, & quouſque? Quid autē? ipſa Veritas ex ſeipſa hoc dicit, *Vſque ad con-* Mat. 28.
ſumationem ſeculi, ut creatura ipſa poſſit, eum non ſemel, non; non per ſingulos annos, non; nō per ſingulos menſes, nō; non pro qualibet hebdommada, non; ſed quotidie, quolibet mane, recipere, quoties vult, poteſt in ſe habere, & cum

eo ad beneplacitum ſuum permanere. O magna Sponſi mei Verbi bonitas; O miſera, & miſerabilis ego, quæ tantam habeo copiam, paruum adeo fructum. Sed infelicior eſt, qui donum hoc cognoſcit, nec eo priuari ad annos plurimos dolet, vel qui in mortali peccato eum recipit, &
1.Cor.11. ille panis vitæ, fit alijs cibus mortis, *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit*. Pro animabus his te rogo Domine; ne earum demerita, ſed bonitatem tuam reſpicias; conuertat eas ſpiritus tuus, vt maximum, quod ſibi, tuæque bonitati particulariter inferunt malum, recognoſcant: ſed hos relinquo, & ad familiares habitaculi tui loquor, & de qualibet harum animarum hoc Sacrmẽtum recipientium, vt dicitur de Maria, dici poteſt, quia quem Cęli capere non poterant tuo gremio contuliſti, cum valdè ſimilis Mariæ ipſa efficiatur. Vnde ſicuti à Ioanne viſa eſt, & à me, Maria creditur, *Sole veſtita*, ita hæc anima quæ in ſe recipit te, Sole, qui tu ipſe es, veſtitur.
Apoc.12. *Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter*; Audebo inſuper dicere, de tuæ viſionis Sole, tanquam per nebulam, per quamdam tuæ diuinæ claritatis participationẽ: etenim ſi ipſa anima vult, ei etiam in mundo occaſionem præbes, ut poſſit quodammodo tuam penetrare viſionem, non quemadmodum Beati in Cęlo, non, ſed vt à tuis magis dilectis animabus ſolet in terris, certa quadam claritate, quam exprimere nequeo, luce quadam, quam ſolummodo qui dat, & qui eam recipit explicare poteſt, nec alius, niſi qui exſperitur, intelligit. Hæc autem non eſt ordinaria gratia, ſed donum quodam, gratia ipſius communicatũ, hoc, inquam, eſt donum communicatũ, veluti gratia gratis data. Et ſicuti Maria, ſtellis coronata erat, ita ſponſæ tuæ feruentes ſtellis coronantur. Stellis: & quænã ſunt hæ ſtellæ? ſpecialia auxilia, Angelicorum ſpirituum. Qui diligunt, ſibique adeo de tuarum ſponſarum puritate complacent, quippe quæ ipſis aſſimilantur; ſiquidem multo magis in Empireo Cęlo Seraphim ſplendẽt, quam in noſtro Cęlo ſtellæ lucidæ: qui Seraphim, peculiari ſua paradiſi protectione, ſponſis tuis coronam componunt; ſi verò harum ſtellarum radios vis, ipſi habent alas, quia ad eas adiuuandas, ſubleuandas, & inflammãdas promptiſſimi ſunt: Alæ etenim illæ tot ardentiſſimæ amoris flãmæ mihi videntur, quibus cuncti ardent, & Seraphim nuncupantur, vellentque eos in tuarum ſponſarũ cordibus inſerere, itaut omnes, amoris flammæ redderentur, & cũ puritate ſubleuarẽtur ad te. At ignauia, qua ad Sacramentum accedimus, in cauſa eſt, vt nos eodem Sole nequaquam induamur.

2 Lunam etiam ſub pedibus habebat Maria; & quid aliud eſt, huic, aliiſque ſponſis tuis Lunam ſub pedibus ponere, niſi amore tuo, non modo omnes mundi magnitudines, ſi offerrentur, ſed etiam cunctas animæ conſolationes, quamuis ſpirituales, refutare? & ita, te volente, omnia dona tua, omneſque gratias à te receptas: nequaquam in ipſis, quantum ad dulce, & ſuaue ab ipſis receptum, ſiſtendo: volentes, ſi ita tibi placet, omni gratiæ tuæ ſenſibili conſolatione priuari, tibi configi, ac in tua Cruce derelinqui: vndè dicere poſſint, quemadmodũ Patri tuo, quo ad inferiorem partem, dixiſti, *Vt quid dereliquiſti me*? Dũ- Pſal.21.
modo ſolum in donatore perſiſtant, & non in donis; ſcit hoc, qui guſtat, nunc omnia alia dona, gratiaſque ſub pedibus ponens, nequaquam in ipſis, ſed in Donatore perſiſtens. Superbia eamdẽ contemnit coronam, eo quod alterius auxilio non indigere exiſtimet. Vana gloria nõ iam Lunã ſub pedibus tenet, eo quod in donis, gratijſque receptis, non in earum Donatore perſiſtat. Cum autẽ euiſceratum hunc amorem oſtenderes, erat, ibi traditor Iudas. Nunc verò ad ſuperius dicta redeo. Vtinam nunc non eſſet, ſicut eſt, quod multi, pauloinus quam ipſe Iudas, accedũt. Vtinam non eſſent, ſicut hodie ex his Iudis ſunt. *O, cum per-* Pſal.17.
uerſo peruerteris, hodie dici poteſt. Creatura non eſt, nec erit, quæ ad plenum valeat penetrare, quam gratum ſit Sanctiſſimæ Trinitati ad hoc Sanctiſſimum Sacramentum cum præparatione, ac diſpoſitione accedere: è contra verò quam nauſeet illos, qui abſque præparatione, & di-

& diſpoſitionè accedunt. Quælibet pęna
eſſet mihi gloria; dummodo tanta in cō-
ſideratio, multorūque vſitata ignauia ad
te veniendi tolleretur.

3 Inſuper, incarnatum Verbum, idem
ſpiritus, ad tantæ humilitatis vallem, ad-
ducit, vt lauet pedes diſcipulorum ſuo-
rum. O quomodo Sponſus, etiā ſponſam
Ioan. 13. ſuam ſecum non conducet? *Exemplum*
enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci,
ita & vos faciatis. Etiam idem ſpiritus
incarnatum Verbum conducit. Et quo?
& ad quid faciendum conducit? O, ad
dulce ſuaueque colloquium cum ſuis di-
lectis Apoſtolis faciendum, in quo tot
contulit theſauros, vt vnum ſolum ver-
bum, omnem Seraphycum, vel Cheru-
bicum intellectum in admirationem in-
Ioan. 15. ducat. *Ego ſum vitis, & vos palmites, qui*
manet in me, & ego in eo, hic fert fructum
multum. O bene: qui manet in te Verbū,
fert fructum multum, & conſequenter,
qui non manet in te, nullum fructum af-
fert. Palmes autem in vite permanens,
ac perſeuerans, fit etiam ipſe deinde vi-
tis, ideſt fert etiam ipſe fructus, ipſique
alii propter exemplum, & inſtructionem
iunguntur, tūc vel maximè, cum ſub ter-
ra poſitus fuerit. Ita ſponſa ſeſe annihi-
lans, ſimulque cum Spōſo ſuo, in terram
ſe contrahens, vitis redditur fructifera,
cui nihil deeſt, vt vinum ſuauiſſimum ori
illius præbeat. Vnius huius vitis torcu-
lar eſt, honoris tui, ſalutiſque proximo-
rum deſiderium, in quo torculari, ſtrin-
gendo, foras emittit vinum, quod Spon-
ſum enebriat, & lætificat ſpōſam; Crea-
turarum corda calefacit, & lætificat An-
Pſa. 103. gelos, *Et vinum lætificat cor hominis*. Tā-
ta vero eſt expreſſi huius vini abundan-
tia, vt ſponſa ad eum reponendum vaſa
nō habeat, quantò enim plus guſtat, plus
in ſe retinet; itaque ſic impletur, vt po-
ſtea verbis, geſtiſque exterioribus foras
cogatur emittere; aliis, quod intus ha-
bet, eructando; Quid autem agit Spon-
ſus, ne in vacuum effundatur? ſponſæ lo-
cūm, ad eum reponendum tradit, & qui-
nam eſt? Vas illi præbet pretioſū, & ma-
gnum; hoc autem cor ſuum eſt; Sponſi
cor, hoc vas eſt; cognoſcit enim vinum
eſſe adeo potens, quod omne aliud fran-
geret vas; cum autem anima hic perue-
nerit, oportet vt omnia quæ in ſe habe-
bet relinquat, omne honoris Dei, ſalu-
tiſque proximorum deſiderium, & tan-
tummodo tota, & totaliter relaxetur in
Deum: deſiderium enim honoris Dei,
ſalutiſque proximorum, pęnantem ni-
mium redderet ſponſam illā, non conſe-
quendo ſalutem, conſequendo autem
glorioſa redderetur, cum ſemper boni
reperientur, & mali; Ideoque in hac re-
laxatione ad alios præter Deum cogita-
re non poteſt, procul omni alio deſide-
rio, pro tunc, quàm vnionis cum illo; imò
neque hoc cognoſcit deſiderium, ſed ſo-
lum ſeſe vnit, & gaudet, neſcitque gau-
dere, nec vbi maneat ſcit, nec quomo-
do maneat aduertit, quia ad nihilum, nec
ad ſuum velle, nec ad ſeipſam cogitatio
eius reflectit, nec aliquid propter Deū,
præter Deum. Sed hæc non niſi qui ſen-
tit, intelligit.

4 Conducit inſuper hic ſpiritus in-
carnatum Verbum ad orationem. Heu
magna eſſet ignorātia mea, ſi quod Ver-
bum incarnatū fecit; poſſe cognoſcere,
penetrare, & guſtare, exiſtimarem. Te-
cum aſſumpſiſti, ò Verbum, repræſenta-
tionem quamdam, & figuram Sanctiſſi-
mæ Trinitatis, tres illos ducēdo Apoſto-
los; eaque verba dicendo, *Triſtis eſt ani-* Mat. 26.
ma mea, vſque ad mortem, oſtendiſti eis,
quod tribus diuinis perſonis manifeſta-
bas, effectus, inquam, tuæ humanitatis;
inſuper in ea, ſpiritus tui, trementi, & ti-
menti turbatione, teipſum hominē prop-
ter hominem oſtendiſti. At, ò Verbum,
quare ita ſpiritum tuum turbari permi-
ſiſti? quia anguſtiā illam pro nobis ferre
volebas. Et in horto effudiſti, tanquam
copioſi ſanguinis arrham, quem in Cru-
ce effundere, nō alijs tormentis, nec tor-
toribus, quam ſpiritus, amoriſque tui, de-
bueras. Totum verum eſt; propter hoc
effeciſti. Sed etiàm pro noſtra conforta-
tione, ò amor, effeciſti. Vt ſpiritus noſter,
à ſua turbatione, ex eo aliquando pro-
ueniente, quod ſpiritum tuum amiſiſſe
cogitemus, minimè turbaretur. Illa poſ-
modum verba ad Patrem tuum, orando
dixiſti, *Non mea, ſed tua voluntas fiat*, to- Luc. 22.
tum propter creaturas. Erat forſan in te,

Digitized by Google

ranquam Deo, æqualitas inæqualis ad Patre, vt diceres, fiat tua, & non mea voluntas? haud certe. Et ita ſanctificata, & deificata tua humanitas, nec ad punctũ à diuina uoluntate elongari potuerat, nec animæ tuæ ſuperior pars, cũ Beata eſſet, pęnam pati poterat; nequaquam: ſolum in inferiori parte pati voluiſti, & in hac, vt propter noſtrũ amorem, pęnas, tormẽtaque patereris. Vel, ſi tamen tibi placuit, vt paulului etiam illius deificationis, & ſatisfactionis affectus, per quem uoluntas tua uoluntati Patris, haud conformari non poterat, in ſuperiori parte minime redũdaret: Cõtradictionemque noſtram, qua ſemper, uitio noſtro, diuinæ uoluntati tam oppoſiti ſumus, pro breui illo tempore aſſumendo, tamquam aduocatus noſter; imo tamquam qui pro nobis ſoluebat, contradictionem noſtram aſſumpſiſti, vt eandem tuam ſanctificationem, deificationemq; ideſt conformitatem cum uoluntate Patris, ſumere poſſimus, & per eamdem in noſtris contradictionibus, & turbationibus confortari: Quam ſanctificationem, & deificationem tuam, vt ita dicam, propter meritum illius pugnæ in horto collatam, obrinemus etiam ex parte noſtra, propter vim, quam nobis ipſis, gratia tua, inferre debemus: Ita ſiquidem nos uincentes, totaliter poſtea nos in tua uoluntate relaxamus. Tribus uicibus hoc reiteraſti; ita: quia nos multoties, ad faciendas noſtras uoluntates, à Patris uoluntate adeo remotas, redimus. Tibi, ò Verbum, ſemel dicere ſufficiebat, *fiat voluntas tua*, eo quod ſtatim Patri uoluntati cõformis erat: quia uerò nos, licet uoluntatem noſtram tibi in oratione remittamus, nihilominus ſæpe ſæpius per fragilitatem noſtram, ad eam iterum faciẽdam redimus, eamque reaſſumimus, neceſſe eſt, huius noſtrę uoluntatis in te multoties relaxationem facere. Tu ſiquidem de hoc exemplum præbere uoluiſti, multoties redeundo, & in manibus Patris tuam reponẽdo, & propter hoc etiam vt poſſimus, hoc efficere, fortitudinem tribuiſti. Quoties enim noſtram abnegamus, & captiuamus uoluntatem, gratiam, vt ſic dicã,

& fauorẽ vnius ex tribus perſonis Sanctiſſimæ Trinitatis acquirimus; & noſtra multiplicata abnegatione per plures vices, cum non ſint niſi tres perſonæ, & unus in eſſentia Deus, gratias, operationeſque eiuſdem Trinitatis infinitas recipimus.

5 Voluiſti deinde, ò Verbum, ab Angelo conſolari, tu qui creaturarum omnium conſolator eras, & gloria Angelorum: & cur hoc feciſti, ò Verbũ amor? vt nos in tribulationibus, & anguſtijs noſtris, tuorum Angelorum conſolationes, in terra, acceptare vellemus; & à Chriſtis tuis, qui ipſorum monitis, ſanctiſque uerbis nos reſtaurant, & ſic refrigerium aliquod habere; ſecus, quamplures, nullam voluiſſent in tribulationibus conſolationem acceptare, niſi à te exemplum habuiſſent, ò Verbum. Et ego ex his vna fuiſſem, quæ nullam extra te, conſolationem acceptarem, nec à creaturis, non ab Angelis, aut Sãctis, nec ab aliqua re, quæcumque eſſet. Poſtquam vero vidimus, te Verbum voluiſſe propter nos conſolari, nos etiam conſolari permittimus, & ab Angelis, & à Chriſtis tuis, & ad noſtram confortationem, à creaturis tuis. Certum ſiquidem eſt, quod nulla creatura, verè in te transformata conſolationem aliquam recipere voluiſſet, ſi tu Verbum conſolari minime voluiſſes; & inſuper vt ſi in noſtris tribulationibus verbum aliquod foras emitteremus, licet melius eſſet, maiorq; perfectio, illud non proferre, quando tamen proferremus, nequaquam deinde cõfũderemur. Proferre poſtea verba illa voluiſti: *Transeat à me calix iſte*, tum vt aliquantulum humanitatẽ tuam, quę propter noſtrum amorem in magna illa anguſtia, & angonia poſita erat, confortares; tum etiam, & magis, ad confortationem, & redemptionem noſtram.

6 Sed ſanguineum etiam ſudorem emittere voluiſti, ò æternum Verbum. Emiſiſti ſudorem, propter angoniam ſiquidem, ſed magis vt nobis dares exemplum, vt non in deſiderijs boniſque voluntatibus ſolum perſiſtamus, ſed vt in operationibus progrediamur: ſi enim in te, opera poſt deſiderium ſequi non

ui-

vidiſſemus, ſola bona deſideria ſufficere abſque operibus putauiſſemus. Sed non ſufficiunt, non; quia deſiderijs nudis, & inefficacibus plenus eſt: deſiderantium, & operantium ſimul. Tria ſunt, quæ nos ad operandum mouere debent. Dei honor, ſalus noſtra, & condemnatio, & horror cuiuſcumque mendacij.

Tertio ad Apoſtolos rediſti, vt nos (veh autem ijs, qui hoc non faciunt) vt nos, inquam, ad conſiderandum principium noſtrum, quodque nos mouet ad hanc, vel illam operationem faciendam. Inſpicere etiam debemus eiuſdem operationis finem, qui in omni re noſtra cõuertatur ad Deum. Sponte proditori abuiam ire voluiſti, vt oſtenderes, libenter nos debere contendere ad patiendũ propter tuum honorem, vitamque dare pro proximis noſtris, te propter te relinquendo, & in te omnes nos relaxando: ſed pauci ſunt, qui ad hanc perfectionẽ ſe conducunt.

7 Te etiam conducit hic ſpiritus, & quò te conducit? væ mihi, Sponſum conducit, vt capiatur: conducit vt ligetur ille, qui omnia ligat, datque auctoritatem vt nos, à peccatis noſtris ſoluamur. Capitur etiam, & à ſuis hoſtibus ligatur, vt (niſi velimus) capi, & ligari à noſtris infernalibus hoſtibus non poſſimus. O Verbum, defendi à generoſo diſcipulo tuo noluiſti, & ſuper iniquos illos iuſtitiam exequi, prout conueniens videbatur, paratæque erant mille Angelorum legiones ad tuum obſequium, & defenſionem expeditæ, vt exemplum ſponſæ tuæ omnem vindictam remittẽdi, præberes: Petrum vero reprehendiſti, vt oſtenderes, quod, cum etiam ratio noſtra, bonum putaret vindictam omnẽ exequi, licet aliquando defenſio neceſſaria ſit, tunc nihilominus, ita expedire cognoſcentes, quantum ex nobis eſt, hoſtibus noſtris offenſas contra nos permittamus, defenſionem noſtram in tuis manibus, propter amorem tuum reponentes. In manibus ligari ab hoſtibus tuis voluiſti, vt animum reſumamus ad manus tuas, tuique Patris ligandas, ne amplius iuſtitiam ſuper peccatores immittat. Væ, væ autem, ſi non eſſet, qui manus iſtas ligaret.

8 Permiſiſti etiam à Iuda proditore oſculari, vt fiduciam veniendi ad vnionem tuam habeamus, pœnitentes, qui prius proditores, vt Iudas, fueramus. Fiducia hæc illis neceſſaria erat, qui peccatis ſuis te non ſemel, ſed millies prodiderunt: Dæmõ enim ſuperbia, & ignorantia quadam ſub pallio humilitatis longe à te eos retinuiſſet; & ſub ſpecie quod eſſent indigni approximare ad te, nunquam ad hanc vnionem, quam nobiſcũ cupis, perueniſſent. Vnde propter hoc proditorem vocas amicũ, eo quod cupias, vt proditores, amici tui euadant. Nec oſtendis, quod proditores fuerint, dummodo pœnitentes, & contriti, ad tuũ oſculum veniant: Ac ita benignitatem tuam aſpicientes, eo quod à proditore iam tuo electo, & Apoſtolo oſculari permiſeris, cæcitatem, & ignauiam ſub humilitatis virtute abſconditam reliquerunt. Oſtendere inſuper voluiſti potentiam tuam in deiciendis ad terram militibus, qui ad te capiendum venerant; vt Sponſam tuam doceres, aliquando dona, gratiaſque tuas manifeſtare expediens eſſe; manifeſtare, inquam, virtutem quam propter bonitatem tuam in ſe habet, eorum ignorantiam cognitam faciendo, ne propter nimiam ſecuritatem ad tuam venirent offenſam. Surgere etiã eos feciſti, vt miſericors quidem, ſed vt nos etiam quando animam in peccato lapſam aſpicimus, eam ſubleuare curemus, eique parcamus quando ſeſe humilians, proſternit in terram, ſuum recognoſcens errorem; quemadmodum ipſe Deus nunc nobis parcit, quoties humiliando nos ipſos, noſtrum cognoſcimus, & cõfitemur errorem, imò inquit, quod quoties peccator ſeſe pœnitet, *omnium iniquitatum ſuarum non recordabor*. *Ezech.18*

9 Spiritus etiam mouens te mouet, & auolare te facit, vt non ab alijs tractus, ſed voluntate tua; ſecus, quis te conduxiſſet, quò nolebas? Vnde ille te fecit conducere, tu vero ad Annam adduci permiſiſti. Et cur ò Verbum, te conducere permiſiſti? vt opus noſtræ redemptionis ad finem conduceres. Etiam, etiam; & inſuper vt nos ad te conduceres,

res, eo modo, quo tibi, non autem modo quo nobis placet, vel per deſideria, & opera; vel per tribulationem, famem, & paupertatem, vel per quamlibet creaturam, ne, vt plures faciunt, faciamus, qui tibi ſeruire eligunt, ſed pro ipſorum placito: licet enim dæmon aliquod nos, ad te conduceret, ſcientes hanc eſſe voluntatem tuam, ſinere debemus, vt ab illo ducamur; nec viam per quam ducimur reſpicere oportet, dummodo verè ducamur, & nos conducamus ad te.

Ducitur ad Caipham. Hic verberaris, & ſiles: vt ſpōſæ tuæ oſtēderes, quod, cum offenderetur, de acceptis offenſis, propter amorem tuum gloriaretur, vt ait
Rom. 5. Apoſtolus Sanctus Paulus. *Nam & gloriamur in tribulationibus.* Etiam tacuiſti, quia, vt ſcriptura ait; non eſt bonum, ſer-
Eccl. 32. monem effundere, & ſpargere, *vbi non eſt auditus*, vbi, qui libenter audiat, non eſt. O quot, ò quot verbis tuis redduntur indigni, quibus donum cōſilij ipſius Spiritus Sancti opus eſt, vt valeant rectius conſiderare, ac ponderare, quando bonum eſt loqui, & tacere; proferre verbum, vel in ſe retinere. O ſi prædilectæ tuæ prudentiores eſſent in loquendo, ò quanto magis proximos adiuuarent. Inde, ò Spiritus mouens, idē Verbum ad alium Iudicem conduxiſti, & cur, iuiſti ò Verbum? vt in bono opere nequaquam ſiſtere, ſed ſemper de virtute in virtute proficere diſceremus. Et hic, quid in te fecerunt, ò Verbum?

CAPVT XX.

Eandem reaſſumit intelligentiam, de Spiritu Sancto, Chriſtum ad patiendum, & reſurgendum conducente.

1 PRogreditur Verbum, & ad Herodem ducitur, qui eum videre gaudet, & alba veſte induit. Dic, ò Verbum, cur alba tunica veſtiri voluiſti? vt tua cognoſceretur innocentia? etiam. Totum uerū eſt. Sed multo magis quia ſponſam tuam ueſte ipſa puritatis, quæ in corde ipſius ſponſæ magnum generat gaudium, induere uolebas. Vnde in obſequium tuum uelociter currendo, ad te conducitur; & propter gaudiū, quod tu de illa habes, illa uero de te, iterum eam totam albenti ueſte induis. Vnde autem, ò Verbum, ueſtem hanc, quam ſponſæ tuæ præbere uis, educis? cum Herodes ueſtem hanc re induere fecit, eam non ab honorabili loco, ſed caſu cam ſumpſit, & ad tui contemptum, & contumeliam tradidit; ueſtem autem, quam ſponſæ tuæ præbere uis, à digniſſimo, honorabilique loco deſumis, ideſt à tuo latere, eamque illi tribuis, ut honoretur, magiſque grata reddatur; ut autem candidior, ſplendidiorque fiat, ſanguine tuo dealbas, emundas, & nitere facis. Hæc eſt electorum tuorum ueſtis. *Et dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni*, nec alibi mundari, ac dealbari poteſt. Apoc. 7. Aliud inſuper præbes donum. Pro fune enim qua ligatus fuiſti, pulcherrimā præbes ſtolam; hæc eſt complacentia, quam de tua diuinitate, de animæ tuæ fruitione, & de diuinitatis viſione habet. Vnde anima tua in iſtanti, quo formata eſt, corporique unita fuit, in parte ſuperiori fuit perfectè beata, ſicuti nunc in Cęlo eſt; Propter quam complacentiā, neſcio quid participet, videturque gloria tua veſtiri, & circundari; totum autem per gratiam tuam, vnde tota iucunditate, ac gaudio plena, fruitur imperfectè in hac vita, quod perfectè, & aliter, quod ego neſcio, in paradiſo gaudebit, & in æternum perfruetur. Ab hac lucida ſtola aliud ipſa acquirit bonum, nimirum animæ dignitatem cognoſcit: ſtola enim hæc prætioſiſſimis ornata eſt gemmis, quæ ſunt ſecreta iudicia, de magnitudine, ac dignitate animæ, ipſi aliquando à te manifeſtata, vt eam teneat, ſeruetque in ea, quam tibi placet, puritate. Has verò gemmas tunc ei oſtendis, cum ueſtem hanc, qua eam induis, oſtendere tibi complaces; licet enim ipſa proſpiceret, videre tamen ſine beneplacito tuo haud poteſt. Age; etiam ſponſa, Verbo ſponſo ſuo veſtimentum facit, & ueſte etiam alba induere vult, ſciens ipſum *inter lilia* Cant. 4.
de-

delectari. Et quodnam erit veſtimentū hoc, quod ſponſa Sponſo ſuo faciet? O, erit, eumdem Sponſum ſibi ipſi offerre, & hoc digniſſimum erit veſtimentum. Quia vero conuenit, ut etiā ſponſa partē ſui aliquā habeat, ipſa in eodē corde, cor, animāq; ſuam offert. Quo autē hæc purior erit, eò ipſi gratior; & quo magis cor mundum, eo veſtis ſpecioſior, ac delectabilior erit.

2 Inde ad Pilatum rediiſti, vt nobis præberes exemplum, ne, cum eleuamur, & deijcimur, confundamur. Hic verò, ò Verbum, toties, interrogatus, raro reſpondiſti. Quid dicis, quid reſpondes, ò Verbum? væ mihi, reſpondes, quod ego reſpondere deberem, confeſſionē, quam facere deberē ego, omneſq; ſponſæ tuæ, Ioan. 18. & cunctæ etiam creaturæ tuæ. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Væ, væ autem illis, qui regnū ſuum in hoc mundo exiſtimant. qui aliud non curant, quam aurum, & argentum cumulare, abeuntque poſt facultates, quæ nihil aliud ſunt, quā terræ parum, damnantque animas ſuas, pro ipſa parua terra, & tamen in terram ibunt; Tua autem ſponſa haud vult regnum ſuum eſſe in hoc mundo, ſed te Verbum vult eſſe regnum ſuum. Veniſſe dixiſti, *vt teſtimonium redderes veritati*, ò quam manifeſtari deberet veritas hęc? Qui veritatem hanc non manifeſtat, fidem non habere dicam, eo quod ipſe tu, Veritas ipſa ſis, qui etiam es fidei noſtræ obiectum: & fides noſtra donum tuum eſt.

Conduxit poſtea Verbum idem ſpiritus in carcerem: & etiam tu Verbū ſponſam conducis in carcerem. Ad quem autem carcerem? Ad carcerem adeo ſecretum, vt à paucis intelligatur, in quo idem Sponſus adeo fortiter eam ligatam tenet, ut nequeat, niſi ingrata ſit, egredi; nec alius illam, quam tu Verbum, educere valet. Hæc autem eſt quædam tantæ gratiæ plenitudo, ut etiam ſi dæmones, cunctæque creaturæ illam educere omni adhibita vi, conarentur, nec eam educere, nec ad lapſum propellere poterunt: adeò fortiter ligata tecū eſt, & mancipata.

3 Idem ſpiritus poſtea te Verbū conducit, ut populo oſtendaris, vt ſponſam tuam in conſpectu Sanctiſſimæ Trinitatis tibi ipſi oſtendere poſſis, valeaſque dicere. *Hæc eſt, in qua dolus non eſt*, quemadmodum Pilatus coram populo confeſſus eſt *cauſam mortis in te* non inueniri. Te etiam ad columnam conducit, ut ſponſam ad ſuaue colloquium tuū conducere poſſit. *In columna nubis loquebatur ad eos.* Hæc eſt ſapientiæ columna, & hic inſipientes te flagellant. Erit etiam ipſa liguis flagellata, ſed ad ſanguinis effuſionē, ſicut tu, non perueniet Pilatus poſtea populo te oſtendit, aitque, *Ecce Homo*, & tu de ſponſa dicis, *Hæc eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalem.* Luc. 23.

4 Cōducit etiam Sponſum idem ſpiritus ad illam crudelem ſententiam audiendam, nobis autem valdè fęlicem, ad vocandam ſępius ſponſam dum in hac peregrinatione cum illis moratur, *Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, in plagarum tuarum cauernis. O quæ ſententia? Tibi condemnationis, nobiſque libertatis. In vita hac in plagis nidum inueniet, & à dulci ore tuo ad habitandū incitatur, vocaturque. Amica, Columba, & Specioſa. Totum gratia tua eſt. Neque ſolūm hanc præſtas, ſed condēnari vis, & ſentētiæ ſubijci, ut illa poſtmodum in nouiſſimo die, illa alia verba. *Venite benedicti Patris mei*, audire poſſet; væ, væ mihi, quot morti, te cum Pilato condēnant. Etiam, etiam; omnibus autem peiores, quaſi mortis ſētentiam tibi inferentes, ſunt, qui dicunt, *Deum noſtra hac terrena haud reſpicere*, ipſum veluti mortuum, & inſipientem exiſtimando; neſcientes Deum vbique eſſe, omniaque videre. *Si aſcendero in Cęlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* O quot, ò quot ſunt ex his. Cant. 2. Mat. 25. Iob. 22. n. 14. Pſa. 138.

5 Ducit etiam idem ſpiritus eum ad ferendam Crucem. O cur, beneuolum Verbū, te duci ſinis? ut ſponſæ tuæ mirrhæ faſciculum dares. *Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Et etiam, ut Crux, neceſſario ferenda Cant. 1.

renda, redderetur ſuauis. Matrẽ obuiam habet, vt ſponſam, dum eſt in hoc mundo, ideſt in vitæ huius peregrinatione, obuiam haberet ſuauiter. Et,ò quot modis obuiam it; vt inquam creaturam tecum, & cum creaturis, proximoſque ad inuicem; Angelos cum hominibus, & homines cum Angelis, vetuſque Teſtamẽtum, cum ſuaui Euangelio haberet obuiam. Age, nunc ſpiritus Verbum conduxit in Caluariæ montem, & in ipſo Verbo creaturas omnes, particulariter vero ſponſam ſuam, ut omnes ſimul cõducat, ſi minimè repugnabunt, ſupra montem Sion Ieruſalem, pacis viſio, dictæ: & pro fętore, euiſcerati agni ſanguinis ſuauitatem facit eas ſentire. Nunc incarnatum Verbum, eodem mouente ſpiritu, orat ad Patrem, vt ſponſam doceat adorationem Sanctiſſimæ Trinitati, ab ipſa, in introitu æternæ patriæ faciẽdam. Exuit ſe, ad oſtendendum, quod ut ſurſum conducamur, totaliter noſtro corpore, nobiſque ipſis totaliter exuamus, & poſtmodun ſeipſo nos veſtiet, viſionem, gloriamque ſuam largiendo. Comparatione ſiquidem noſtra, Cherubim, & Seraphim quaſi expoliare videntur, quia *Nunquam Angelos apprahendit, ſed ſemen Abraha apprahendit*, vt inquit Apoſtolus. *Hebr. 2.* Ac ita in ſua humanitate tot magnificentijs humano generi ſe communicat, ut omnem Angelicam magnitudinem, & gloriam antecellant. Ideoq; natura noſtra multo glorioſior apparebit (propter ipſum veſtimentum humanitatis Verbi, quã participamus, induti carne ipſa, quam propter amorem noſtrum aſſumpſit) quam natura Angelica. Quis autem neſciat, humanitatem Verbi, in gloria, qualibet virtute Angelica eſſe multo maiorem, & glorioſiorem? de qua Sponſi gloria, ſponſa participabit. Et tunc ſponſa, & Sponſus quodãmodo ſe reputabunt æquales, quando *Videbimus eum ſicuti eſt*; *1. Ioan. 3.* dabitque cuilibet veſtem vnam, virtutes, ac diuitias omnes, in ipſo Verbo continentem.

6 Exſtenditur deinde in Cruce, motus ab ipſo Spiritu in ſe mouente, extenditque brachia, ad ſtringendam, & amplectendam ſponſam, omnemque creaturã, cum noſtro eſſe, & operari, ut cum ipſo ſimul, gratius aliquid fiat Patri. Sãctas manus ſuas clauis configi ſinit, vt operationes noſtras cum ſuis perfecte vniat; eique placeant; ualentque in Cęlis æternum acquirere præmum; Permiſit inſuper pedes ſuos cõfigi, vt affectus, & affectus noſter cum ſuo vniatur. Vt autem plures faceret cauernas ſponſæ, quinque fieri permiſit, loquor de plagis in ſacrato ſuo corpore. *Sicut paſſer ſolitarius in tecto.* *Pſa. 101.* *Et introibimus in tabernaculum eius*, *Pſa. 131.* ibi ſecura erit à laqueis, *Sicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.* *Pſa. 123.* Etiã vt eam Patri offerret, cum ad punctum ſponſa vacillaret. Sunt etiam illæ cauernæ ad refugium humani generis, & ſunt ſigilla quibus omnes paradiſi gratiæ expediuntur, valoremque cunctis noſtris petitionibus præbent; ſunt cunctarũ noſtrarum operationum ornatus, quia abſque vnione ad illarum plagarum merita, quid pro æterna gloria eſſent iuſtitiæ noſtræ, & bona opera? ò, quid abominabile. Ab hoc ſanguine prouenit omne bonum noſtrum, huiuſque ſanguinis valor cum operibus noſtris nos coronat. * **Hoc explicat illud lib. 5. cap. 35. n. 7.* nec ſanguis ſolus adultos, non, ſed voluntas bona, operaque cum ſanguine.

7 Idem etiam ſpiritus, ſeptem amoris tela Verbum conferre facit, ideſt ſeptem amoris verba proferre in Cruce, iuxta ſemptem dona. Fel guſtare permittit, ut ſponſa dulcedinem illius deguſtaret. Etiam, etiam; O ſpiritus mouens, ſemperque incarnato Verbo vnitus, & ſemper ſpirans, & ſpiritui illius aſpirans, & quomodo permittis, vt ſpiritum foras emittat? ſi ſpiritus ab ipſius corpore ſeparatur, à te Spiritu Sancto non iam ſpiritus eius ſeparatur, eo quod ſemper cũ ſpiritu eius ſis, ſpirando, & reſpirando, & in eum propter nos influendo. Et quomodo? Hic ſpiritus mouens, & in te ſpirans, ò Verbum, mouet ad ſpirandum hunc ſpiritum tuũ, vt ſeipſum cum omnibus ſuis donis in nobis inſpiret. Ita cũ ipſo ſpiritu ſpirat in ſinu Patris, ſpirat in limbo, ſpirat in ſepulchro, ſpirat in ſpõſæ anima, ut ipſa in eo valeat reſpirare. In ſepulchro, ut ſponſa tua, ò Verbum, te ſepeliret in ſe, & tu eam ſepelires in te.

In

In animam ſpiras, ut ſponſa tecum, non modo in limbo, ſi ibi locum haberet, ſed etiam in inferno omnia ſuperaret. Spiras in ſinu Patris, ut ſpōſa poſt labores quieſcere poſſit in ęterna illa requie fruictionis, & viſionis eſſentiæ tuæ, ò Verbum, & totius Sanctiſſimæ Trinitatis, eo quod vna tantum ſitis eſſentia, unaque ſola ſubſtantia.

7 Oh, ſpiritus mouens; iterum ſpiritum ſuum aſſumit, ideſt Verbi animam, quæ adeo illi per conformitatem unita eſt, ibique vitæ ſpiraculum ſumens, ubi unitis iterum ſacris membris, & corpore, Verbi animæ, glorificando facit eam propter noſtram iuſtificationem reſurgere; ut ſponſa iam ſibi mortua, à te mouente, ac ſpirante ſpiritu, cum ipſo valeat etiã viuificari. Deinde mouet idem ſpiritus Verbum hoc incarnatum, ut ad Mariam pergat, vbi ſimul beneuolum, diuinumque habet colloquium, nõ verborum non, quia non uerbis, ſed affectibus corda loquntur, ſed colloquium totum aſpirationis, inſpirationis, & reſpirationis.

8 Mouens etiam hic ſpiritus, Verbum ad Apoſtolos conducit; prius autem ad Petrum, & poſtea ad nobiſcum per quadraginta dies glorioſè conuerſandum.

Non amplius nunc Domine, non amplius dulce Verbum, Sponſe meus, & Amor.

C A P V T XXI.

Vilem ſuipſius extimationẽ coram Deo demonſtrat.

1 VErbum probabit me in annihilatione. *Cor meum dereliquit me;*
Pſal. 39. ſed ſanguis Verbi aſſumpſit me. Bonum pro me; maius auxilium inuenio, quam derelictionem: auxilium à Verbo, derelictio prouenit à corde meo, quod foris non ſentiet Verbi auxilium, intus autem habebit; quid enim abſque eius auxilio agerem?

Pſal. 80. 2 Verbum dereliquit me *In aqua cõtradictionis*, & annihilationis. In Mariæ ventre te abſcondiſti, ò Verbum, poſtea verò notum te feciſti. Ita in ſponſa tua facere volueris; teipſum, eam probando, abſcondes; teque, eam ſubleuando, manifeſtabis. A te omnis procedat probatio, contenta ſum; vel abſconditus ſis, vel manifeſtus, mecum tamen ſis: *Et quis* *Iſaia 50.*
erit aduerſarius meus? Mihi ipſi aduerſaria ero, videoque te velle meum hoc eſſe per annihilationem annihilare, vt tota vires aſſumam, & vigorem; nouum eſſe, quod totum in te ſit, aſſumendo. Facieſque de me, vt de ſponſa tua in fine mundi facturum dixiſti, *Ecce noua facio omnia.* *Apoc. 21.*
De alijs doleo: & eſt mihi cor dolendi de alijs? vt alij de me doleant, oporteret: tot ſunt offenſæ meæ cum omnibus. Væ tibi, anima mea, ſi teipſam totaliter non relinquis; etenim ſi non alij, infernus ipſe, odio te, & abominatione habebit; & ſi à te proprium non ſuſtuleris amorem, dæmon, ne dicam Verbum, te abominabitur.

3 Tu Deus potentiſſimus es; audebo nihilominus dicere, quod cum tota tua omnipotentia, nec tot infernos facere poſſes, neque tot pęnæ in inferno inuenirentur, quæ ad me miſeram miſerabilem puniẽdam ſufficerent. O quem morbum, ò quem fætorem in meipſa ſentio; magis hoc mihi nocet, quam ipſe inferni fætor. Væ mihi, væ mihi, contumelię, omniſq; iniquitatis vaſi. Quomodo meipſam amplius propter meam abominationem ferre potero? Nihilominus, licet ita mihi diſpliceam, & ſi mihipſi diffidẽs, non tamen de te diffidero, ò Verbũ, ſpõſe mi. Tu in me, & mei vice totum facis in me enim, extra te, nihil valeo, niſi morbum, abominationem, & immunditiam inuenire. O Sponſe mi, tu velles, & ego, ut aliorum offenſæ ſuper me punirentur; ſed quid faciam, ſi in ipſo inferno, nec tot pęnas ad culpas meas puniẽdas reperio? Complacuit ſibi Verbum in annihilatione ſponſæ ſuæ. Creaturas in mei auxilium inuocare non audeo, ſciens, quod propter meas culpas meritò capitales hoſtes mihi eſſe deberent. Conſidero, & obſtupeo, qua ratione me ſuſtineat terra; quomodo non abſorbeat me infernus, forſitan ne pręſente me, deterior, & abominabilior redderetur. Nil

adeò vile in eodem inferno reperio,quo eiuſdem vilitatis,me fuiſſe non videam.

Iſaie 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. O quam amarũ mare eſt hoc,in quo ingredior,cum vitæ meæ annos, adeò malè, & in tua offenſa tranſactos,recogito. Huc introibo,& tu proijcies me vt intus immerſa,quid ego ſim recognoſcam. Et in profundum maris immerſit me. Non amplius,non amplius Domine. Minor anguſtia (ſi abſque tua eſſet offenſa) eſſet, in inferno manere, quia quælibet loci illius pœna, leuior minuſque moleſta,quam mihi ſint culpę meæ, eſſet. Væ mihi, væ mihi.

CAPVT XXII.

Verbi proprietates enarrat, & primo pulchritudinem collaudat.

1 NArrabo proprietates, ò Pater, Verbi tui,quas mihi oſtendiſti, eique communicas, qui tui intellectus partus eſt, & cor tuum. Et quæ ſunt? Pulchritudo,Mirabilia,Sapientia,Scientia, Potentia, Æternitas, Impaſſibilitas, Vnio, & Communicatio. O diuitiæ, ò infiniti Theſauri in te Verbo abſconditi. Quid in ſinu Patris nõ habes,vt Deus, & extra Patris ſinum, vt homo ſimul, &
Pſal. 2. Deus,quid non habes? *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, quid
Pſal. 48. dicam? Quod tu mihi dicis: *Inclinabo in parabolas aurem meam*.

O Pulchritudo, ò pulchritudo immẽſa,infinita,& propter nimiam claritatem inuiſibilis: vt Deus, quam pulcher es? ſuper omnem à te creatam pulchritudinem. Pulchritudinis fons, à quo, quantum pulchritudinis in mundo hoc apparet, quantum extra mundum noſtrum claudit paradiſus, ſcaturit. Vt homo, ò quam pulcher es; quid de tua pulchritudine dicam, ò Verbum? Dicam eſſe fructum amænum, dictum Malum punicum, cuius fructus tot rubra granula claudunt, quique adeo deorſum inclinantur,vt cunctos, & maximè paruulos ad eos capiendos incitent. O bene dixiſti tu, quod ingredi ad hanc perfruendã pulchritudinem non poterat, qui veluti paruulus non efficeretur. Cum mala punica aperta ſunt, paruuli ſub arbore ſtãtes, aperto ore expectare videntur, vt granuli illi in ipſorum cadant ora;oportet autem,vt aliquantulum verberentur, vt cadant. Ita Crucem ſumere oportet, & verberare, ſi velimus, O Verbum incarnatum, vt tui ſanguinis fructum, qui dulcedinem admirabilem, & ſuper omnem delectationem delectabilem fecit deguſtare, ad nos cadat.

2 Poma verò, quæ manibus colligũtur,nec percutiuntur, lõgo poſſunt tempore conſeruari. Ita qui puro deſiderio, abſque vlla mixtione, ſuas faciunt operationes,longo poſſunt tempore in duobus bonis deſiderijs cõſeruari; cum verò noſtri aliquid eſt, væ mihi, quia citò deficiunt. Licet autem cortex fructus illius aliquantum amara,ac rudis videatur, ſtatim ac verbi tui cultrum accipimus, quo eam rollimus, ipſius fructus dulcedinem deguſtamus. O, in paſſione totus videbaris amarus, Ieſu mi; *Omnes* Pſal. 30.
videntes me, deriſerunt me. Factus ſum tamquam mortuus à corde. Qui autẽ ſci- Luc. 23.
uit te in cruce guſtare,vt bonus *Latro* fecit, pignus dulcedinis paradiſi guſtauit. Varius in ſapore eſt huius arboris fructus, aſper,dulcis,molliſque ſaporis;ſed totus refrigerans; pulcrique illi granuli magis, minuſque accenſi ſunt in colore, helui,purpurei; ſed omnes pulcri. Ita es tu,ò Sponſe mi, totus pulcher; pulcher in tua Diuinitate; & in hac tua pulchritudine, totus es incompræhenſibilis, & inſcrutabilis. In tua etiam humanitate, modo inexcogitabili pulcher es, eo quod ad te accendentem pulcrificas. Quemadmodum Sol, qui illuſtrat, quò radios ſuos dirigit; & ſicut Nix,quæ totam terram, & corpora, in quibus cadit dealbat.

3 Nec pulchritudinem hanc ſoli animę,licet principaliter illi,ſed etiam corpori communicas; ſæpe enim animæ pulchritudo redundat in corpore, reluceteque in vaſe hoc ad extra, gratiæ tuæ pulchritudo,quæ eſt in anima, veluti in lanterna. Tecum agit Moyſes, & facies

eius tota clara euadit,ac ſplendens. Di-
Exod. 34 cam ego quod ille *faciei ſplendor*, à luce,
quam, communicatione ſua ſancta, illa
receperat anima, proueniebat; quæ de-
inde in faciem,& in corpus,transfuſa eſt.
Et quemadmodum aliquarum intẽtio-
nes, & etiam deſideria, & affectus, imo
etiam verba, & opera; ita & membra
quæ ſunt illarum Inſtrumenta, pulcrifi-
cas. O pulchra Stephani facies, clara,
lucens, eo quod intus adeſſet pura illa
tibi placendi intentio, ignita illa cordis
charitas, qua pro lapidãtibus exorabat;
Angelica illa puritas,qua iuuenis ad vi-
duarum curam electus eſt, meruit puriſ-
ſimo ſuo intuitu Cælos penetrare,teque
ad Patris dexteram in ipſius auxilium
promptum intueri. Sed quid de te di-
cam? Animæ,corporiſque pulchritudo
inenarrabilis eſt. Et pulchritudo quæ
ex verbis, & operibus tuis oritur dele-
Pſal. 44. ctabilis eſt. *Diffuſa eſt gratia in labijs
tuis. Potens in opere,& ſermone.*

Act. 4. 4 Plurimorum creaturarum maligni-
tas,tuæ diuinitatis contemnit pulchritu-
dinem; peſſima illa intentio, nocendi
alijs,male iudicandi, in alienis operibus
ad peius ſemper adhærendi: Melius
enim mihi erit,vt fallar, rectè de proxi-
mo iudicando (cum tibi, ò Sponſe, no-
ſtrarum intentionum iudicium reſerua-
ueris) quam apponendo in malo meo
iudicio de alijs facto, te offendam; qui
Rom. 14. vis vt aliorum *ſeruum*, ideſt tuum, ne-
quaquàm iudicem. Mendacia deinde,&
detractationes, tuæ humanitatis con-
temnunt pulchritudinem. Animæ tuæ
pulchritudinem ficti contemnunt Hipo-
critæ, aduerſus quos in tuis repræhen-
ſionibus ardens ſemper fuiſti. Nunc è
contra, electorum tuorum bonitas tuæ
diuinitatis exaltat pulchritudinem, & in
ea ſibi complacet; tuæ humanitatis pul-
chritudinem exaltant,tuam ſitientes ve-
ritatem. Pulchritudinem animæ puri, &
corde ſimplices exaltant. O pulchra
virtutum acies,quæ à pulchritudine tua,
pulchritudinem aſtrahunt, & ſplendorẽ;
Virginitas in eadem ſibi complacet pul-
chritudine. Sapientia eidem pulchritu-
ni concupiſcit vniri. Charitas ſuæ vnio-
nis deſiderium in eadem pulchritudine

generat, facitque conſilia tua in illis,eo-
rumque deſideria in te manifeſtare. *Cu-* Pſal. 1.
pio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

C A P V T XXIII.

Deum eſſe mirabilem multiplici-ter probat.

1 M*Irabilis Deus in Sanctis ſuis.* Et Pſal. 67.
quanto mirabilior eris in te
ipſo,& in tua Diuinitate,ò Verbum, vn-
de oritur, quidquid mirabile reperitur
in Sanctis? Mirabilis in Patre, mirabilis
in omni tua operatione,quę quanto ma-
gis applicatur in re, quæ nobis infirma
videtur, tanto magis admirabilis eſt.Mi-
rabilis es in Patre, iram illius erga nos,
ſi ira in eo cadere poteſt, placando: &
ecce quod res mirabilior eſt, placare il-
lum ea re, quæ alios ſolet ad iram inci-
tare,ideſt ſanguine. Nobiſque mirabile
facis, conſiderantibus, quod ille qui in-
finitus eſt,tamque magnus, ac potens,&
qui in ſe continet omnia, offendi per-
mittat,offendaturque à re tam vili, & in-
firma, qualis eſt creatura, & poſtea ſic
faciliter,per actum humiliationis ab ipſa
creatura exibitum,placetur: eſtque hoc
vnum mirabile à te Verbum,apud æter-
num Patrem tuum, mediãte tuo ſangui-
ne operatum.Mirabilis Deus,& quis in-
telligere poteſt? Solummodo,qui expe-
ritur intelligit; & experitur, qui à boni-
tate tua habet,vt intelligat. Mirabile es
ò Verbum in Spiritu Sancto, faciens vt
ille ſeipſum in anima ſeſe infundat, qua
infuſione mediante, ipſa vnitur Deo,
Deum concipit, nec aliud guſtat, nec in
alio,quã in eodem Deo,delectatur. Ani-
ma verò, quæ huius ſpiritus infuſione
careret, veluti quoddam dæmon euade-
ret,eodem nutriretur, quod dęmonem
ipſum nutrit,idque guſtaret, quod idem
guſtat. O quot ex his incarnatis dæmo-
nibus hodie inueniuntur,à quibus dein-
de pauperibus ſeruis tuis tot oriuntur
pericula. *Periculum in mari, periculum in* 2. Corin.
terra; verum eſt: ſed maiora opinor,pe- 11.
ricula *in falſis fratribus*, qui nec ijs par-
cunt,quibus terra, & mare pepercerunt.

Digitized by Google

Dicat hoc Paulus fideliſſimus ſeruus tuus. Quos expertus eſt crudeliores, vel in mari vndas, vel in terra viperas, vel falſos fratres ſuos,qui eum adeò afflixerunt? Eia, age,ò Verbum,vt in omnibus tuum hoc donum effundatur, vt in omnibus Spiritus Sanctus infundatur: licet enim propter electorum exercitationem mali in mundo eſſe debeant, nequaquã tamen ſemper tales ſint, ſed mediantibus alijs exercentibus, recti fiant etiam ipſi. Caſtiga eos in hac vita, & in alia parce; *Hic cura, hic ſeca, & in æternum parce*. S. Aug.

2 Mirabile etiam es,ò Verbum, in te ipſo. Mirabile, inquam, ad nos deſcendens. Mirabile es compræhendendo te ipſum; ſolus enim tu intelligis, ac comprehendis, quia ſola tua infinita ſapiẽtia, infinitum eſſe tuum compræhendit. Mirabile tandem es, teipſum nobis tanta charitate communicando,teq; ipſum nobis relinquendo. Mirabile poſſidendo te ipſum:in tuo enim eſſe,nõ ab alijs, vt creaturæ, dependis, ſed illud eſſe tibi à Patre ab æterno per generationem cõmunicatum, æternaliter habuiſti,habes, & habebis, abſque eo quod ab alijs à te poſſit auferri. Tuum hoc eſſe mirabile, illi negant, qui magnitudinem tuam cõfiteri nolũt; qui iudicia tua minimè pertimeſcunt, & quaſi nihil videres, aut poſſes,ad patranda peccata, nullo timore,ac reſpectu præſentiæ, & punitionis tuæ, incumbunt. E contra verò electi tui bene hoc eſſe tuum mirabile confitentur,propter cognitionem, quam habent, quod nihil abſque tua prouidentia,ac diuina volũtate moueatur, quodque bona omnia,quæ habemus, impendas; minimè ad peccata noſtra,quæ infinitas mererentur pœnas,reſpiciẽdo. Ac ita coram te ambulant, prout dixiſti Gen. 17. Abraamo,*Ambula coram me, & eſto perfectus*, ſemper in ſe ipſis dicentes, *Videt me Deus*. O magna tuorum electorum gloria, ò magna pęna te veraciter diligentium. Quædam enim intolerabilis pœna deguſtatur, quemlibet non poſſe capacem reddere tali gloria. O mirabile Verbi mei eſſe, à tam paucis cognitũ, & à pauciſſimis confeſſum.

3 O Deus meus, mirabile eſſe tuum eſt veluti mare, quod omnium fluminũ aquas in ſe aſſumens,nomen eis finire, & amittere facit, vnde non amplius dicuntur flumina,ſed mare; quod deinde lapides pretioſos generat, & piſces, qui in ipſorum ventre, gemmas,maximique valoris lapides habent. In hoc infinito eſſe tui mirabilis, mare, nos iugiter nauigamus, magno ſummerſionis periculo, niſi fidei tuæ Aquilo, alijque Chriſti tui nos reſpiciant,vel ſi nolumus gubernari ſecundum chartam tuarum ſacrarũ Scripturarum, quæ illud nobis declarãt, quod vice tua in terris reliquiſti, in naui Ecclesiæ tuæ, quam Petro tuo commẽdaſti, ſuiſq; ſucceſſoribus iugiter permanentibus. Hæc eſt illa ſecura nauis, quæ nec perire, nec periclitari totaliter poteſt, quia *portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam*: Mat. 16. aliquando nihilominus in hoc tuæ cognitionis mare periclitamur, propter cõtinuas aquarum vndas, poſt aquarum filum minimè abeuntes, eo quod bene mirabilem eundem beneuoli eſſe tui filum minimè cognoſcamus. Nos enim ſaluare vis, ſed nos eadem ſalute, quam dare velles, indigni efficimur. Saluare velles, etiam.

CAPVT XXIV.

Tertiam Diuini Verbi proprietatem, ideſt Sapientiam declarat.

1 ET *Sapientia eius non eſt numerus.* Pſal. 146 Et ſapientia illius impleuit me. Sapientia eſt operum tuorum Architector, Sponſæ vita, Thalamus per quem animabus te vnis, ò Verbum Sponſus, Refrigerium laboratium,Peregrinorum vmbra, Regnum, Portuſque virginum. Sapientia, quæ, ò Verbum, intelligi nequit, niſi ab eo qui totaliter fit inſipiẽs, ueluti vas illud dilectionis, quod aliud non capiebat, niſi Ieſum, & *hunc Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus* 1. Cor. 1. *autem ſtultitiam*, vnde dicebat,*Nos ſtulti propter Chriſtum*, 1. Cor. 4. & in hac ſtultitia, quæ uera ſapientia eſt, mundi Magiſter ele-

ctus

ctus eſt. Guſtari eadem ſapientia nequit,
niſi ab eo, qui neſcit, nec ſcire vult, quid
ſit terrena hæc, & carnalis ſapientia, quæ
Deo inimica eſt. Humana enim, carna-
liſque ſapientia eſt veluti flos, qui à fru-
ctu ſuo reciſus, ſtatim exiccatur, nec ap-
paret amplius: & ſtultitia hæc, quæ vera
ſapientia mundanis videtur, o quot in-
uoluit. Conetur autem vnuſquiſque cum
tua ſapiẽtia eam vnire, O ſponſe mi, quæ
eſt diuina, & theriacam conſeruantem
efficiet, quæ ſibi, & proximis proderit,
ſibi nutrimento, proximis ſolatio erit,
verbo proderit, & exemplo. Et quamuis
non omnes vtramque ſimul poſſideant,
carnalis tamen hæc ſecunda, regulata à
tua, vt ita dicam refrænatur, Hoc ſiqui-
dem eſt frænum, quod tamquam durum
morſum ſoles in ore ponere, ne illius li-
bertate cadamus. Alij verò inſipientes,
ignari, & maligni nec vnam habent: alij
vnam, non alteram, ideſt maligni aſtuti
mundanam habent; Columbæ autem
Mat. 10. *Simplices, & prudentes, tanquam ſerpentes*
tuam ſolummodo poſſident; omnis ta-
men alia, ſine tua valet ad nihilum; Cun-
ctique tuam requirere deberent, quam,
ò quomodo in Sanctiſſima Euchariſtia
Ioan. 6. nobis communicas, quia, *Qui manducat
me, viuet propter me*, vita perfectiſſima,
plena lucè in intellectu, charitate in vo-
luntate, gratitudine in memoria, ſolùm
tui, & aliorum proptet te, memores. Sa-
pientia tua, ò Verbum, eſt veluti Rubus,
quem Moiſi oſtendiſti, ardens, & non
conſumens: ardet quidem ò Verbum,
Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram*; non conſu-
mit, non, per afflictionem, quia dixiſti.
*Qui manducat me viuet propter me. Et qui
manducat hunc panem viuet in æternum*,
vera vita, iucunda, ac fælici: licet enim
propter te patiatur, lætatur magis prop-
tet te patiendo, quam in mundi lætitijs.
Illi ſapientiam hanc abhorrent, qui quę-
runt, abeuntque poſt humanam ſapien-
tiam, quæ apud Deũ ſtultitia eſt: & quot
ex his nunc inueniũtur? tu ſcis Verbum;
qui tandem, te eos ad calculum euocã-
Pſal. 75. te, bene dicere poſſunt. *Nihil inueni* in
manu mea; quam vmbram, ventum, fu-
Eccl. 1. mum, *Vanitatem*, quemadmodum eſt to-
tum, extra te.

2 Hanc etiam abhorret ſapientiam,
qui vnione tua priuatur: te enim offen-
dentes, te, ſibique ipſis priuantur. O Sa-
pientia, quæ animam dilatas, voluntatẽ
accendis, & calefacis, intellectum illu-
minas, amorem purgas; peccati odium,
Diuini Iudicij timorem, Paradiſi ſpem,
gloriæ deſiderium excitas. O quot, pri-
mo videri, contraria in nobis operaris,
ò ſapientia, quomodo cum dilectis tuis
animabus ludere videris, ſicuti in mun-
di initio iam feciſti, *Ludens in orbe terra-* Prou. 8.
rum. Tu es, qui animam attollis, & in
abyſſo deicis. Tu es, quæ ædificium om-
ne conſtruis, & deſtruis. Tu, quæ facis
ſemper gemere, & canere; vigilare, &
dormire: ambulare, & nunquam moue-
re te videris. O ſapientia, quæ omnem
theſaurum in te contines, & ab ijs, qui
te non agnoſcunt, ſtultitia exiſtimaris:
Quomodo autem hęc acquiritur ſapien-
tia? forſitan cum intelligentia? nequa-
quam; magna ſiquidẽ eſſet ſtultitia hoc
putare. Acquiritur forſitan tempore?
Nequaquam: quis enim in temporis pũ-
cto poterit æternitatẽ amplecti? Acqui-
ritur diuitijs? minimè; quia omnia vani-
tas; forſitan verbis? haud, quia *Vir lin-* Pſa. 139.
guoſus non dirigetur in terra. O, quomo-
do acquiritur ſapientia hæc? Profunda
ſuæ annihilationis humiliatione, illumi-
natà eſſe Dei intelligentià, perpetuo ſui-
ipſius, proprijſque amoris odio, in quan-
tum eſt Deo contrarium; Iugi affectu, ac
deſiderio Dei in Deo: & qui huc perue-
nit, ſapientiæ complacentiam acquiſiuit.
Guſtat, qui experitur, & intelligit, qui
nihil ſcit.

3 O cur non iugiter pergimus, conti-
nuo motu ad eamdem ſapiẽtiam acqui
rendam? O ſapientia, quæ es immobilis,
ſemperque prouidentia tua circundas,
quæ Cęlos ſtabilis, & terrã firmas, quæ
animas in tui cognitione abſcondis
agiſque, vt iugiter per opera charitatis
moueantur. Spiritus Angelicos glorio-
ſos efficis, quibus humanos addis. Sapiẽ-
tia, quæ paruulos lactas, quæ tuas ſpon-
ſas nutris; quæ pauperes ditas, ſuperboſ-
que deſtruis, & tumentes. Sapientia, quæ
Chriſtos tuos potentes reddis, quæ cor-
da munda illuminas, quæ pro tuo bene-

placito

placito tenebras omnes ſplendeſcere facis. Sapientia, quæ omnem verificas veritatem, & mendacium omne confundis: ſapientia, quæ Eccleſiæ tuæ ſponſæ corona, & mamma dulciſſima es. O ſi, os, & labia ſponſæ tuæ animæ infigere poſſem.

CAPVT XXV.

Quartam æterni Verbi proprietatem, ideſt, ſcientiam explicat.

Pſal. 35. 1 SCientia *Dei abyſſus multa*; ſcientia, quæ es veluti ſpecioſiſſima illa palmæ planta, quæ dulciſſimos producit fructus, non quidem vbique,ſed vbi terra apta eſt, atque ipſi diſpoſita. Habet etiam palma ſuauiſſimam vmbram. Ita etiam tui ſcientia, ò Verbum, in ijs, qui diſpoſiti ſunt, producit fructus.His autē, qui diſpoſiti non ſunt,quaſcumque alias acquirant ſcientias, nec minimum vnquam habebunt, nec poterunt habere ſcientiæ tuæ, & ſine qua omnis ſcientia, inſipientiſſima, & ſtultiſſima ignorantia eſt. O Verbi mei ſcientia,& quis eam poterit enarrare? quis ad huius peruenerit verticem? ò quantum in altitudine ſuperat omnes cęlos. *Excelſior cęlo eſt*. *Iob. 11.* Omnes Cherubim in vmbra tua manent;nec valent ad ramorum ſuorum altitudinem peruenire; nequeunt enim, te non reuelante,ò Verbum,ſecreta tua altiſſima penetrare. Palma pulcherrima, cuius folia ſemper uirentia, cuius rami iugiter eleuantur ad Cęlum, cuius fructus ſuauiſſimi omni tempore anni proficui ſūt. Hac delectantur electi tui, tuaque gratia dicunt, *Aſcendam in Palmā, & colligam fructus eius.* *Cant. 7.* Et quid erit colligere, & poſſe hos fructus deguſtare, niſi te poſſidere, ò Verbum, qui es omne bonum? Hac ſcientia,omnia intelligis, omnia diſponis, omnia operaris. Hac ſcientia creaſti hominem,tuaque pietate, ac miſericordia, pretio tui ſanguinis redimendo, tecum recreaſſe, dicam: & in hoc concurrit etiam ſcientia tua,medium,omni alio, ſaluti noſtræ proportionatum cognoſcēdo. Hac, oues tuas cognoſcis, quas bonitate tua ſignas, ſicuti ſcriptum eſt; *Nouit Dominus, qui ſunt eius.* *2 Tim. 2.* Hanc ſcientiā infundis in terra, ſi dici poteſt: poteſt quidem dici, ſed non intelligi, interna, inquam communicatione per gratiam animæ tuæ in nobis. Et quemadmodum anima tua eſt mediū inter Diuinitatem, & carnem, ita hæc ſcientia medium eſt, ut conducamur ad te: Quos autem effectus, ò Verbum, efficit in anima noſtra hæc ſcientia? O, facit hunc, reddit animam noſtram, ſicut illud animal Bos dictus, qui ſemper ſumptum ruminat cibū,ita qui hāc ſcientiā habet in ſe,ruminat ſemper, quouſque propter lumen à te præſtitum, ducatur ad intelligendum, quod de te ſummo bono, in hac, & in alia vita ſcire conuenit. In vita hac cum fidei aliquantulum obſcura claritate, in alia, cum aperta viſione, qua veluti ſpeculum à te illuminatum,totus in obiecto viſo traſformabitur, tibique arctiſſimo amoris vinculo vnietur, perfectiſſimè ſummo bono perfruendo.

2 Quatuor hæc Diuina ſcientia habet pedes,quibus,vt nos ad te conducat, perambulat, ideſt quatuor intendit. Primo, ut tecum vniamur. Secundo, vt ad te fruendum perducamur. Tertio, vt te honoremus. Quarto, vt cōſumemur pro te, & hac conſumptione proximum noſtrum nutriamus. Maioremque infunderes, ſi maledictum hunc proprium amorem ſepararemus à nobis. O ſapientia iuſtitiæ mater, miſericordiæ focia, dilectionis nutrix, lux intellectus,voluntatis dux,memoriæ vita.Et quomodo abſque tuo auxilio viuere poſſemus in mundo? Tu vnicuique ſuum tribuis, eſſe iuſtum præbens: iuſtitia enim nihil aliud dicit, quam reddere vnicuique,quod ſuum eſt Deo honorem, proximo dilectionem, charitatem, & amorem. Sed hæc ſicut conuenit non exercetur, immò, ò quantum iniuſtitia pleni ſumus? videtur nobis iuſtitia, ſed non eſt: erga nos metipſos,& erga proximos iniuſti ſumus.Erga noſipſos, quia, ò quoties noſipſos nobiſipſis auferimus proprio hoc amore? & quoties noſipſos à nobiſipſis tollimus, toties nobiſipſis priuamur, quia omne

omne eſſe noſtrum à te eſt; Non impendimus proximo, quod ei conuenit, quẽ-
Mat.22. admodum tanto amore præcepiſti, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*. Tollimus à Deo quod Dei eſt, quoties noſipſos ab eo tollimus; ipſius enim ſumus, nõ
1.Cor.6. ſtri, *Empti enim eſtis pretio magno*, ſi *empti*, iam nõ noſtri, inquit Apoſtolus. O bone Ieſu, quot, quot, ſunt, qui proximi ruinam deſiderant? ò quot poſt aurum, & argentum abire cerno, & tamen *omnia vanitas*.

3 Miſericordiæ ſocia eſt hęc ſcientia: ſine hac enim extincta eſt charitas, quia debitum ſi nõ cognoſcitur, minimè redditur. Reciproca miſericordia totaliter perijt, quia ſcientia tua non eſt. Tu tamen plenus es miſericordia, ò Domine mi, omnium tamen iugiter miſereris, licet, vt plurimũ nos reddamus indignos. O magna miſericordia in ferenda me, omni miſeria plena, quæ cuiuſcumque mali cauſa ſum, eo quod me pro muro, & antemurali ponere nequeo, vt iuſtitia tua contra peccatores excitata, ſolum in me exerceatur. Offenſæ meæ ſunt in cauſa. Væ, væ animæ meæ, cuiuſcumque mali mali cauſa, quæ tantum offendit, nec pro defenſione, & in defenſionem eſſe poteſt.

4 Nutrix dilectionis eſt ſcientia: qui enim cognoſcit diligit, nec diligi poteſt, quod nõ cognoſcitur. ò Ioãnes, obliuioni data eſt vox tua, *Diligite alterutrum*, & ita cuncti homines damnum patiuntur, quia mali morãtur inter bonos, quibus ſemper nocere, & offendere volunt. O me miſeram, ego cuiuſcumque mali cauſa ſum; mea ingratitudo, meus amor proprius cauſa eſt, vt præceptum hoc nõ obſeruetur. Totam in aquam me conuertere vellem, vt in illis omnem proprij affectus flãmam extinguerem; Magnum: fame mori, videre panem, nec eũ ſumere poſſe: de mea doleo impotentia, quia neceſſitati, quam mihi oſtẽdis, nequeo ſubuenire. O Verbum, vellem vbique, & nullibi eſſe, ſed ad te ſolum peruenire, & tecum, & in te eſſe, propter ipſos.

5 Lux intellectus es, ò mirabilis ſciẽtia Verbi, & ego iugiter ſum in tenebris, ò me infelicẽ, & vereor ne tenebræ meę, tanquã nigræ, & denſæ nebulæ, in mundum propter peccata mea ſpargantur, aerem obtenebrent, & tantam, quanta in mundo eſt, inferant cæcitatem. Ego, ego ſum illa, quæ peccatis meis tantæ cæcitatis cauſa ſum, & à me proueniunt tenebræ illæ, quæ infęlicibus inſunt peccatoribus, Egyptijs palpabiliores.
Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabi- Pſa.118.
lia de lege tua. Aufer à me has tenebras, fac, vt te cognoſcam, te enim cognoſcẽdo amauero, & amãdo zelo accenſa ero, & lux iſtius flammæ, gratia tua, tenebras, quas in multis video, perluſtrabit. O ſpõſe Verbum, gratiam pro ea anima, pro qua rogo impendes? Digneris, digneris eam illuminare. Væ mihi quomodo claudicat hæc voluntas, quàm ſæpè cadit, & tamen produce non habet ſcientiam. Tot defectus, tot culpas, ſemper ad eaſdem redeo; veluti molitoris iumentũ, cum ad priſtinum ligatum, quod ſemper eandem circũdat viam, ambulat, & lapſatur, nec ab eadem domo, in qua ſemper girum agit, egreditur, eo quod ligatum eſt: & ego vincta ſum; *Vinctus ſum* S.Aug.
non ferro, ſed ferrea mea voluntate, vt tẽpore, quo te non nouerat, magnus ille ſeruus tuus dicebat. Rumpatur catena hæc, & laqueus; *Laqueus contritus eſt, &* Pſa.123.
nos liberati ſumus. Per aliam ſecurè incedam viam, *Viam mandatorum tuorum* Pſa.118.
cucurri cum dilataſti cor meum. Et cuius ego reminiſcar? quid in memoriam currit? Tu forſitan? ò cordis mei vita. Si tuam habuero ſcientiam, nullius, quam tui recordabor, quia ſcientia tua eſt memoriæ vita. O quoties tui obliuiſcor, illiuſque tantum recordor, quod vellet proprius amor, tuus, meuſque mortalis inimicus. Hic, tui obliuiſci me facit, vt ſui recorder; ò quot repræſentationes? quot mei ipſius ſpecies? Hoc audiui, illud vidi, propter te ſolum? ſit ita: ſed propter me, nequaquam, nequaquã: tui ſolum recorder, non mei, ſed tantũmodo, tantũmodo propter te nouerim me, nouerim te. Tui recorder, vt te diligam, vt tibi gratias agam, vt me totam, in tuo relaxem beneplacito, *In pace in idipſum, dormiam, & requieſcam.*

4 Dulcis

4 Dulcis ſomnus, veræ vitæ principium, nec recordari, nec aliud præter Deum cogitare, à ſe totam exire, nihil curare, tota in Deo dormire, & requie-
Cant.5. ſcere, *Ego dormio, & cor meum vigilat*, corde, ac mente mea, cuius ſim, cuique tantum debeam recordari: mei, vt odio habeam, & tanquam vile quid, & abominabile abhorream, recordabor Tanquã ignominiæ, & iniquitatis vaſis, tanquam creaturæ ita perfidæ, & iniquæ, vt propter meam ingratitudinem, tuique obliuionem, mille infernos merear. Tu autẽ, ò vita memoriæ meæ, dele, dele obſecro ab illo omnem imaginationem, quæ de te non ſit, omnem ſpeciem, quæ de te, vel propter te nõ ſit, itaut nullius, quam tui valeã recordari. A tuo ſanguine moueatur, & agitentur memoriæ meæ ſpiritus, ſpecieſque, itaut omnia ſanguine tuo tincta, & dealbata repræſententur, & ego dicam: ſanguis eius ornauit memoriam meam.

CAPVT XXVI.

Quintam Verbi proprietatem, id eſt potentiam commendat.

Pſal.25. 1 O Potentia; in omnibus operibus ſuis Verbum potens eſt, *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terra-*
Pſal.32. *rum, & vniuerſi qui habitant in eo; Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.* Magnam cerno in Verbo potentiam in aſſumendis ad ſe animabus noſtris; magnam potentiam in tolerando, magnam in illis glorificandis, magnam potentiam in omnibus, quæ facit: tanta eſt potentia ſua, vt potentia ſua omnia
Deut.32. faciat. *Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo.* Video creaturas quaſi per ſingula momenta, & opera, factis, non verbis, potentiam tuam negare, ò Deus meus. In contortis intentionibus tuam negant potentiam, in verbis falſis tuam negant potentiam; in operibus tepidis tuam negant potentiam: ſi enim crederent te ita omnipotẽtem eſſe, timore, ac tremore vitam ducerent, ſemperque ſupra cuſtodiam, ne te offenderent, ſtarent, vigilarentque in expectatione aduentus tui, memores, quia dixiſti,
Vigilate quia neſcitis, qua hora Dominus Mat.24.
veſter venturus ſit. Fatuæ virgines hanc Mat.25.
tuam non intellexerunt potentiam, quia ſe prius melius præparaſſent. Potentia tua illi arbori, Pino dicto, mihi repræſentatur, fructum adeo durum faciente; vt in ſe tot, totque contineat, vt ad habendã fructus illius medullam, ad ignẽ cõponere opus ſit. Ita vim potentiæ tuæ intelligere volenti, & ſic etiam in ſe potentem euadere, opus eſt, vt prius ſe ad iudicij, deinde ad amoris diuini ignem ponat, malleo Verbi tui ſeſe concutiendo, & ita potentiæ tuæ fructũ adeo ſuauem, & nutrientem eliciet.

2 Verum ſiquidem eſt, ò Deus meus, quod te non cognoſcit, qui te nõ timet; nec te perfectè timet, qui te non amat; ſiquidem timor licet imperfectus, ſcala eſt ad amorem; & cum in igne ingreditur, & quanto plus in eo perſiſtimus, tãto magis de hoc fructu ſuo gaudemus. O quam ſuauitatẽ ſentit anima illa, quæ eiuſdem potentiæ fructum ſentit, & guſtat; tantam in ſe cognoſcendo potentiã, vt nec dæmon, nec creatura aliqua va-
leat eam à te ſeparare. *Quis nos ſepara-* Rom.8.
bit à charitate Chriſti, nec ſuperare, nec vincere, ſi ipſa renuet. Magna potentia eſt animam vnam ad te conducere. Magna potentia eſt vnum conuertere peccatorem. Sed quid? totum à te procedit. Tu es, qui in hoc, totum operaris, ſi vero nos aliquid in hoc agimus, potius tecum cooperatores ſumus, quam operatores; magnum, animam vnam ad te conuertere, & ad vnius animæ ſalutem tecum cooperari. Inter ea, quæ nos in terris facere poſſumus, hæc mihi videtur
maior, & vt inquit ille ſeruus tuus, *Om-* S. Dion.
nium rerum diuinarum, hac diuiniſſima eſt, Areop.
& quot, in ſe continet? eſt ſicuti Pinus. Quemadmodum enim eiuſdem Pini fructus, plurimos in ſe continet, ita in hac vnum conuertendi peccatorem operatione, plurimi intus operatores continẽtur. Operatur Pater, operaris tu Verbum, operatur Spiritus Sanctus, operãtur beati ſpiritus, & creaturæ precibus mediantibus

tibus

tibus, & homines, qui conſilijs, monitis,& prædicationibus cooperatores ſũt, & ſpecialiter Chriſti tui. Ideo potentia Pino ſimilis eſt. Idem etiam fructus, ſuauiſſimum emittit odorem. O quam ſuauiſſimus odor fuit ille, à fragantia tui ſãguinis: & magna potentia fuit in eo effundendo.

CAPVT XXVII.

Diuini Verbi æternitatem intelligit, & enunciat.

1 ÆTernitas, æternitas; æternus, æternus; in teipſo æternus, in votis tuis glorificandi Angelos; in voluntate concipiendi, & formandi alias creaturas, Æternus in operibus tuis; & quid amplius? Æternus, ò Pater, in generando, non dicam ſimile, ſed penitus conſubſtantiale, per teipſum, à teipſo, & in teipſo ſine principio, & ſine fine tuo Verbo. Æternum, ò Verbum, in ſpirando ſimul cũ Patre, & Spiritu Sancto, qui perfectiſſimus amoris vinculus eſt. Æternus Spiritus Sanctus, in vniendis, perfectiſſimo interni amoris vinculo, omnibus tribus perſonis.

2 O Verbum meum, Alpha, & Omega, principio cares, & rerum omnium es principium; finem non habes, & es rerum omnium finis. ò Verbi mei perfectionem. Non aliud habuit principium, quam à Patre, fuitque principium ſine principio, quia fuit æternus, æternus antea, æternus poſtea: ſed quid prius, & poſtea dico? non eſt in æternitate prius, & poſterius; totum eſt vnum eſſe, vniforme, inuariabile, perſiſtens; noſtro autem intelligendi modo, æternum antea, æternum poſtea, quia nunquam finietur, ò Verbũ, eo quod æternũ nunquam finem agnoſcit, & hoc tuum eſſe, ò Verbum, tibipſi confer, ex teipſo intellige, per teipſum, & in teipſo fruere, eo quod nos ſimus incapaces.

3 Æternitas, æternitas, in omni re, in conſilijs tuis æterna. Æternum fuiſti, ò Verbum, in glorificandis Angelis, quibus, antequã eos creares, teipsã præparaſti, vt ita dicam, imò eos creaſti, vt in illis de teipſo gauderes, illi verò de teipſo: creaſti eos in tempore, ſed gloria de qua gaudent, fuit illis ab æterno præparata. O æternitas veluti punctum, quia ſemper tibipſi es præſens. Quomodo autem veluti punctum, ſi tanquam immenſa ſphæra omne tempus præteritum, omne tempus præſens, omne tempus futurum cõplecteris? veluti punctũ es ſiquidem; quia inuariabiliter, & immutabiliter ſemper ſine ſucceſſione, vel motu aliquo, tibiipſi es præſens: & cum immota ſis, & inuariabilis, cuiuſcumque eſſe, & durationis, à te dependentis, es menſura. Tu ſola teipſam amplecteris, & ſine termino claudis. Tu ſola ſine tua mutatione, quod factum eſt, & in cunctis ſæculorũ ſæculis, & in omnibus alijs æternitatibus à te dependentibus, fiet, claudis; Tuamque durationem, qualis ſit, & quomodo ſit, ille ſolus intelligit, qui te poſſidet, qui eſt idem Deus, cuius tu perfectisſima es, ſicut ceteræ, infinita proprietas. Quale cor ad infinitum gaudiũ, & iubilationem non moueatur, ſolummodo audiendo, Deus tuus, Deus noſter; Sponſus tuus, & Pater tuus eſt æternus, æternus, æternus. Æternus etiam es tu, ò Verbum, in concipienda creatura tua ſpecialiter rationabili, ab æterno eam, in idæa tua concepiſti, in qua omnes qui ſumus, fuimus & erimus, præſentes eramus; Teipſum illi præparaſti, vt teipſo frueretur. Deinde hominem te feciſti, vt homo te delectaret, quemadmodum, eo tu delectabaris, vt gratiam tuam, & poſtea gloriam communicares, vt tibi per gratia vnires, vnitumque glorificares. *Et delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Prou. 8.

4 Et cui te aſsimilabo, ò æternitas; Dicam te ſimilem eſſe Cipreſſo, qui nunquam corrumpitur, ſuauisſimum emittit odorẽ, nec producit fructus, eo quod fructus eius minimè videatur. Ita æternitas, fructum non generat, nec producit, eo quod fructus illius, ipſe ſis, qui maximum emittis odorem: nec creatura aliqua ab æterno eman[illegible], & forſitan neque potuit emanare: fuiſſet enim, ſi ab æterno, Creatori in æternitate æqualis, ſed hoc intelligere ad me nõ attinet, nec

ego ſupra hunc ramum aſcendere volo. Alta petit Cipreſſus,& quis altiora petit, quam æternitas tua, quæ adeo ſublimis eſt,vt nobis hic deorſum intelligibilis eſſe nequeat? Vnde ſi ab omnibus quæreretur, quid eſt æternitas? Confiterentur omnes(niſi à te infuſam haberent cognitionem) ſe, quid ſit æternitas neſcire: finitum enim, infinitum plenè intelligere nequit. Dicent,aliquid eſſe, non tamen quid ſit exprimerent, nec etiam intelligerent.

5 Tuam negant æternitatem, qui in creatura confidunt. *Maledictus homo, qui in alio cõfidit homine, & ponit pro ſuo brachio carnem.* Hier.17. Potentia tua hanc continet æternitatem, eo quod proprietates tuæ tuum ſimplicisſimum, perfectiſſimum, & abſolutiſſimum eſſe ſint. Nos autẽ propter noſtram imbecillitatem, ita diuidimus, & ſeparamus, vt intellectus noſter adeo paruus, & ad tãtam immenſitatem anguſtus, aliquid capiat.

CAPVT XXVIII.

Verbi Diuini impaſſibilitatem enarrat.

1 O Deus meus, quomodo immenſus, impaſſibilis, infinitus es? & quis te capit? Impaſſibilis quidem: & à quo pati illud eſſe poteſt, quod eſt ab omni alio, præter à ſeipſo, independens? ſimplicisſimus eſt, actus puriſſimus,ſine actus, & potentiæ mixtione; abſque variatione, & mutatione aliqua. In impaſſibilitate autem,ad tuam pergere oportet humanitatem,quæ te paſsibilem apparere facit, licet ſis impaſsibilis: Nos verò ad impaſsibilitatem tuam peruenire nequeuntes, vt te paſsibilem faceres opus fuit, vt nos etiam deinde impaſsibiles redderes; paulum te fieri oportuit, ad hoc vt vilitas noſtra te capiat,gaudeatq; de te,non qualiter es in teipſo,hoc enim haud poteſt à nobis in hac vita, Exod.33. *Non videbat me homo,& viuet*, neque ſecundum omnem amplitudinem immenſitatis diuinitatis tuę,in alia,quia tu ſolus,ò Deus meus, teipſum perfectè compræhendis, ſed iuxta infimam noſtram intelligentiã. factus es paruulus, vt ita anguſtatus intra anguſtias noſtri cordis claudi poſſes. O quomodo paruulus eſt in carne noſtra. *Verbum caro factum eſt. Paruulus natus eſt nobis.* Ion.a 1. Iſaia 9. O quis illum in corde ſuo clauderet, quia ideo paruulus factus eſt? Qui te nihilominus in hac tanta tua paruitate conſiderat, tantam in ea inueniet immenſitatem, quod extra ſe remanebit. Quid autem dixi, quod capiat homo incapax intelligendi etiam minimum? imò nec eiuſdem tuæ impaſſibilitatis guttulã poteſt deguſtare: Eiuſdem tuæ impaſſibilitatis fructũ Ficu ſuauiſſimo ſimilẽ eſſe dicemus, qui ſtatim ſimul folia, fructuſque producit, ita etiam humanitas tua, ò Verbum, quomodo ſimul tecum vnita fuit, ſic ſtatim ex natura ſua impaſſibilitatem accepiſſet, ſed eam, vt pro nobis pati poſſes, non accepiſti. *Aperiam os meum in parabolis.* Pſal. 77. Tu bonus es, ò Verbũ bonitate ſumma,rei adeo vili, vt eſt ficus aſſimilari permittens: Tu autem maiorẽ nobis præbes ſecuritatem, magis hanc bonitatem tuam paulatim manifeſtãdo, & licet prius hãc etiam tecum haberem ſecuritatem,ſemper nihilominus creſcit; etenim quanto magis familiaritas, tanto magis augetur ſecuritas.

2 Candida eſt illius fructus medulla: & quam candida eſt anima, quæ per affectum intra te, & in tua clauditur humanitate? ſiccãtur aliqui, ex his, fructus, vt diutius valeant conſeruari, ſiccantur autem ad Solis calorem, vel igne. Nos creaturas tuas ſumpſiſti, ò Verbum,cunctaſque generaſti. Prius aliquas,aliquas poſtea. Prius aliquas, quam tu venires regeneraſti, fueruntque veteris Teſtamenti antiqui Patres, qui fide quam in te habuerunt, meritiſque tui ſanguinis pro ipſis effundendi, te gratiam præbente, illis gratiæ tuæ cooperantibus, ſalui facti ſunt. Alios poſtmodum regeneraſti, illique fuere, qui tunc præſentes erant, & nos qui futuri eramus, quos omnes prius generaſti, & poſtmodum ſanguine tuo regeneraſti, paulatimque repoſuiſti in tuo latere, & reponis, ibique tui Diuini amoris igne, & calore Solis tuæ Diuinitatis nos exſiccas,reponis,& conſeruas

uas

uas, vt in æternum perdurare valeamus. O Verbi Impaſſibilitatem, Humanitatẽ, & Diuinitatem. Oportet autem, vt qui à te guſtari deſiderat, prius in igne Diuini tui amoris ardeat, ac diligentius omni proprio amore ſiccetur.

CAPVT XXIX.

Humanati Verbi vnionem ad intra, & cum creaturis enucleat.

1 O Vnionem, in Cęlo mirabilem, in terra mirabilem, mirabilem in intimo illo ſacratiſſimo, perfectiſſimoque Diuinæ naturæ vinculo, vbi Spiritus Sanctus, qui vinculum eſt, & ligamen amoris, perſonas Diuinas ineffabili modo vnit. O quomodo Sanctiſſima Trinitas in perfectiſſima vnitate vnitas eſt; vnitas eſſentiæ, ſubſtantiæ, & amoris. Dulciſſimum ligamen Spiritus Sanctus eſt. Alia inſuper eſt vnio, in deſcenſu tuo, ò Verbum, ad nos genita; ita benè diuinitatem tuam cum noſtra humanitate vniſti: quis dicere valet? cur autem vniſti? propter gloriam tuam, vtilitatẽque noſtram, nobis in hac vnione bonum omne, quod tu es, recipientibus. Non ſufficit mihi vnio hæc, aliam etiam concupiſco, qua vinculo, vnioneque amoris, nos ita bene tecũ vnis. Etiam, etiam; *Verbum caro factum eſt*. Neque tantum hoc ſufficit mihi, etiam amore vnitus eſt Sponſus cum ſponſa. Hoc ſiquidem peto, ò dulcis vnio, ò quis te guſtare valet? opus eſt autem, ò ſponſe mi, ò æternum Verbum, vt corpore, & ſanguine tuo nutriar. Hoc eſt dulciſſimum ligamen meum. O vnionem, vnionem, vnionem; quis eã intelligere poteſt? Quid autem? ſolum dicere, *Vnionem* & quod, æqualis inæquali, vt faciat ſibi æqualem, vniatur, Angelicas omnes Hierarchias obſtupeſcere facit.

2 Quot autem modis poteſt hęc vnio fieri? ò, pluribus modis. Per fidem, & admirationem, per relaxationem, per amorem, per Sacramentum, & per trahentem virtutem quorumdam, quomodo eos inuocabo? ſpirituũ beneuolorũ, vel beneuolorũ animalium à plagis tuis procedentium, qui nos aſſumendo, ad eaſdem conducunt plagas, in quibus tecum hæc vnio fit, à te prouenit, & ad te terminatur, ò amor. *Omnia per ipſum facta ſunt*, in ipſo, & cum ipſo, & ad ipsũ; fit hæc vnio per fidem, non mortuam, de hac non loquor, non, ſed à charitate viuificatam. Symbolum autem vel figura, eam demonſtrans, ſit nobilis illa Auis, Aquila nuncupata, vnum ex illis beneuolis animalibus, vt ſupra, à pedis tui ſiniſtri plaga procedẽtibus. A plaga pedis tui ſiniſtri, tanquamà nido, inquam, exeat hæc auis, dicamque plagam hanc, ipſa mediante, eſſe huius fidei habitaculum. Ac ita nos à fide procedentes, factique quaſi cibus ab hac Aquila concupitus, nobis eam allicimus, redditi quaſi naturalis cibus huius Aquilæ. Hæc autẽ Aquila nos aſſumit, ducitque in eum tui ſiniſtri pedis thalamum, ibique fide mediante tecum vnit. Vt autem poſſit Aquila complures ad hunc thalamum conducere, quid agit? Huc ingrediens ſæpe ſæpius, inueneſcit, vires reſumit, totaque renouatur, iterum fideles animas in eo thalamo abſtrahit, ibique tuæ Diuinitatis vnitatẽ guſtantes, ſuaue efficiunt colloquium, præſtantque quaſi fidelitatis tributum. O quã dulcis vnio, in qua anima alter te per participationẽ efficitur. Itaque ſi vnio, ex duabus, vel pluribus rebus, vnam eã dem facit, vnam in aliam traſformando, licet vnaquęque in ſuo eſſe permaneat, non erit inter vnã, & alteram differentia. Inſuper hæc vnio quid agit? reddit animam ſimul, & corpus in te. Verbam aſſorptam, remanentque veluti mortui in ſeipſis, viui autem & in te viuificati, vt dicebat Sãctus Paulus: *Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*. Ioan. 1. Gal. 2.

3 A dextro pede, vbi pacificæ Turturis eſt nidus, in quo quieſcit dulciter, ipſa fęliciter egreditur, ibique eodem modo, & actu ab eodem mota nos collocat, vbi anima noſtra admirationem aſſumens, ſe ſe cibat, & gemit, eo quod quemadmodum cum Aquila, ſolam fidẽ ad intelligẽda Diuina myſteria ſufficere

credimus, *ſola fides ſufficit*, nec aliud quærimus; ita cum Turture gemimus,& admiramur, quæ admiratio non de externis eſt, non, ſed de internis operationibus,quę Deus facit cum anima,à paucis intellectis, & perſpectis; licet in rebus corporalibus poſſimus hanc admirationem habere, quæ faciliter ab vnoquoque intelligitur, quando in contemplatione operum mirabilium Dei, mentis aciem figimus; Operationes autem inuiſibiles,quæ Deus efficit in animabus ſuis dilectis, quæ multo maiores ſunt operibus viſibilibus naturæ, quæ aliud nō eſt, quam operari à potentia Dei ordinaria, hę,inquam,inuiſibiles operationes, ſic facilè nec cognoſcuntur,nec cōſiderātur,nec in admirationē,habētur eo q̃ occultę pmaneāt in corde noſtro,quò lux alia,quam gratiæ diuinæ non peruenit, vt eas perfectè cognoſcamus, & admiremur. Cum ergo anima luce tua, ò Verbum, ad cognoſcendas has tuas admirabiles operationes peruenerit,ſtatim ſiſtit in ipſis,& cognoſcens,quam admirabiles ſint, ac potentiæ tuæ diuinæ manus, dignæ; tali conſideratione intenta, & in ipſa dextri pedis plaga collocata, iugiter gemit: non enim admiratio hæc operationis, quam internè in anima efficis, intelligitur, nec etiam honor,& gloria tua; O quam parum vnio hæc admirationis perſpicitur, ò quam parum intelligitur,& cognoſcitur operatio,quam in anima efficis, ò Verbum.

4 Deinde per relaxationem, in manu tua ſiniſtra,tanquam in nido ſimplex, & purā Columba quieſcit, proceditque, ibique eodem modo,& actu nos aſſumēdo, & ſecum ad te attrahendo, collocat nos cum eadem columba, quæ intima māſuetudo eſt,itaut ibi permanētes, colloquium totum manſuetudinis, & relaxationis habeamus. O quot ſunt relaxationis opera: omne opus,omnis affectus, omne deſiderium, omnis cognitio, magnum relaxionis opus eſt in conſpectu tuo.

5 Alia vnio amoris eſt, vnde à manu tua dextera procedit,ibique quieſcit,cōponitque nidum ſuum beneuolus Pellicanus, qui eodem modo, & actu, animā noſtram aſſumendo, eam in cubiculum eiuſdē dexteræ manus conducit, & collocat, ibique fit perfecta vnio amoris, qui pectus ita commouere facit, vt hoſtes, paruuli videantur: idemque amor ad id nos cōducit,vndè,hic,abſens amoris colloquium fit, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*. Ioan. 3.
cuius gratia? vt vniuerſus mundus ſaluetur per ipſum, cuius colloquium amoris deſideratiui, amoris communicatiui, & vnitiui amoris erit.

6 Fit etiam hæc vnio per Sacramentum in ſacro Verbi latere,ex quo procedere cerno, vt nos ſecum aſſumat, non Aquilam, non Turturem, non Columbam, nec Pellicanum, ſed eum, qui totus ignis amoris eſt, ſicuti eſt domus, & habitaculum in quo commoratur, ideſt ardentem Seraphim, totum flammeum, totumque amore ignitum: Sex alis, quibus nos aſſumit. Duabus animam, duobus corpus,& duobus alijs animę noſtrę potentias aſſumit,Eam deinde in ardenti cauerna ſui ſacri lateris collocando. Vbi etiam nobis, amore,ſex alæ præſtātur; duabus nos terrā verſus mouemur, & voluimur; duabus ad ſiniſtram mouemur, modo hac, modo illa vtentes: & duabus Cęlum verſus euolamus:& quomodo his duabus alis Cęlū verſus euolamus? cum affectuoſa cognitione reſpicimus; & eſt duplex animæ ala, & vna cognitione ſiſtimus ad contemplandam diuinitatem, & vnitatem tuam ſic in cōmuni, perfectioneſq; diuinas in ſeipſas, & alia, in quantum es internè communicatiuus, ò Pater, tuarum perfectionū ſubſtantiæque diuinæ Filio. Et tu Verbū cum Patre Spiritui Sancto; ſummaque dulcedine, & amoris igne conſideratur identitas, quæ eſt in Natura, & in omni perfectione, in omnibus diuinis Perſonis. Deinde dextera ala mouetur, & reſpicit etiam Deū, ſed in quantum creaturis ſuis communicatiuum, & eius miſericordiam, & puritatem conſiderat: Miſericordiam, quia miſericors & miſerator Dominus tot nobis largiens bona, aliud obiectum ad beneficia nobis præſtanda non reperiens, quam ingratitudinem, & offenſiones, ſed hæc bonitas

tua

Prou.16. tua eſt, *Omnia per ſemetipſum*, ideſt per ſeipſum,ſuamque bonitatem, nō autem per meritum aliquod noſtrum *operatus eſt Dominus:* Licet enim gratia eius aliquid mereamur,primam tamen gratiam quis mereri poteſt? quod ſi meritū eſſet, gratia non eſſet, huiuſque gratiæ auxilio, gratioſè præſtito, operamur, cum
Phil.2. operamur, *quia ipſe dat nobis velle, & perficere*, & *nemo dicit,Domine Ieſu,niſi in Spiritu Sancto.* 1.Cor.12.

7 Communicat etiam puritatem,quā in ipſo reſpicimus,Sancti Baptiſmi ſtola nos emundando,noſtraſque maculas, ac ſordes pęnitentia delendo: & hanc adeo diligit Verbum,vt nihil plus, quia puritas eſt Deus,& puritas dilexit puritatem. Siniſtra ala, proximum propter Deum reſpicimus, cum iuſtitia, & veritate: & duabus alijs terrā verſus:ſi enim ſemper inCælo delectari vellemus,ideſt in noſtris ſpiritualibus delectationibus abſque eo quod proximum noſtrum reſpiciamus, cum ei auxiliari teneamur, euenire poſſet, quod dum Cęlum petimus, pergere ad inferiora cogamur; & ſi etiā in terra radices nimium figimus, in cęlum attollere deinde nequiremus. Et quemadmodum anima tua,ò Verbū, media eſt inter diuinitatem, & carnem tuam, ita oportet vt anima noſtra media maneat inter cælum,& terram; nunquam nec in cęlo, nec in terra perſiſtendo: non inquam in cælo,abſq; eo quod deſcendat,cum debet, ad proximū ſuum adiuuandum; non in terra, in his terrenis rebus radices fingendo;oblita,ſe hic deorſum non habere *ciuitatem permanentem*, nec locum in quo affectu ſiſtere debeat,*ſed futuram inquirimus.*

8 In hac lateris tui cauerna ò Verbū, Seraphicum habemus colloquium, in cuius quolibet verbo mille intus Sacramenta abſconduntur. Quid perfectum reddit Seraphicum hoc colloquium? à ſe tollere omne velle, omne ſcire,omne poſſe, tamquam proprium; cum enim nihilum ſit de noſtro, tollitur ab anima omnis imago, quodque Deum impedire poſſet; & hic omnis perfectio intellectus terminatur, eo quod non amplius dici poteſt operari, ſed recipere, licet etiam operetur, ſed aliquantum, dum guſtat affectus, prius ab ipſo viſus. Et hæc ſuæ vnionis proprietas Viti ſimilis eſt; quæ ſemper ſe innectit,& vnit. Hæc vitis in plantatione ſua radices non habet,vnus ſufficit palmes,vnus ramus, vt ponatur in terra. Ita huic vnioni nequaquam opus eſt radices,nec aliquod fundamentum affectus habere,ſufficit ſe totam in manibus tuis,& in tua voluntate relaxare. Nec in cælo, nec in terra, vt ita dicam opus eſt eſſe. Vitis cum initio, ſuis palmitibus ſtrictè amputatur, perdurat diutius, redditq; fructus ſuauiores. Amputa, amputa, tolle, tolle, à te terrenos affectus, ſi vis poſſe ſuaues, & durabiles efficere fructus.Opus eſt etiam vt ipſa vitis palum habeat, hoc autem ſancta Crux eſt. Animam in terris ſine cruce viuentem, oportet, vel à Dæmone, vel à Creaturis aliquam ſemper habere Crucem, quia nulla crux maior, quam crucem aliquam non habere.Aliquid etiam neceſſe eſt habere, quo vitis ligetur; quod non ſit aliquid forte, vel ſolidum, ſed amabile;ne vitis ipſa rumpatur. Hæc autem eſt recta intentio,quæ in quodlibet haberi debet,in interiori,& exteriori;in anima,& in corpore; in oratione, & contemplatione, in cogitationibus,verbis, & operibus: ipſa enim eſt dulce,& ſuaue ligamen, omnia ligans.

9 Fructus ipſius vitis, aliud non eſt, quam animas Deo parturire,cuius deſiderium, producit expreſſum à corde vinum,quod ipſum Deum inebriat. Huius figura fuit magnus Patriarca *Noe*,quando *plantauit vineam*. Odio habetur fæ- Gen.9.
cūdus iſte fructus ab his, quibus vel minima tentatio magnum quid apparet, quique nec poſſunt aliquid in proximi conuerſatione ſufferre. Væ mihi, quodlibet vel minimum, magnā crucem exiſtimant. O magnam imperfectionem;nihil proximi ſui ferre non poſſe, maxime in Xenodochijs,domibuſq; pro unione, & charitate conſtructis: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Pſa.132.

10 Magis attendis, ò Verbū,ad opus in unione,& charitate factum, quam ad mille, præter unionem; magis attendis

ad oculi intuitum in unione, & charitate, quam ſi martirium præter unionem, & charitatem pateretur. Vbi eſt unio,
1.Ioan.4. ibi Deus,quia charitas tu uocaris, *Deus charitas eſt*; uocaris *Deus pacis, & vnio-*
2.Cor.13 *nis. Deus pacis* Tu es, qui omnem pacem ponis, & ſine te nec uera pax, nec unio eſſe poteſt. Pax, & unio erit inter peccatores ficta, nec diutius duratura, quia cum huius, uel illius cor, à peccati, paſſionumque tirannide dominetur, ſtatim uinculum illud ſtuppæ, filo debilius, rũpitur. Ita à te ſolo perfecte oritur unio, & ubi non eſt unio, ibi confuſio, propter peccatum, & dæmon. Quo deſiderio quæri deberet hæc unio, & qua uoluntate dilecta? Tandem ubi unio, ibi omne bonum eſt, omnium abundantia, omniũ diuitiarum cæleſtium, & terreſtrium; ubi non eſt unio, omne bonum, Dei gratia, creaturarũ beneuolentia deficit, eſtque
Pſal. 36. rerum omnium deficientia. *Non vidi Iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem*.

CAPVT XXX.

De Verbi Diuini communicatione fatur.

1 ACcedit deinde communicatio, quæ eſt quoddam eſſe Dei. O communicatio admirabilis, ò Verbum, cui communicas? quare communicas? neſcio an dicere valeam. Scio, quod te communicas, vt mortem in vitam, in lucem tenebras, carcerem in libertatem, ſeruitutem in dominationem, & filiationem reduceres. Scio, quod communicas, quid autem? Te ipſum, & quid amplius communicare potes? Scio, quibus te communicas, ideſt te ipſum præbes. Te contemplãti: & quid communicas? idest
Ioan. 15. vt communicans ſit quod dixiſti, *Omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis*. Et quomodo communicaſti? Non, dicam, ſolũmodo verbis ad extra, & in eo quod ore docuiſti, & mediantibus ſcripturis ſacris, tuiſque Chriſtis edoceſ; ſed voce adeo ſecreta, modoque adeo intrinſeco, & occulto. vt ſolummodo tu, & qui de te guſtat, intelligas; At, ò Verbum, cur nõ omnes apti ad intelligẽdum redduntur, quemadmodum tu promptus es, ad dicendum cunctis? me miſeram, ego, peccatis meis ſum in cauſa, ego, ego, totius ſum cauſa, ego cuiuſcumque mali cauſa ſum. Væ mihi, quia propugnaculum ego ſum, quo ad impediendum, & pro altiſſimo ſolidiſſimoque Agere, bonitati tuæ, ne expandatur, me oppono. Tantum vnius iniquitas, & peccatum, (vt iam in deſerto) facere poteſt, & nocere. Tua autem manu forti, ò Verbum, rumpe, & frange omnia, age vt per totum bonitas tua inundet, tantoque copioſiot ſit inũdatio, quanto fortior agit reſiſtentia. Sparge per totum tuæ pietatis Oceana, communicetur cunctis; tua enim communicatione, animas nutris, facis eas creſcere, forteſque reddis: communicatione tua, ad modũ paruuli, lac à matre ſua attrahentis, omnis dulcedo, omneq; nutrimentum attrahitur; deinde in bonis conſilijs, quæ tamen à te proueniunt, omnis firmitas, omniſque in bene operando ſtabilitas, quæ verus eſt panis, lac ſequens; ſiquidem poſt lac, panem præbes, qui etiam communicatio eſt. Ego autem neſcio, an præſumam, quærens magis panem, quam lac; ſed dentibus tuis ò Verbum, non iam meis, contriuero. Scis ò Verbum, omne lac mihi eſſe Aloe, etiam, mihi ſoli: ita enim me docuiſti, & ita vis, vt ſit. Charitas etenim tua hoc donum, idest deſiderium confert, videndi te, tuaque dona in cunctis creaturis tuis à te, & propter te creatis ad imaginem, & ſimilitudinem tuã. Itaque omne lac mihi eſt Abſinthium, & Aloe, ſi cuilibet creaturæ non communicas. Quemadmodum enim omnia à te procedunt, ita omnis gratia, omne tuum donum, & omnia tua, in te tedeunt, qui es tamquam Mare, imo idem mare totius boni. Quo autem maiori bono, vel re maiori, anima te diligens priuari poteſt, quam animarum conuerſionem nõ videre? idest Te, qui es omne bonũ, non videre in creatura, pro qua ita paſſus es, vt in ea per gratiam iugiter morareris? Euiſcera, euiſcera me totam, ecce corpus, ecce ſanguinem, ecce hanc animam.

In

In me cruces omnes, tormenta omnia, dicam cum feruentiſſimo ſeruo tuo; in me cuncta inferni, dæmonumque tormenta, vt animæ tuæ, quibus ſimilitudinem tuam impreſſiſti, ſaluentur; & ſi tanquam ſenſu carentes ouiculæ vagantur, ad paſtorem ſuum, ad ſuum redeant gregem.

2 O Sponſe mi Verbum, ſi communicans es, cur cunctis creaturis te ipſum non communicas, & ſpecialiter ijs, quæ tibi tamquam ſponſæ dicatæ ſunt, quæ in tuis habitaculis commorantur? etſi in rebus tranſeuntibus communicatio eſt, communica eis te ipſum: in illis etiam de te gaudeant, & fruantur, meque omni gaudio ſolatioque priua, dummodo ad te veniant; nec etiam in temporali aliquid illis deſit, ne illud perquirant, & perquirentes, à te aliquo modo recedãt, teque relinquant; ſcio melius eſſe parũ in domo tua, quam nimium; & melius
Pſal. 36. eſſe pati, quam abundare. *Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorũ multas.* Si vero incommoda hæc, & neceſſitates tuorũ habitaculorum ad proprietatem requirendam inducent, alijs inſpira, vt pauperes religioſos in ſuis ſubueniant neceſſitatibus, ne propter has à te recedant, ſed ſolum te quærant, qui es ſuper omnes diuitias, ſuper omne delectamentum, ſuper omnem voluptatem, & gaudium.

3 Vt autem ad tuam redeam communicationem, aio, eam eſſe ſimilem illi arbori, quæ Abies nuncupatur, quæque adeo ramos ſuos extendit, vt quilibet vellet ſub vmbra illius manere; ita etiã tu, ò Verbum, cuilibet communicationis tuæ ramos expandis, ſed non quilibet *ſub vmbra tua* quieſcir. *Sub vmbra illius* Cant. 2.
conſolabitur me. O Verbum, eoſdem ramos tuos extende, vt ſaltem eorum aliquis ad te redeat.

4 Vidi Deum ſedentem ſupra thronum magnum, & eleuatum, & communicantem ſe creaturæ ſuæ, & procidentes Angeli adorauerunt eum dicentes: Admiramini omnes, qui diligitis eum, in communicatione maieſtatis, & bonitatis ſuæ. O quæ communicatio Verbi mei, creaturis ſuis, ò quam largè, benignèque ſeipſum communicat, & tamen nec cognoſcitur, ne dicam diligitur, & poſſidetur: nec poſſidetur quia, nec poſſeſſio, quam de ſe ipſo præſtat cognoſcitur. Quis autem hanc impedit cognitionem, ne hac poſſeſſione, vt par eſſet, frueremur? *Redime me à calumniantibus,* Pſa. 118.
vt cuſtodiam mandata tua. Perfidum noſtrum velle, quod voluntati tuæ opponitur, vocibus ſuis obedire nolentes. Hoc, magnam ſecum malignorum aciẽ conducit ò quot vitia, Dei operationes nobis calumniantia, faciunt, vt mandara tua non cuſtodiamus; ſed tamen conſolamini, conſolamini, quia non repudiauit deſiderium ſponſæ ſuæ cum ſponſo electorum ſuorum.

Dixi tibi, ecce *nõ mouebor in æternum,* Pſal. 29.
Portio mea tu es.

Dixi cuſtodire legem tuam. Pſa. 118.

Domine non eſt exaltatum cor meum, Pſ. 130.
neque elati ſunt oculi mei. Amen, Amen.

IN-

Digitized by Google

INTELLIGENTIARVM DIVINARVM B. MARIAE MAGDALENAE DE PAZZIS,

ORDINIS CARMELITARVM

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

Se in æterni Patris voluntate relaxat, à quo dulci colloquio, plura de Diuinis proprietatibus intelligit.

1 RElaxabo me totam in te Pater. plane tanquam mortuam in hac mea relaxatione, quę eſt nihil velle, nihil intelligere, nihil ſcire, niſi quod tibi Patri æterno placet. & ab hac nemo me auertat, non Angeli, non ſpiritus beatus, nõ dæmon aliquod, non aliqua creatura. Agite tamen quidquid vultis: Relicta ſum, & gaudebit cor meum in me. Propter relaxationem iſtam communicauit ſe Pater mihi ad vtilitatem meam, & aliarũ animarum. *Domine probaſti me, & cognouiſti me* in relaxatione quam ſeci in te. *Pſa. 138.*

Hic, verba ſimul, & actus. In relaxatione iſta aſcondit faciem meam.

In relaxatione iſta poſuit cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis.

In relaxatione iſta ligauit manus meas in operationibus meis.

In relaxatione iſta ligauit pedes meos, & ipſe Pater eleuabit me.

In relaxatione iſta cuſtodiuit cor meũ.

In relaxatione iſta eleuauit, & illuminauit intellectum meum, & voluntatem meam.

In relaxatione iſta roborauit me.

In relaxatione iſta mouebit, & firmabit affectum meum.

In relaxatione iſta illuminauit oculos meos.

2 Æqualitas tua Pater æterne generat in nobis infinitas operationes. In quibus, æterne Pater, generat hos fructus æqualitas tua? in multis, & valde diuerſimode. etiam. Multi, & multi ſunt gradus. etiam. Veritas mea in terris veniens; meam manifeſtauit ęqualitatem: Ad hoc ſiquidem, & propter hoc principaliter eum miſi, vt teſtimonium redderet veritati: Mundani autem homines magis dilexerunt mendacium, quam veritatem, & cur hoc? quia cæci à proprio amore redditi, eiuſdem meæ veritatis lucem, quam eis tanto ardenti amore miſi, cognoſcere nõ valuerũt; etenim ut ait dilectus meæ Veritatis diſcipulus, *Sic ego dilexi mundũ, vt filiũ meũ vnigenitũ darem, vt omnes qui crederent in eum, non perirẽt, ſed haberent vitã æternã.* Homines autem ſeipſos amantes, magis diligentes tenebras, quam lucem, non fuerunt digni eadem lucem cognoſcere, nec recipere. *In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Et hæc poteſtas filios Dei fieri, fuit veluti dicere, quod ipſi, aliquo modo, per gratiam fieri poterant mihi æquales, filio meo æquales facti, cum filius, & Pater idem ſint, & conſequenter cum mea æqualitate. Poterant deinde aliquos etiam fructus generare, cum capaces effecti fuerint, intelligendi quidquid Veritas de me notum fecit illis, tam in incarnatione

Anima. (beside line 2) — *Pater.* — *Anima.* — *Pater.* — *Ioan. 3.* — *Ioan. 1.*

Verbi

Verbi mei, quam in Natiuitate, & in tota vita, morte, & paſſione illius. Etenim vt melius audiri poſſet, ſuper cathedram Crucis aſcendit, in qua apertius manifeſtauit operibus, quod in vitæ reſiduo docuerat verbis. Nec modo æqualitatem, ſed etiam eſſentiam, & humanitatẽ meã oſtendens ſe totum voluntati meæ vnitum, ſicuti idem ſimul in eadem natura, & ſubſtantia ſumus. Nec à Cruce deſcẽdens, nec aliorum verbis motus, ſed totus in mea volũtate relaxatus, vt in horto dixerat, ***Non mea voluntas, ſed tua fiat***, exemplo, & verbis modum vos docuit obſeruandum, vt priuilegium hoc, eſſe filios, & fructus, qui ex hoc in alijs naſcuntur, cõſequeremini. Ipſe docuit omnem proprium amorem abhorrere, contemnere diuitias, paupertatem amare, Sancta obedientia, propriam ſubijcere, & abnegare voluntatem, quemadmodũ ipſe fecit, qui eſſe voluit ***Obediens vſque ad mortem Crucis.*** Qui ita faciunt oſtendunt cordis aure intellexiſſe, brachijſq; affectus meam amplexos fuiſſe veritatẽ, quam complexi, meam filiationem, meique incarnati Verbi fraternitatem promeriti ſunt; Ac ita etiam tu filia mea, meique vnigeniti ſponſa intellexiſti, qui ſint qui acquirunt, & in quibus æqualitatis meæ fructus generantur.

Luc. 22.

Anima 3 Qui tuam eligunt veritatem; eh,

Pater Siquidem.

Anima O Pater, eos in Cruce vnigenitus filius vocauit.

Pater Etiam filia, & ſponſa vnigeniti mei.

Anima O, etiam Pater, ſed qui ſint illi peculiariter, ſcire vellem, in quibus tua hæc æqualitas manifeſtatur.

Pater Primo ſunt hi, filia mea, qui meis ſe ſubdunt mandatis, quibus omnes tenentur, cum ſint de lege naturali, à qua nemo excipitur, cum naturæ lumine à me in mente cuiuslibet impreſſo, cognoſcãt legem hanc obſeruare debere; hi autem qui mandata ſolum obſeruant, à vobis, ſeculares nuncupantur: eſt deinde gradus multo maior, eorum, qui ſequuntur electionem, quam te elegere feci, vocati Religioſi, & ambo hi perſonarum gradus, niſi amore proprio impedimentum præſtant, ad acquirendã æqualitatẽ meã cum fructibus ſuis apti ſunt; ego enim ſemper paratus ſum ad eam dandã: ſcis filia; ſeculares, voluntate, inordinatoque rerum tranſeuntium affectu mihi grati * redduntur, quia, vt meus inquit Apoſtolus, Rebus huius mundi tanquam non ſuis vti oportet, ***Vtuntur hoc mundo tamquam non vtantur***, & ſcias quod magis concupiſcentia, quam ſubſtantia rerum huius mundi hominibus nocet. Itaque inordinato huic affectui rerumque tranſeuntium amori renunciãtes, apti reddũtur, vt fiant mihi æquales. Vobis autem mihi conſecratis, hoc non ſufficit, rerum ſcilicet tranſeuntium affectum relinquere, ſed vt vosipſos relinquatis opus eſt. Si enim in totum, & totaliter vosipſos non reliquiſtis, nihil feciſtis. Primi apertius ab amore proprio decipiuntur; cum enim multa poſſideant, proprium amorem, mediantibus ipſis rebus mundanis, & tranſeuntibus facile nutrire poſſunt. Vos autem ſubtilius à proprio amore decipimini, quia eum nutrire poteſtis, ſępiuſque eum mei prætextu nutrire poteſtis. Filius meus vnigenitus eumdem proprium cõtempſit amorem, vos etiam docens ad eum contemnendum, quando pro vobis ſpinis voluit coronari, quæ corona dolore, & contumelia plena fuit. Scias igitur quod amor proprius eſt, cõmodum, honorem, propriamque gloriam quærere, quod ille totaliter reliquit, volens è contra affligi, contemni, & inhonorari: hoc ergo intelligere cura, & in neceſſitatibus vtere; cumque oportuerit, alijs etiam comunica.

**Ingrati, potius dixerat.*

1. Cor. 7.

Anima 4 Tu Pater meam agnoſcis infirmitatem, auxilium præſta.

Pater Heia nunc volo, vt intelligas, qui ſint, qui proprium non habent amorem, & præcipuè apti, ad meam recipiendam æqualitatem, alijſque manifeſtandam redduntur: Qui in totum proprium eorũ velle, & eſſe à ſe, tanquam à ſe ad nihilum redegerunt, nihil præter meũ velle, volentes, nec aliud quærentes, quaſi in ipſis aliud velle, & eſſe, quam voluntatis meæ non eſſet. De iſtis dicere potes, proprium non habere amorem, & iſti ęqualitatis meę capaciſſimi ſunt, vt dixi,

quia ſeipſis prorſus carentes, vt me impleantur oportet; cumque meipſum plenitudine mea comunicem, animas me impleo: anima verò ita plena redditur per gratiam mihi æqualis: & ſcias quod quando me plena eſt, nec fatigationem amplius, nec nocentem habet laborem, eo quod plenitudine mea eam alleuem, nec amplius triſtatur, eo quod in me, tota plena ſit gaudio, poteſtque dici, quod in me ingrediens, & ego in ipſa; Intrat in gaudium Domini ſui. Quando autem me plena non eſt, eo quod eleuata non ſit, tunc, vt ait Auguſtinus meus, *Pondus ſentit, & noxam.* Inſuper filia mea ſcias, quod Veritas mea in Cruce, meã æqualitatem oſtendit, quam cum oſtendiſſet producendo creaturam ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, oſtendit poſtea in Cruce creaturam recreando, mediante aſperſione ipſius ſanguinis: non enim poſito meo decreto, poterat eam perfectè ad illud eſſe, quod prius ante peccatum habebat, & ad aliquam gratiæ, donorumque meorum cõmunicatione reducere, niſi ille, qui eam creauerat; quẽadmodum nullus artifex, vas fractũ reformare, & ad priſtinum reducere poteſt, niſi ille, qui illud compoſuit, ſcitq; quomodo formatũ ſit. Vnde, ò filia Vnigeniti mei, ſcias, quod illi redduntur apti ad ſanguinis aſperſionem recipiendam, qui apti ſimul redduntur ad recipiendam in ſeipſis, & manifeſtandam æqualitatem meã per gratiæ meæ, quam cauſat, receptionem.

Anima 5 Dic etiam parum, ò Pater, in quibus ipſa tua manifeſtatur æqualitas?

Pater Scis filia, qui ſunt illi, qui mihi æquales fieri, pro ſuo poſſe, nituntur? Qui omnia ſua cum ſinceritate agunt. Quia verò vos infimæ creaturæ, mihi æquales eſſe non poteſtis, ideſt in mea magnitudine, potentia, & bonitate, poteſtis nihilominus ſinceritate, & incompræhenſibilis meæ ęqualitatis complacentia, mei ſimiles fieri. Etenim ſicuti amor, & complacentia, quamdam præbet communicationem, & cõmunicatio reddit æqualitatem, complacente ſibi anima de incompræhenſibili æqualitate, quæ eſt inter noſtras diuinas perſonas in indiuidua Trinitate, ea complacentia, aliquo modo de eadem participat. Scias autem quod illi, qui in ſæculo ſunt, non poſſunt talem ſinceritatem habere, niſi totaliter in charitate relaxati ſint. Vos vero Religioſi, ſi in obedientia totaliter non relaxatis, eamdem nunquam habebitis ſinceritatem; Quoad opus enim, potius vos in obedientia, quam in charitate relaxare poteritis, eo quod ad exercendã charitatem, pauperibuſque ſubueniendis, diuitias non habetis. Nec exſternis auxilijs ſæculares adiuuare poteſtis, quia vobis ſublatus eſt modus faciendi opera, quæ ipſi faciunt; affectu autem, & deſiderio, charitatem, quam ſeculares opere pręſtant, longè ſuperare poteſtis. Vnigenitus meus in Cruce ſtatũ ſuum, obedientia demonſtrauit, dicens *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Nec charitatem vnquam habebit, qui obedientiam non haber, nec erit vnquam obediens, qui humilis non eſt, ſcis: charitas me mouet, & obedientia ligat; charitas mater eſt, obedientia eſt filia. Quomodo autem narratur de filia illa, quæ lacte ſuo Patrem nutriuit, ita etiam obedientia nutrix eſt charitatis, & quemadmodum in Vnigenito meo, qui eſt in nobis, & cum Spiritu Sancto omnia continentur, ita in obedientia, & charitate omnia continentur.

6 O Pater, & vtraque ſic parum cognoſcitur? totum à mea procedit ingratitudine, ò Pater fac eam cognoſci, vt diligatur. *Anima*

Et puritas veluti ſpeculum vobis apponitur, vt in ea totum, in quo deficitis in ijſdem virtutibus cognoſcere valeatis *Pater*

7 O Pater æterne, ſi nõ præſumo, dic parum, quid ſit hęc ęqualitas tua, & quid eſt, quod Veritas tua, Verbum tuum, ſit potens, ſapiens, bonum, ſicut tu, & ſpiritus tuus ſit potens, ſapiens, & bonus ſicut illi. Hæc eſt æqualitas tua, eh? *Anima*

Etiam, filia, & ſponſa Vnigeniti mei, tu ſcis quod Fides mea Catholica docet, nos tres eſſe in perſonis, & vnum in eſſẽtia; Patre communicante Verbo, & cum Verbo Spiritui Sancto diuinitatem, diuinaſque perfectiones æternaliter: & quẽadmodum vnum in eſſentia ſumus, ita in *Pater*

opera-

operationibus ad extra, eo quod omnes diuinæ Perſonæ ſimul operentur; ſolum in Verbi mei incarnatione, in quantum fuit opus à perſona mei Verbi terminatum, quia ipſa incarnata eſt, licet omnes Diuinæ Perſonæ cõcurrerimus; credere debes, & confiteri, quod ſæpè te edocui quod fuit opus ſolũmodo ad perſonam Verbi mei terminatum, nulla Diuinæ Perſonæ (cuius capax non eſt) mutatione, vel alicuius accidentis alteratione, ſed tantummodo humanitatis: & hæc interna Diuinarum Perſonarum inter ſe comunicatio eſt cauſa æqualitatis in diuinitate, & hæc alia communicatio perſonæ Verbi mei creaturæ rationali,& cũ creatura hęc fit cum nodo ligante,ſimulque cunctas alias creaturas inter ſe connectente, conſequenter creaturis omnibus eſt cauſa cuiuſdam æqualitatis, poſt hoc beneficium inter creaturas,& Creatorem. Et quemadmodum quando vos res duas ſimul vnitas ſumitis, illas operando dicitis. Hæc eſt vna æqualitas; ita nos.Opera quæ mecum facit humanitas, & ſpiritus meus, æqualia ſunt, cum nos idem ſimus. Et hæc propriè,filia mea,eſt æqualitas. Vnigenitus meus primum nobilioremq; fructum vobis reliquit,quando ſeipſum in Sanctiſſimo Sacramento reliquit: fructus etenim, vt ſic dicã, meæ æqualitatis ipſemet eſt; primum, ſi origo in mea diuinitate reſpicitur, quo ad perſonam Verbi,& Spiritus Sancti, cum primum non niſi origine, non tempore; quia nec prius, nec poſtea,eſt in æternitate, nec differentia, nec maioritas perfectionis, vbi vna eademque eſt natura, ſubſtantiaque diuina, omnibus Perſonis diuinis æqualiter communicata,ſed primum origine eſt Verbum, quam Spiritus Sanctus, eo quod ego cum Verbo, Spiritu Sãctum ſpiremus;Spiritus autem nõ eſt mecum generatiuus, & productiuus Verbi, eo quod producens,non poteſt eſſe productum à producto, & ideo primum fructum appello, de quo,admirabili modo,ſolumque à nobis comprehenſo,vos gaudetis. Cum, euiſceratum oſtendendo amorem, quo propter vos arſit, ardetque,conceſſerit vobis,vt poſſitis, toties, quoties vultis, illum manducare,& quoties ipſum ſumitis, ſumitis etiam me, & cõſequenter Spiritum meũ, totamque Sanctiſſimam Trinitatem, per concomitantiam in hoc Sacramento venientem. Ac ita cum ille ſit fructus meæ æqualitatis, ipſum ſumentes, æqualitatẽ meam toties ſumitis.

Anima 8 Etiam Pater,hæc tua æqualitas ingens magnitudo eſt, ideo ſcire cupio, quomodo obſequi poſſit hæc æqualitas tua. Eia Pater,dic.

Pater Scis, quomodo filia? mittẽte me Vnigenitum meum ad ſumendam carnem humanam,Ipſe veſtrum eſſe aſſumpſit,vt & vos ſuum,& conſequenter meum, ſumere valeatis:vnde corpus, animamque veſtram, in puritate, & ſanctitate cuſtodientes, gratum æqualitati meæ præſtatis obſequium.

CAPVT II.

De Puritate, & quantum Deo placeat,cum æterno Patre colloquium habet.

Anima ORo, Pater, dic. Quid in hac puritate dicere vis, & quid de hac puritate intelligis? ego non intelligo.

Pater Scis,quid ſit iſta puritas? intimus animæ candor omnium operum, & intentionum directio in me, & cum continua ſapientia conſeruatio.

Anima Quantum tibi placet hæc puritas?

Pater Scis quantum? Dicam; me ſapienter intellige.Quantum ego placeo mihi ipſi, Oſtendi hoc ſiquidem,Vnigenitum meũ mittendo,vt in Virgine puriſſima incarnaretur;ipſumque Verbum meum etiam quantum ſibi placeret oſtẽdit, eumdem ſtatum eligendo, & poſtea puro Ioanni tot ſublimia ſecreta reuelando, eumque ſuper alios propter eius virginitatem,& puritatem diligendo.

Anima O æterne Pater,tu ſcis,quã parum cognoſcitur hæc puritas,& amatur, extende parum liberalitatem tuam, & penetrare fac;quam pauci, fructus in hac puritate fiant, & quod ab ipſa colligitur. Me fructum non facere,totius mali cauſa eſt.

Pater 1 Æqualitati meæ deinde præſtatur obſequium, omnibus ſæculi huius renũciando, non modo pompis, diuitijs, & facultatibus, ſed etiam rebus omnibus vanis, & tranſeuntibus, quæ ad punctum maculare cor poſſint, & impedire, ne eã dem poſſideret puritatem. Hoc autem facitis vos Religioſi, voto ſanctæ paupertatis, per quod non modo vobis non licet aliquid proprium poſſidere, ſed etiã voſipſos totos, & totaliter reliquere debetis, omni proprio amore exuentes. Et quemadmodum dixi tibi, quod mea Veritas omnem proprium abhorret amorem, & conſequenter abhorret etiam ſuperfluam omnem poſſeſſionem rerum tranſeuntium, ac vanarum, quæ adeò à pluribus hodie diligũtur. Bene hoc Vnigenitus meus in Natali ſuo, & in tota vita ſua manifeſtauit, præbens tantæ paupertatis exemplum, vt diceret, *Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet*, Et ſuper omnia tot plagis in Cruce moriens, proprijs veſtimẽtis, propriaque pelle, ac carne exutus. Hoc autem, ipſo, qui mecum eſt, manifeſtante, cum ipſo etiam, & ego manifeſtaui, & conſequenter etiam Spiritus meus Sanctus. Nõ dixit etiam ille, requiſitus quid faciendũ eſſet ad eum perfectè ſequendum, quod omnia vendere, & relinquere oportet? Quod ſi hoc à cunctis requiro, mu'to magis in illis, & in illas exigo, in in eo ſtatu in quo elegi te: hoc autẽ oportet, vt tot tantiſque Religioſis notum faceres, qui hodie in hoc proprio poſſidẽdo decipiuntur, ex quo tot inconueniẽtia in religionibus oriuntur, & ſpecialiter diuiſiones, & partialitates, quæ adeo mihi diſplicent, cum ſint meæ charitati contrariæ, & per eamdem proprietatem rumpitur hæc pulchra vnio, quam requiro. Et conuenit, vt hoc intelligatur in congregationibus earum, quæ in meis habitant habitaculis, cõuenit hodie magis, quam alio tempore; eo quod in hoc deficientes, maior eorum pars latronum ſpeluncę euaſerunt. Et vnde oritur hoc filia, & ſponſa Vnigeniti mei, niſi à maledicta hac proprietate, qua totaliter vinculum ipſius charitatis fregerunt? Et quo excuſantur? Forſitan dicendo, quod ego vires non præbeo, ſicuti & præteritis electis meis, & ideo à feruore deficiunt, nec valent paupertatis incommoda ſubſtinere, vt dixi, *ad excuſandas excuſationes in peccatis*? Et quid? non ſum ego ſemper promptiſſimus ad pręſtandũ auxilium gratiæ meæ, petentibus? ò forſitan, non eis eandem tribuo fortitudinẽ? Ab ipſis autem prouenit, & in finem vitæ cognoſcent, cum loco præmij, & coronæ ſicuti falsò putabant, tanquam à fide, ſolemni voto, ac promisſione præſtita, deficientes, æternam pęnam, tormentumque recipient. Ah fatuæ, non aduertentes hoc illis propter earum culpam euenire. Non illum feruorem, & charitatem habent, quam præteriti electi mei habuere, nolentes ſe à rerum trãſeuntium inordinato affectu ſpoliare: & licet aliquæ ſint, quæ hoc habeant; vna inter mille, nulla eſt. Et ſcias, quod non multum mihi curæ eſſet, ſi ipſi magnum nõ haberent feruorem, quem electi mei in tot pęnitentijs, ieiunijs, vigilijs, diſciplinis habuerunt, non ad hoc reſpicerẽ non, ſi in eis eſſet vinculum charitatis, & vnionis: ſi enim interius haberent, parũ, vel non multum curæ mihi eſſet de exteriori: quemadmodum enim in homine ſpiritus eſt mei ſimilior, quam corpus, ita pluris facio ſimilitudinem, quam quis in eodem ſpiritu, & interiori, mecũ curat habere, quã in exteriore; eo quod ſine interiori, exterius parum, vel nihilũ valet.

Matt. 8.

2 Æterne Pater, ſcio, quod audebo petere, quod non eſt poſſibile impetrare; quia verò ſic me confidentem reddit amor tuus, dicam propter deſiderij exceſſum. Eia æterne Pater, commoda mihi tantiſper potentiam tuam, vt ego tãquam paruula valeam omnia penetrare: ſi enim tantam haberem gratiam, vt poſſim in ijs cordibus introire, quæ tantum te offendere video, ita agerem, vt ipſa charitas in illis penetraret. O æterne Pater fac, vt fructum aliquem iuxta votum meum videam; ſi tamen non vis, vt videam, age ſaltẽ, ut quælibet anima hanc acquirat charitatem, qua omnia habentur bona, & ſine qua nullum, quod ſit

verum

verum bonũ haberi poteſt. O ſi ego poſſem vitã ponere, meque ipſam deſtruere, vt perſona aliqua hanc charitatem acquireret, ò quam libenter hoc facerẽ. Infunde Pater, infunde Spiritum tuũ in chriſtis tuis, in linguis igneis, ſicut in Sanctis illis Apoſtolis infundiſti: quid autem? vt diſpoſiti ſint, oportet, velut arida ligna, vt diuinum hunc ignem recipere poſſint. Diſpone eos tu, ò Verbũ, eo amore, quo ſanguinem tuum effudiſti. O æterne Pater, tibi offero Verbum tuum, & totum quod in te eſt, eumdẽq; ſanguinem pro omnibus tuis creaturis. O æterne Pater, hanc infunde charitatem, infunde, quia te obſecro, ò Pater, ſine me, vt ſtulte loquar, qualis ſum. O Pater, ſi ad me pertineret, ego violenter, ſi amore nollent, infunderem. Scis autem Pater, quod præſumit amor; parce ſi loquor ita, ſcio bene quod magnitudo tua eſt, liberam feciſſe creaturam.

CAPVT III.

Charitatem eſſe diuinę æqualitatis fructum intelligit.

Pater 1 CAriſſima ſcias, huius charitatis infuſionem eſſe fructum illius æqualitatis, de qua quid eſſet interrogaſti. Ecce, quod ego fructũ dedi adeo copioſum, vt poſſis confiteri, ſi vis, te non intelligere, eo quod nulla creatura illũ nunquam potuit, nec poterit intelligere. Hoc autem clarè Veritas mea tibi manifeſtauit in Cruce ſanguinis ſui effuſione, propter magnam charitatem ſuam; quia cum Verbum mihi eſſet æquale, vobis etiam æquale fieri voluit, vt vos mihi æquales euadere poſſitis, non quidem in potentia, ſapientia, & bonitate, ſed modo poſſibili, vobiſque conuenienti: dicente ipſa mea Veritate, *Eſtote perfecti ſicut, & Pater veſter cęleſtis perfectus eſt.* Matt. 5. Charitas hæc, ò filia, eſt velut aureum ligamen, vt ſic dicam, à me procedens, agens, vt animæ mecum, deinde inter ſe vniantur in me, ſicuti in vna eſſentia, & Deitate omnes diuinæ Perſonæ vnitæ ſumus. Quemadmodum ardentibus obſecrationibus hoc petijt Verbum meum in vltimo ſuo charitatis colloquio. *Vnũ ſint, ſicuti nos vnum ſumus.* Ioan. 18. Verum tamen eſt, quod charitas in uobis non eſt ita intrinſeca, & eſſentialis ſicuti in nobis: licet enim ſit donum meum, meaque dona nunquam auferam, nec vos relinquam, niſi offendar, & relinquar à vobis, (ſine pęnitentia ſunt dona Dei,) ſubiecti nihilominus eſtis ad ea amittenda; veſtraque culpa, ac miſeria, nil facilius, paruoque veſtro dolore, amittitis, quam hanc, eo quod huius doni altitudinem minime cognoſcatis.

2 At, ò quam magnos effectus facit charitas hæc. Vides filia ignẽ aliquem; licet magnus, & ardentiſſimus ſit, ſi ſupra ſtipulam, vel tenuem ſtuppam cadit, magnum efficere nequit effectũ, eo quod materia recipiens non eſt capax. Vnde in puluere tormẽtario, vtpotè magis diſpoſito, cum magna adeſt quantitas, ò quos mirabiles præſtat effectus carbunculus vnus, vna fauilla. Turres diruit, propugnacula euertit, integras deſtruit ciuitates; non eſt, nec montis altitudo, nec durities lapidis, quæ tam magno impetu reſiſtere valeat, & regere. Charitas mea ignis eſt adeo ardens, vt nõ niſi nos intelligere valeamus eum; ſi in humanis cadit peccatoribus, & in cordibus hominum, a meo diffuſa ſpiritu, non poteſt illos effectus, quos in me facit, præſtare. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis,* Rom. 5. dixit filius meus diſcipulus ille, quia vos eſtis veluti palea, & fænum, *Omnis caro fænum,* Iſa. 40. ſequitur quod tota illius vis minimè oſtendi poſſit, & tamen vides, filia, huius ignis vim in vobis factam. Memoriter Sanctorum opera numera, & vides quid per hanc charitatem non fecerunt? in tormentis lætabantur, iubilabant in crucibus, Tortoribus potius deficiebant vires, quam cor tormenta ferentibus; potiuſque membra à tormentis deſtructa ijs, qui ea offerebant, quam patiendi deſiderium, & inuicta, ac gaudens eorum patientia. Nec tot affligendi adinuentiones humana malitia reperit, nec tot nocendi modi ab inferno exierunt, vt dicebat dilectus ille, & Chriſtifer Ignatius,

Digitized by Google

tius,quot plures non concupiſceret. Totum fuit vis huius charitatis.Cerne quid ipſa in tot paruulis Virginibus,ætate teneris, ſexu fragilibus fecerit; Qua eas armauit conſtãtia? quo velle cooperuit? quomodo vicerunt, & de omni humanę malitiæ vi, ac diabolica ſuggeſtione triumpharunt? Totum fecit hic ignis in palea accenſus. Cogita tot paruulos, & Puerulos, qui cum adhuc non valerent lacteas ſoluere linguas ad confitendum, amore tam mei ſupplicia grauiſsima à Tirannis illata, tot etiam pęnis mortem ipſam,quæ in corde firmioribus terribilis, ac horribilis eſſe ſolet, patiendi animum habuerunt. Recognoſce tamen totum fuiſſe huius flammę charitatis,vt dicebam, in parua ſtupa ardentis. Memoria, ac cogitatione progredere,intra in deſerta,ac ſolitudines Thebaidæ,Nitrię, Scitiæ,in tot alios Ægypti,& Siriæ locos, illa penetra cubicula, quæ mortuorum ſepulcra, non viuorum habitacula videbantur, loca illa vel propter calorem nimium veluti fornaces, ardentia, vel nimio gelida frigore; Montes illos, illaſq; horridas, ſquallenteſque arenas, omni delectatione, ac conſolatione, quam naturæ veſtræ fragilitas requirit, carentes. Conſidera quomodo ab omnibus mundi rebus, magis autem à ſeipſis ſeparati viuebant; in carne quidē,ſed veluti carne carentes; ſpiritu ſolo conſtantes; nudi ſine veſtibus, Solis radijs, geluque expoſiti; gelidos intrantes lacus: non modo aſperrimis cilicijs cooperti,ſed & ferreis laminibus, catenisque præcinti. Non dormientes, nec comedentes, non inquam, niſi quantum ſufficiebat ad ſuſtentanda membra illa, quæ potius arida apparebant cadauera,quam viua corpora videbantur,quantum autem fieri poſſibile eſt,nō niſi vi charitatis meæ.Aſpice ex illis aliquos iugiter ſuper columnas ſtantes, cunctis temporum incōmodis, iniurijſque expoſitos, alios intolerabilibus ſeipſos macerare ponderibus, alios in vigilijs, noctes iungere, & coæquare diebus; & veluti Angelos, qui ſēper faciem meam vident, animo, ac cogitatione in perpetua contemplatione fixos iugiter permanere. Sciaſque, ò Filia, quod ſicuti ea,quæ amore veſtri Dilectus filius meus operatus eſt, multo plura fuere ſecreta,quam ſcripta; ita incomparabiliter, & improportionabiliter, exceſſu infinito,maiora fuerunt Sanctorum opera, mihi nota,alijs etiam electis in alia vita, quam ea,quæ de ipſis fuerunt literis demandata. Vt autem magis ò filia, vim meæ charitatis intelligas, perge cogitatione ad enodochia, & ad tot ſeruorum,ſeruarumque mearū antiqui temporis clauſtra, cerne opera à Religioſis initio, & feruore Religionū patrata, quam grandia, quam ſtupenda fuere? De noctibus quærebantur, quod pro vigilijs nimium eſſent breues, quod Sol citius oriretur, eo quod à dulciſsima quiete contemplationis,in qua me fruebantur, excitaret. O qualis ardor charitatis, ò qualis feruorum meorū feruor? & ex quo totū hoc oriebatur, niſi à meę charitatis ardore,in parua palea accenſo? *Omnis caro fœnum.*

3 Eleua nūc te cogitatione, filia mea dilecta,& ſponſa Verbi mei, eleua te ad me,tibique ipſi loquere,ſi hunc effectum facit charitas hæc creaturis meis communicata, quæ comparatione illius,quæ in pectore meo exardeſcit, veluti fauillula eſt, reſpectu totius mūdi,ſi flamma, ac ignis eſſet. (nulla ſiquidem eſt comparatio, quæ hoc poſſit exprimere, cum nulla in rebus infinitis ſit proportio) ſi charitas hæc, quæ minor eſt fauilla in palea,vel ſtupa (quales ſunt creaturę reſpectu mei) cadente, tales facit effectus, quid faciet incendium infinitum,& ęternum in eo pectore, quod velut efficaciſſimus puluis eſt, ad diripiendum, & deſtruendum omne contrarium, quod opponatur, creaturarum ſcilicet mearum ingratitudinem? Et ſcias, ò Filia mea, quod ratio me mouens ad benefaciendum creaturis, hominique beneficiorū meorū obliuioſo,quodq;me ſtimulat pūgitq;ad impendenda ei beneficia,meque communicandum, non eſt quod ille reſpondeat, cum ingratiſsimus ſit, ſed vis meæ charitatis ſumpſit pro ſtimulo illius ingratitudinem, illiuſque offenſas; quātoque magis me offendit, & maiora ſunt eius demerita, tanto magis vis huius

ius

Digitized by Google

ius ignis in me creſcit, ut ei auxilier: & quanto plus me fugiebat, & à me recedebat, tanto magis decreui eum ſequi, mecumque vnire, ita faciendo, ut Verbum meum fieret homo, qui à me recedere nunquam poſſet. Propter eamdem charitatem vos creaui, propter eamdem Vnigenitum meũ miſi ad vos, ſic dicam,
1.Ioa.4.n.16. Rom.8. Eph.2. recreandos, ut ait dilectus Ioannes. *Propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos Deus filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati*. Videte: quia miſi, ut ſimilis vobis fieret, propter eamdem charitatem omnia dona vobis impertio, propter eã mei particeps facti eſtis, modoque tam admirabili iterum vobis in Altaris Sacramento unitur, præbetque pignus gloriæ, qua in paradiſo fruebatur. Propter eamdem etiam in cęlo mei ipſius fruitionem dabo. Charitas hęc eſt vinculum, ita ſtricte mecum animam ligans, ut idem mecum faciat eam euadere: qui enim in charitate manet, in me, & ego in eo. & hæc propria eſt participatio, quam cum
Ioan. 4. mea æqualitate habetis. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.*

Anima. Adeo, ò æterne Pater, charitatem hãc in creaturis deſiderare me facis, ut omnes, qui nolunt ſanguinis Verbi tui infuſionem recipere (per quam apti efficiuntur ad eamdem charitatem recipiẽdam) tot mihi inferni ſint, quot creaturę.

Pater. 4 Scis filia, qui ſint, qui ad eiuſdem ſanguinis infuſionem recipiendam redduntur inhabiles? qui cor induratum in malitia habent; ſcis etiam cur hoc non penetrant? quia finem poſuerunt in ijs, quæ ego ad ſuſtentandam naturam, & ut magis me cognoſcerent, & in ijs, ſenſuali dilectatione, ac voluptate, perſiſtunt. Veritas mea dedit uobis agnoſcere, quã
Ioan. 18. uilia, caduca, tranſitoria, & uana eſſent hæc temporalia, cum ait Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, ſe redditurum unde diſceſſerat, ideſt ad me, ſeque iturum ad præparandum uobis locum, & ex cunctis uerbis à Veritate mea prolatis, ſi aliquid cognoſcitis, comprehendere poteſtis, totaliter notum uobis feciſſe modum, quo ad hanc meam æqualitatem peruenire ualeatis. In illis uerbis, in quibus dixit, quod cibus eius erat facere voluntatem meam, non oſtendit quod voluntas ſua mea erat, & mea ſua? me- Ioan. 14.
cumque vnam ſolummodo uoluntatem habens, æqualitatem quam mecum habebat declarauit. Hoc inſuper uobis oſtendit, quomodo per gratiam mihi æquales eſſe poteſtis, quomodo valeat creatura per gratiam æqualis fieri, ideſt meam facientes uolũtatem, quæ regula, & Aquilo eſſe debet, ad quod ueſtra voluntas, veluti magnes, ſemper reſpiciat, & voluatur. Cum verò à mea recedit, hanc amittit æqualitatẽ, de qua tot dixi tibi. Nec opus erat ut Verbum meum propter aliud ea diceret, quam ut uobis id manifeſtaret, ut ab eo modum acquirendi hanc æqualitatem diſceretis. Nec etiam quæri poteſtis non dediſſe uobis notitiam bonorum, quæ præparaui, & quam uilia ſint hæc terrena, ut reſpectiuè ad illa, nulla ſint hæc. O filia, à quot tubis meis feci, ut hoc diceret? dilectus meus Apoſtolus Paulus non toties ait, Rom.
quod non erant condignæ paſſiõnis huius temporis, ad futuræ gloriæ bona? & 1.Cor.2.
quod, nec oculus unquam uidit, nec auris audiuit, nec hominis intellectus capere ſufficit, vel aſcendere ad id, quod præparauit Deus diligentibus ſe?

5 O æterne Pater, nõ doleo iam, quod te, bonaque tua nota minime feceris, ſed tamen doleo, quod à tam paucis penetratur, & ego magis cæca, quam ſit alia creatura, peccatis meis, in cauſa ſum. Tu etiam ſpiritu tuo dicere feciſti, quod ſermo tuus ſit penetrabilior omni gladio acuto, at, ò Pater, parce mihi, libertas Hebr. 4.
hæc arbitrij noſtri, quam dediſti, quamque à nobis requiris, hæc cuiuſcumque mali noſtri cauſa eſt, per eam enim à te recedimus. Neſcio; de ipſa me dolere vellem libertate, donoque hoc tuo: quomodo autem de eſſe meo, à te præſtito, dolere poſſum, & per donum hoc, ad imaginem, & ſimilitudinem tuam facta ſum? Totus amor es tu, ò Pater, & Domine mi, & propter amorem hoc donũ tribuiſti; quomodo dolebo de eo, quod totus amor eſt? ò Pater, cognoſco quid dicis, quia vero ut tui eſſent vellem, venire autem ad te nolunt, ut compelleres eos, cuperem.

Et

Pater Et quomodo vis, ut eos ad me uiolẽter traham? certo ſcias, me nunquam illos compulſurum. Non compellar, nõ, quia datum donum auferre haud conuenit. Nunquam tamen eorum cordiũ oſtia pulſare deſinam, ut videam ſi aperire, meque recipere, voluerint. Vide filia: ego ſum offenſus, & ad pacem petẽdam ſum primus. Ego expulſus, & læſus, & tamen ſemper *ſto ad oſtium* expectans, ut mecum uniam eos, & in corde meo recipiam. Et quid amplius pro illis facere poſſum? Age, ò Filia, proſequar, aliũ æqualitatis meę fructum enarrando, quæ eſt Miſericordia mea: itaque ſicuti proprium meum eſſe charitas eſt, ita etiam etiam miſericordia eſt, & hoc vobis manifeſtauit Veritas mea, quæ ut uobis miſericordiam faceret, iuſtitiam ſibi aſsũpſit, toto eiuſdem rigore pro vobis ſatisfaciens. Deinde miſericordiam laudauit,

Matt. 5. cum dixit, *Beati Miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*. Poterat ne melius hoc, & clarius manifeſtum facere factis, & exemplo, quam cum in Cruce eſſet poſitus? in qua me obſecrauit, ut ego offenſas, illi à crucifixoribus ſuis factas minimè recognoſcerem, nec ad ueſtras iniquitates attenderem, dicẽ-

Luc. 23. do, *Pater ignoſce illis: quià neſciunt quid faciunt*. Vide quomodo illas excuſauit, ut ad faciendam miſericordiam me moueret, nec eos, ut merebantur, punirem? deinde aliud dixit verbum. *Sitio*, calorẽ ſui amoris oſtendens, qui ſitim ſalutis cauſabat animarum. Adeo ſinum meum penetrauit, ut mouerim me ad conſolandam eam humanitatem, adeò pro animarum ſalute patientem, & afflictam, mouerim inquam me, ad manifeſtanda iterum illi humanitati, (licet prius nota illi eſſent) omnia dona, omnem gratiam, & omnem gloriam, quam ipſe omnibus ſuis, meiſque electis daturus erat.

Anima 6 Tuum penetrauit ſinum, ò Pater, & quomodo durum cor meum non pene-

Pſal. 88. trabit? ita ut bene poſſim dicere, *Miſericordias Domini in æternum cantabo*? & quomodo tot alia non penetrabit corda, ſi tamen aliquod ita durum ſit, ut in duritie, meo ſit æquale. Propter hoc te rogo, ò Pater, ut miſericordia tua velit virtutem ſuam oſtendere, eorum conſumendo duritiem immenſo ſuæ charitatis igne, & cuncti ſimul dicamus, *Confiteantur Domino miſericordiæ eius*. *Pſa. 106.*

Pater Scias, ò filia, eſſe meæ miſericordiæ fructum, meam veritatem agnoſcere: qui enim hanc non cognoſcit, de promiſſis meis non curat, nec extimat, nec meas pertimeſcit pęnas, nec fugere eas ſatagit. Et ab hac mea veritate oritur etiam æqualitas, de qua tecum loquor; ſiquidẽ à veritatis meæ cognitione oritur exiſtimatio, debitaque glorię appretiatio, qua æqualitas hæc acquiritur. Si vis autem intelligere qui ſint, qui meam odio haberit veritatem, & conſequenter meam contemnunt æqualitatem; ſcias, illos eſſe quorum hodie tanta copia eſt in terris, quos tu chriſtos meos appellas, & merito. Hi in Eccleſia mea, fictione, & hyppocriſi gradus quæritant, & dignitates; & quia ipſi, bonis exceptis, ſimulatores ſunt, & mendaces, ita in peiora ruunt, permittentes ut ſubditi ipſorum mihi etiam mendacio, hyppocriſi, fictione, ac ſimulatione deſeruiant. Non tibi videtur verum, ò filia? quod ipſi tabernacula, vaſaque ſacra, in quibus Verbi mei caro, & ſanguis quieſcit, & reſidet, tanto auro, tot gemmis, alijs ornamentis curẽt ornare, placet quidem, gratum habeo, hoc enim, honorem mihi debitum demonſtrat. Vellem tamen, ut ipſorum interiorem hominem, in quo iugiter habitare vellem, ornare ſatagerent, quem omni immunditia plenum retinent, adeò peccatorum, & iniquitatum ſuorum maculoſum, & ſordidum, imò, ut ſic dicam, ipſo inferno ſordidiorem; & deinde tãta impudentia audent ad domum meam venire, ipſorumque manibus me tangere, & in ſuo pectore me recipere: & quãtum hoc mihi diſpliceat, ipſa concipere aliquo modo, non autem plene intelligere potes, cum mihi ſolummodo, tibi exterius, mihi autem interius cum grauitate offenſæ, notum ſit.

7 O ęterne Pater da lumen, da lumẽ, quia totum à cæcitate procedit. O Veritas Verbi mei, fac ut verificetur te eſſe Veritatem, fac ut omnes te cognoſcant.

Hoc

Hoc lumen peto, quia illud promiſiſti,
Ioan. 8. ſcis te dixiſſe, *Ego ſum lux mundi*.

CAPVT IV.

Sapientiam eſſe alium Diuinæ æqualitatis fructum, agnoſcit.

1 ALius meæ ęternę ęqualitatis fructus eſt ſapientia. Quis autem meam manifeſtauit ſapientiam, niſi ſapientia mea, vobis hic deorſum data? Sapientia manifeſtauit modum acquirēdi illam, cum dixit. *Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam in vitam æternam cuſtodit eam*, & quis intelligit hoc? Quod, qui amat animā perdet, & qui odio habet illam cuſtodit? vnuſquiſque auribus audit, quis autem corde verba hæc benè penetrat? & quis factis oſtendit penetraſſe? *Sapientiæ eius non eſt numerus*. Non eſt, ò filia, magna ſapientia mea? in mundi tamen ſtatera ſumma eſſet ſtultitia, & quod ego mea dona comunicem; & quod ſemper offēdentis cor pulſem, quod dare velim meipſum, (quod maius præbere nequeo) voluntatem non habenti; eamdemque voluntatem, ſimul cum eadem ſapientia impendam. Vide filia, non tibi videtur, magnam ſapientiam eſſe, facere, ut cum inſipientia, & ſtultitia, eadem intelligatur ſapientia? Non eſt ſapientia magna, ut ego cum illa, quæ inſipientia extimatur, ſapientum ſapientiam perdam, & confundam, ſtultaque huius mundi eligam, ut ea confundam, quæ videntur, ſapientia, & prudentia plena?

(Ioan. 12. — Pſa. 145.)

Anima. Tuam non intelligit ſapientiam, niſi qui æternæ ſapientiæ tuę vnitus eſt: quēadmodum videri nequit Sol, niſi eiuſdē Solis radijs: & eſſet inſipiens, qui facem ad videndū Solem accenderet; ita ſtultus eſt, qui alio, quam tuo lumine ſapiētiam tuam acquirere, vel cognoſcere cogitat. Quod autem ad illud quod dixiſti nō intellexi illud Verbi tui dictum. *Qui amat animam ſuam*, & *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*, & quis intelliget, ò Pater, quod amando rem aliquā, odio habeatur, & odio habendo ametur? Non ſunt hæc contraria, ut nequeant ſimul ſtare, amor, & odium, eamdem rem, eodem tempore amore, & odio habere? ò rem magnam.

Pater. 2 O Filia, Amores diſtingue, & verbū illud, *in hoc mundo*, conſidera, & illa, *in vitam æternam*, & intelliges: non enim quod amor videtur eſſe, amor eſt, ſicuti non omne quod aurum videtur aurum eſt, ſed auricalcum, vel aliud ſimile fictū, & apparens. Quem vos proprium vocatis amorem, ſciatis, veriſſimum, perfectiſſimumque odium eſſe; nec hoſtis alicuius odium poterit vobis tantum nocere, quantum veſter hic amor, qui verè odium eſt, & ab ipſo omne veſtrum oritur malum. Ipſe, dæmoni ad vos tentandum, & vincendum, mihi ad vos puniēdos, & caſtigandos arma præbet, & ſine ipſo nihil vobis nocere poſſet, ut dixi; *Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis*? inquit meus Apoſtolus. Et hoc non æmulari, à proprio oritur amore. Vt autem aliquid plus dicam de ſapientia mea, à vobis hic deorſum inſipientia dicta, & tamen, ut ego eam voco, ſumma ſapientia eſt; non videtur tibi, quod Veritas mea vobis ſapientiam docuit, cum in Cruce in ſinu meo ſpiritum emitteret, dixit, *in manus tuas*, ò Pater, *commendo ſpiritum meum*. Per quod docuit, ut omnia veſtra ad me, à quo procedunt, reduceretis, cum eſſe veſtrum proceſſerit, procedatque ab idea, (quæ eſt in eſſentia, & eadem eſſentia mea eſt, cum in me nihil ſit accidentale) ut à voluntate mea, quæ tempore à me præfixo, poſuit in opere, quod ab æterno decreuerat. Nunc ſi vos ad me rediretis, quēadmodum à me proceſſiſtis, ad inſtar fluminū, quæ ad mare, vnde habuerunt originem, redeunt; ſi regreſſum ad me feceritis, in perpetua fęlicitate eſſetis: in me enim maneretis, qui omne veſtrum eſſe, & omne veſtrū bonum ſum. Docuit etiā mea Veritas ſapientiam hanc vobiſcum conuerſando, & declarando, quid facere debeatis, illis verbis, ante mortem, & poſt reſurrectionem ab eo prolatis. *Pacē meam do vobis, pacem relinquo vobis; non* Ioan. 14.

(1. Petr. 3.)

quomodo mundus dat ego do vobis. Sapientia, ò filia, quid eſt niſi perfectio, omnia ad finem ordinans? præteritum conſiderat, reſpicit futurum. Totum præſtat pax quæ in creaturarum corde eſt ſapientiæ fructus, dum me reſpicit. (Non loquor nunc tecum de pace cum proximo tuo, quæ ſemper à pace, quæ mecum eſt oritur, cum non poſſit eſſe pax vera cũ proximo, ſi mecum non eſt.) Hoc præteritũ conſiderat, quia ſemper vnionem illam à Verbo vobiſcum factam, ante oculos habet. Reſpicit præſens; ſemper intendens mentis aciem ad beneficium illud, quo Verbum meum ſeipſum vobis reliquit, ut iugiter cum eo vniri poſſitis. Futurum proſpicit, ſemper intuens iugem illum, ac firmum motum illius inſcrutabilis, & inexcogitabilis gloriæ, quam vobis vult elargiri. Qui ex vobis hanc poſſidet pacem, ſemper quieſcit in rebus præteritis, quas recepit; in præſentibus quas habere permitto, pacifica manet, & in futuris, quas ſumma mea bonitas præuidet daturas, vel dæmonum tentationes ſint, uel creaturarum perſequtiones, in omnibus quieſcit, & pacifica permanet. E contra, qui hanc pacem non habent, ut ſunt ſcrupuloſi, & tepidi, iſti ſunt ſemper inquieti, puſillanimes, & timidi, patratas offenſas iugiter cogitantes, & recogitantes; nec propter hoc ab illis conſuetis defectibus, & imperfectionibus ceſſant; itaut nunquam pacem in ſua cõſcientia habere poſſint; graues ſibi ipſis, alijſque effecti. In conuerſatione inquieti, in nullo ſtabiles, nec virtutes, nec bonum aliquod acquirere valent: ſcrupuloſi pro re minima, corpore, & ſanguine Vnigeniti mei ſeſe priuant, & ſub prætextu boni, quod nullum eſt, infinito bono ſe abdicant. Tepidi ſiſtunt, nec vltra procedunt, perfectionem acquiſiſſe autumantes, pro omni actu minimo alicuius bonæ operationis quam feciſſent, aliquibus externi feruoris motionibus confiti, omnia, propter hoc, feciſſe extimantes. Nec aliud curantes, in tepiditate perſiſtunt: & hi à me non approbantur. & ſcias, quod illi qui ad bona perpatrata reſpiciunt aliquid feciſſe arbitrantes, illud cognoſcentes, & in illo perſiſtentes, ad operandum de cætero redduntur inhabiles; illud idem amittentes, quod operati ſunt.

3 O æterne Pater, concede nobis lumen, cognitionemque huius pacis, quæ tanti boni cauſa eſt, ſine qua in tot defectibus labimur, & in tot malis: ò quot ſunt, qui paci huic contradicunt: ita nõ eſſent. Ego ſemper veritatem dicere cupio; in hoc autem magnum mendacium vellẽ dicere, & decipi. O pax, cur te cuilibet creaturæ communicare non valeo? ò cur illa, quæ eſſe deberem, eſſe nõ poſſum? quia me per totum extẽderem, tuũ, meumque deſiderium adimplendo; licet in re proprie deſiderium eſſe nequeat: mecum autem tuum eſt, cum ex me boni aliquid habere nequeam, ſed totum procedat à te, ideoque tuum eſt deſiderium. Quomodo autem pax eſſe poteſt, vbi tu nõ es, & quomodo eſſe potes, vbi tepeditas, & proprius amor eſt? *Anima*

CAPVT V.

Solum Deum eſſe humanorum cordiũ pacem, & quomodo vbicumque dari poſſit, intelligit. *Pater*

1 ETiam Filia mea. Diuitijs, auro, & argento, impleantur, cunctarum creaturarum præteritarum, præſentium, & futurarum gratiam quærant, ſi me, qui vera pax ſum, non habent, quieſcere nũquam poſſunt: ego enim ſum, qui omnia corda impleo, quia *Sum, qui ſum*, & impleo quod non eſt, tantoque plus impleo, quanto vacuum cor reperio, quodque ſuum non eſſe cognoſcit. Veritas mea ſic tandem pacem dilexit, ut Apoſtolis ſuis, dilectis filijs meis, iuſſerit, ut quocumque accederent, pacem darent; & ipſo iubente, ego etiam iuſſi, propter æqualitatem, quæ in nobis eſt: & volumus, ut eamdem præbeatis pacem, licet mouere, vel, ut Apoſtoli, per totum pergere, nequeatis, affectu tamen dabitis, intrãtes, ut ſic dicam, deſiderio, in creaturarum cordibus. Ibique eamdem pacem dantes, petendo, ut ego eis commu- *Exod. 3.* *Ierem. 23* *Mat. 10.*

nicem.

nicem. Cum in Religi onem intratis, pacem datis, cum in Pur gatorium pro animabus illis orando, deſcenditis, pacem datis; cum deſiderio, & ſpe in Cęlum aſcenditis, ibi etiam pacem datis, licet ſit ibi ſumma Pax. Cum humili affectu veſtri infernum penetratis, alioſque, ne illuc accedant, adiuuatis,ibi etiam, quãtum eſt ex parte veſtra, pacem datis, licet, ut locus ille eam recipiat, impoſſibile ſit, Pax autem quam animæ illæ non recipient, reuertetur ad vos; Et ut melius declarem, ò filia,quod dixi tibi. Pacem in corde creaturarum dabitis,quando mei, qui vera pax ſum, capaces eas reddere nitimini; & cum proximo habebitis, cum feceritis, quod meus Apoſtolus ait; *Alter alterius onera portate*;etenim ſicuti ad optimum ędificium faciendum, opus eſt, ut vnus lapis,ſupra alterum ſit, vno ſupra alterum quieſcente,ac pondus alterius ſupra ſe retinente,& inter ſe calce media uniente coniungantur;ita ad cõſtruendum in terra, & deinde in Cęlo, ſpirituale ædificium, neceſſe eſt ut lapides, ideſt animæ,media hac pace uniente coniungantur. Et ut poſſit hoc ædificiũ ſtare, & etiam eleuati, opus pariter eſt, ut alter alterius defectuum pondus ferat, alterumque cõpatiatur, & hoc ait Apoſtolus meus. Electis purgatorij animabus pacem dabitis, cum pro illis, mihi Verbi mei ſanguinem obtuleritis, à quo illæ auxilium,ſolatiumque ad ſatisfaciẽdum iuſtitiæ meæ, & ad ſoluendum pretium, quod debent, recipientes, pacem habebunt. In inferno pacem dabitis ex parte veſtra, cum illum anima aliqua priuabitis, eam à vitijs retrahendo,& ad me perducendo; veſtris bonis conſilijs, & exemplis, feruentibus orationibus ad me directis pro aliquibus animabus,ſine quarum auxilio, poſito meo decreto, de illis non niſi medio illo,ſaluandis,perijſſent. Quia vero in inferno inter infęlices illos æternaliter damnatos, eſt odium æternum,ſicuti ęternæ ſunt pęnæ;& quia unus alium cognoſcit,qui offendẽdi me, & conſequenter ea tormenta acquirendi cauſa fuit; ita inter illos perpetuum eſt bellum,& rabies alterius ad alterum, & creſcente numero damnatorum, creſcunt etiam pęnæ, & conſequenter bellum inter ipſos. Cum ergo ex parte veſtra facitis, ut anima aliqua, illuc nõ deſcendat,pacem quodamodo inferno datis, quæ ibi eſſe poteſt, quia ibi eſſe non poteſt. Sed tamen pacem ibi hoc modo facitis, illum ea maiori pęna priuantes, animabus,ſcilicet, quę illuc deſcẽdiſſẽt. Pacem in Cęlo datis,& quando,& quomodo? quomodo? per ſingula momenta dico tibi, illud non modo pro vobis, & pro alijs animabus cupiendo, ſed etiam ſanguinem à Veritate mea effuſum offerendo;qua oblatione mediante,aliquam acquiritis animam, de cuius conuerſatione gaudent Angeli, totuſque Paradiſus. Et tunc ibi pacem eo modo renouatis,quæ ſit inter illos, & peccatores,licet ſemper ſit perfectiſſima pax. Ac ita verũ ſit, quod ipſa mea Veritas dixit, quod *Angeli in Cęlo magis gaudent ſuper vno peccatore conuerſo, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis*. *Luc.15.*

Anima O Pater æterne. Duo ex his, mihi impoſſibilia videntur, ideſt ut faciam ego: & duo tantummodo mihi videntur eſſe tibi poſſibilia: Pacem in corde creaturæ, & in Religione ponere, hoc videtur poſſibile mihi; non autem duo alia: quæ dico, duo impoſſibilia mihi? ſcio me auxilio tuo, totũ poſſe, licet duobus his plura. In Cęlo, & in inferno mihi impoſſibilia videbantur; in purgatorio etiam, quia de me,& de tuo eſt, eo quod poſſim tibi offerre ſanguinem,Tu verò ipſis cõferre animabus. In Cęlo ſanguinem offerre poſſum,ut dixiſti, ſed velle,creaturis tribuere, nequeo; tu qui dare potes, ò Pater,da hoc velle;ego nil poſſe vellẽ, ſed in hoc, omne poſſe vellem, ut ad te creaturas tuas perducam. Sed væ mihi, quid ego velle poſſum, quæ totius mali cauſa ſum. Væ, væ animæ meæ, quia ingratitudine,proprioq; amore plena ſum, & poſtea charitatem, amoremque diuinum in pectore alterius inferre poſſe cogitò.

CAPVT VI.

Iuſtitiam eſſe diuinę ęqualitatis fru-ctum, intelligit.

Pater 1 Alius ęqualitatis meæ fructus eſt Iuſtitia. Non eam manifeſtauit
Matt. 5. mea Veritas cum dixit, *Beati qui eſuriũt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabũtur?* Qua ratione à iuſtitia, eiuſque deſiderio, ac fame beatitudo orire tur, niſi à mea æqualitate naſceretur? *Iuſtitia, &*
Pſal. 84. *Pax oſculatæ ſunt*, ſimul incedunt pax, & iuſtitia. Hanc iuſtitiam in Verbo meo per totam ipſius vitam laudaui, cum ipſius verba, & opera, nihil aliud fuerint quam perfecta iuſtitia. In ipſo eam laudaui, & in ipſo veſtram deinde poſſem laudare iuſtitiam, quæ ſi per imitationẽ erit in vobis, & in vobis expreſſa, anima in ipſomet Verbo laudabitur, & poſtea in Paradiſo iubilatione, ac voluptate æterna coronabitur. Hanc iuſtitiam in
Phil. 2. Verbo meo laudaui, tribuens *illi nomen*, & poteſtatem *ſuper omne nomen*, quod in Cęlo, in terra, & inferno compellitur quilibet reuereri. Ideoque propter contumelias, quas propter vos ſuſtinuerat, & propter mandati peractam obedientiam, factus obediens uſque ad mortem. *Dedi illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Illi ſe inclinando, ac pro ſuo Iudice, pro ſuo Domino, ſuoque Deo recognoſcendo. Inſuper Filia, ego in te laudo iuſtitiam, & in omnibus alijs creaturis, propter opera iſtius iuſtitiæ, quæ facitis, efficaciam ab operibus Verbi mei habentia. In tota vita illius, eamdem laudaui iuſtitiam, ut meipſum in ipſamet iuſtitia laudarem, cum eam fecerim in illo, qui mihi eſt æqualis, & in quo animæ omnem inueniunt voluptatem, omnemque quietem, & per illam, fęlicitatem habent æternam. O, non vides, Filia, ſi ego illam in humanitate Verbi mei in tota illius vita laudaui, & propter quod perpeſſa fuerat, coronaui? Poteſtatem ſiquidem ſuper omnes creaturas, quam in vnione cum perſona diuina dederam, & ipſa etiam morte ſua, tormentiſque alio etiam titulo acquiſierat, poſt mortẽ ego confirmaui; tantaque amplitudine iterum præbui, ut creatura non ſit, nec in Cęlo, nec in terra, nec ſubtus terram, quæ ei ſubiecta non ſit, quemadmodum ipſe dixit, *Data eſt mihi omnis poteſtas in* Mat. 28.
Cęlo, & in terra. Omnem dedi poteſtatẽ, quia humanitas erat illa, quæ mundum iudicatura erat. Cum autem illi dederim, cunctis etiam veris fidelibus ſpõſis eam do, & tibi, ſi talis eris, qualis ille vult: & ita, etiam vos, ut dicebat Sanctus Paulus, mundum iudicabitis, eo quod Spõſus, & ſponſa, ſimiles eſſe debeant, & quidquid habet Sponſus, conuenit, ut habeat ſponſa. Vide ergo quantum ſpõſalitio hoc acquiris, quãtuſque tibi prouenit honos. Adde, quod initio tibi dicebam, & ſicut Verbum, Sponſus tuus, vnitus eſt mecum, & tu illi unita es, cum nos idem ſimus, tu etiam mecum vniris. Soluſque amor, huius amoris te capacẽ efficiet, non intellectus tuus, nec creatura alia. Hoc enim magis exſperitur, quã intelligatur. Sublimaui etiam ipſam iuſtitiam in perſona humanitatis Verbi mei, quando exaltatus fuit in Cruce, ut te, cũctaſque creaturas ſublimaret in ipſa Cruce: & in ea conſumata eſt omnis iuſtitia, unde ille dixit, *Conſumatum eſt.*

2 O quantum eam ſublimaſti. Etiam, Anima
ſed etiam deinde humiliaſti, & deiecisti quando ad nos, qui adeò viles ſumus, extendiſti, bene tamen eam in Verbo tuo ſublimaſti. Ita ut iuſtitiam feceris radio Solis ſimilem, qui licet per loca vilia, & infima tranſeat, non inficitur, nec etiam obſcuratur; ita illa, per noſtram vilitatẽ, nõ efficitur vilis. Scio quidem quod omnes iuſtitiæ noſtræ, ut noſtræ. nullius ſũt valoris, imò, ut ait ſancta mulier illa, ſordidæ, & immundæ videntur, non autem coniunctæ cum iuſtitia Verbi tui, uel ut melius dicam, non poſtquã iuſtitia Verbi tui in nos tranſiuit: ò, res, tunc aliter ſe habet.

3 Bene intelligis, & ut dicebam, ipſe Pater
eam conſumauit, perfecit, & ſublimauit, quando dixit in Cruce, *conſumatum eſt.* Tunc enim conſumauit amorem, conſumauit

mauit iuſtitiam, conſumauit culpam,cō-
ſumauit ſcripturas, conſumauit prophe-
tias,conſumauit figuras,ita ut bene dice-
re poterat *Conſumatum eſt*, cum omnia
conſumaſſet, ſed diuerſo modo. Conſu-
mauit amorem,quo vos creauit,& amo-
rem, quo vos recreauit.cum idem Ver-
bum ad vos miſiſſem; conſumauit eam
iuſtitiæ infuſionem, quam pro ipſo feci;
conſumauit amorem, quo vos ſaluare
volebam; illumque etiam amorem con-
ſumauit,quo ego volebam vos glorifica-
re. Nunc ad ſingula attende Filia. Con-
ſumatus eſt amor, quo ego mundum, &
ſpecialiter hominē, creui, quando idem
Verbum meū incarnare feci; in ipſo ete-
nim mihi vnire volui, quod ſimul cum
ipſo,& per ipſum creaueram,& hanc re-
ſpiciebam unionem, cum mundum hunc
facerem, & cum in fine cuiuſcūque ope-
ris, in creatione, ipſumet opus appro-
Gen. 1. barem, ut legis. *Vidit Deus, quod erat*
bonum, non tam approbabam in ſeipſo,
licet per illud valde mihi placeret,quam,
quia in perſona Verbi reſpiciebam, cui
mediante humanitate ab eo aſſumenda,
res illa vniri debebat, cum ſit homo, ut
bene ſcis, compendium,& vinculum to-
tius mundi. Vnde propterea *omnis crea-*
tura vocatur. Cum vero poſt hominis
creationem audis, me nihil dixiſſe, non
tamen erat, propter arbitrij libertatem ho-
mini conceſſam, à qua bonum & malum
ſuum oritur, unde dicitur me illum reli-
Eccl. 15. quiſſe *In manu conſilij ſui*, quam propter
vnionem illam, quæ mihi facienda erat,
quāque manifeſtare nolui, niſi poſt pec-
catum; & hæc eſſe debebat tota bonitas,
& perfectio ad quam humana natura ſu-
pra naturam Angelicam eleuanda erat,
& ſublimanda. Quod decretum manife-
ſtaui, cum Serpenti maledicerem, dixi-
que, quod mulier, fructu ventris ſui im-
maculati, contritura eſſet caput ſerpen-
tis,ideſt peccatum à mundo propulſare,
decretumque iuſtitiæ meæ contra homi-
nem exaratum delere, configendo, &
extendendo illud in Cruce,cum quo ve-
nenoſum ſerpentis caput contritum eſt;
Nolens pro tunc decretum hoc manife-
ſtare, in quo ſumma perfectio, & ſubli-
mitas hominis conſiſtebat, ideoque ni-
hil de homine poſtquam creaſſem, dixi;
quamuis in eo creando, magnum illud,
cum alijs diuinis Perſonis cōſilium iniſ-
ſem, ut ſcis. *Faciamus hominem*, tanto- Gen. 2.
que amore eum creando, ac meis plaſ-
mando manibus,ſemper de Verbo meo,
quod carnem aſſumere debuerat, cogi-
tabam; dumque primi hominis veteris
Adami membra formarem, pſalmarem-
que: dicebam. Ita erunt membra noui
Adami, & propter unionem iſtam, ego
ſemper homini adeo magnum oſtendi
amorem, ſemperque eum reſpiciebam,
ut lapſus,& peccata aduerſum me com-
miſſa condonarē; ſemper intuebar Ver-
bo unitū, ad quod ſacrificia omnia, om-
neſque oblationes,& quidquid in veteri
lege,à me data,fiebat,referebantur.Quia
ita in humanitate Verbi mei delectabar,
ut eſſet mihi voluptati, ut tot modis mi-
hi repræſentaretur; & cū in Monte Tha-
bor dixi,*Hic eſt filius meus dilectus in quo* Mat. 17.
mihi bene complacui. Intellige,quod ſem-
per, & ab æterno mihi in ipſo cōplacue-
ram. Propter ipſum ergo maximū ſēper
amorē homini oſtendi;propter ipſum in
diluuio ſaluum feci; propter ipſum ele-
gi Abram, eiuſque progeniem; propter
ipſum tot beneficia Iacob, ſuiſque per-
patraui, illis ingredientibus & egredien-
tibus de Ægypto, tot miraculis eos libe-
rando,ut quaſi totum naturæ ordinem à
me præſcriptum permutauerim, aperiē-
do,& veluti marmoreas reddendo maris
undas;retrorſū,& ad fontē inpellēdo flu-
mina, quæ ad inſtar montium,nulla ca-
dente gutta,contra naturale ipſarū pon-
dus, eleuabantur; montes, turreſque Ci-
uitatum euertendo, & deſtruendo, ac ſi
eſſent flumina,vel aquę decurrentes,qui-
bus curſum dediſſem; reddendo nubes
neceſſarij, ac quotidiani victus diſpen-
ſatrices; aridaſque ſilices, fontes copio-
ſos;columniſque nubium,ab accenſis di-
ei radijs defendendo, quibus, veluti ſa-
gittis utebar aduerſus hoſtes, qui, ut eos
caperent proſequebātur. Propter ipſum
terram illam ſanctificaui, in qua,die, ac
nocte meos oculos fixi,eam cuſtodiēdo,
ac proſperando. Propter ipſum,Dauidi,
eiuſque deſcendentibus coronam præ-
bui, quam uſque ad tempus conueniens
con-

conſeruaui inter tot captiuitates, & carceres,quas recta iuſtitiæ meæ punitione veluti cogebar infligere. Propter ipſum tandem feci,quod in cęlo, & in terra fa-
Io.1. ctum eſt,vt Ioannes meus,inquit, *omnia per ipſum*, dic etiam tu, *Propter ipſum facta ſunt*. Et omnia iſta opera magnum amorem meum erga animas manifeſtāt, qui licet in me ſit immutabilis,prout immutabiles ſunt omnes meæ perfectio-
Mal.3. nes,*Ego Deus,& non mutor*,in ſignis nihilominus extrinſecis ſemper creuit in me, ſemperque generi humano, populoque illi ſaui, à quo Verbum meum carnem ſumere debebat, quouſque conſumatum eſt.

4 Conſumatus fuit amor, quo ipſum in terram miſi: Poſtquam enim humanitate induit ſe Verbum meum, per illam Verbi humanitatem, vt ſic dicam, tamquam per cryſtallum lucidiſſimum, aliter cerno hominem ab eo, quod prius cernebam. Omne quod mihi ſordidum videri poterat, quando ſanguine illo cooperitur, abluitur, & in heluo cruoris illius tingitur,quē pro veſtra ſalute,meaque obediētia effudit,magis mihi placet, quam res alia, quæ ſine ipſo videri à me poſſet in hominibus, & etiam in Angelis. Dicam, quia non tam in iſtorum obſequio mihi complaceo, quantum in eiuſdem Verbi mei obedientia; ideoque aio,differre,quo ad exibita ſigna, amorē meum erga vos poſt Verbi mei incarnationē,ab eo, quo vos proſequutus ſum, antequam ipſe incarnaretur, quantum lux differt à tenebris. Conſumauit; Verbumque meū conſumauit in cruce amorem, quo ad vos miſi idem Verbū meū, in ea ſatisfactione, quam iuſtitiæ meæ ipſe fecit, ſoluēs delicta veſtra in paſſione ſua,& in ſanguinis ſuis effuſione; quo mediante vos recreauit ad gratiam, mihique reconciliauit, ſatisfaciens iuſtitiæ meæ, quæ ad plenum, & de toto rigore ſatisfactionem ab homine requirebat; & licet poſſem ego homini peccata remittere, cum ego ſim, qui pro meo placito peccata in mūdo, & delicta remitto, poteramque infinita omnipotentia, & ſapientia mea mille inuenire modos ſatisfaciendi iuſtitiæ meæ, perfectiorem nihilominus ſelegi, illi pleniſſimè ſatisfaciendo, infinitum meum amorem erga creaturam oſtendendo,& ad eum altitudinis gradum ſubleuando, ad quem maiorem peruenire non potuit, maiorem inquā quem ab omnipotentia mea recipere poterat: diuinoque artificio, ac ſapientiſſima deceptione,dolos, malitiāque Luciferi, inducentis hominem ad peccatum, vt hoc meum impediret decretū, deſtruendo: etenim vt ſemel dixi tibi, cum Lucifer cum ſuis ſequacibus deliquiſſet, nolens Verbum mortali carne veſtiendum adorare, & ſuperbijſſet, eo quod videretur ſibi priuilegium hoc ad naturam Angelicam,non ad humanā illi inferiorem pertinere, cum, hominē ipſaque carne mediante, omnia, vt dixi tibi,vnire mihi vellē;cogitauit, me, peccati infectione, impedire, meque non induiturum Verbum meum carne maculata, ac peccatrice, & quod iratus aduerſus hominem mihi ingratum, & rebellem, tanta gratia priuaſſem. Et ita hoc peccati impedimentum ab eo poſitum, punitionis vindicta fuiſſet, quam à iuſtitia mea, propter talem arrogātiam, cum alijs ſuis ſequacibus receperat. Et hoc dicit Eccleſia mea, quando canit. *Multiformis proditoris,ars,vt artem falleret, & medelam ferret inde Hoſtis vnde læſerat.*

5 Tanta igitur plenitudine ſatisfactū eſt iuſtitiæ meæ, quod incomparabiliter maiorem recepi ſatisfactionem, quam offenſam; ideoque ſic faciliter peccatoribus ad me redeuntibus, ſeque conuertentibus, me placatum oſtendo,eoſq; in brachijs dilectionis meæ recipio, eo, quod à Verbi mei obedientia plenam receperim ſatisfactionem. Nec tot peccata committi poſſunt in mundo,& ſi infiniti eſſent mundi,non vnus,pro quibus Verbum meum ſoluiſſet, vt ſatisfactus non remanerem propter illud, quod ita promptè,in recompenſationem peccati, & offenſæ,mihi præſtitit. Vnde rationabiliter valde, hanc præuidens ſatisfactionem, inquit, Regius meus Vates. *Copioſa apud eum redemptio*. Quod enim Pſa.129.
gutta ſanguinis præſtare poterat, poſito decreto meo, vt pro peccato moreretur,

tur; quocumque voluntatis actu ſatiſfacere valens, ſi non extitiſſet decretum, quo ad æquiualentiam, mare ſanguinis facere voluit, non modo in uita, ſed etiã poſt mortem, puriorem ſui cordis ſanguinem è lateris vulnere effundendo; ne gutta aliqua remaneret, quam in hominis ſatiſfactionem non effunderet.

6 Conſumaui, idemq; Verbum meũ conſumauit amorem, quo vos ſaluare volebam, illamque immenſurabilem dilectionem, quã voluit, vt ſanctum latus eius aperiretur poſt mortem; & in cruce conſumptus, modicum ſanguinis etiam effundendo, qui ad conſeruandam vitam in ſuo diuino corde remanſerat; ita enim clamando expirauit, vt obſtupeſceret, & conuerteretur Centurio. Quæ ſanguinis effuſio tantum præbuit animabus veſtris decorem, ac pulchritudinem, adeoque mihi complaceo illũ in vobis aſpiciens, vt quo ad effectus, ſuperer in me amorem illum, quo vos ſaluare volebã, Totus enim ſanguis antea effuſus, cunctæque pœnæ, quas in paſſione ſua tulerat, totum erat ad meam ſatiſfaciendam iuſtitiam, ſoluẽdo culpam peccati commiſſi; & vt mihi reconciliaremini recreati in gratia: & hoc erat ſufficiens ad ſatiſfaciendum amori, quo vos ſaluare volebam. Sãguis autem ille à diuino ſuo corde poſt mortem effuſus, ſublimitas quædã amoris fuit erga animas veſtras: illum enim effudit ad eas decorandas, expoliendas, & ornandas, vt ſancta illa Virgo inquit, *& ſanguis eius ornauit genas meas*. Etenim, ò Filia, effuſus eſt ſanguis iſte, vt faciem Eccleſię ornaret, pulchriorem redderet, Eccleſiæ dico, quam ſibi in Sponſam acceperat, ego vero in filiam: & quemadmodum ad tollendam omnem rugam, & omnem maculam, vt inquit, meus Apoſtolus, *Vt exiberet ſibi Sponſam, non habentem maculam, neque rugam*, voluit in Cruce extendi; & cum ſpiramine illo omnem abſtulit rugam, & rubicundo ſanguine, omnem maculam: ita ſanguis cordis effuſus eſt, vt gratiam ei tribueret, & colorẽ; *exiuitque ſanguis, & aqua*, vt, ſicut ſponſus ſuus, candida eſſet, & rubicunda: candida lateris aqua; eo ſanguine rubicunda. Scias præterea,

Agnes.

Eph. 5.

quod hęc effuſio sãguinis, à corde ipſinſmet Verbi tanta amoris vehemẽtia profluentis, adeo penetrauit, vt in me etiam amorem, quo vos ſaluare volebam, cunctos etiam alios, conſumauerit: conſumauit etiam amorem, quo vos glorificare volebam.

7 O ęterne Pater: ego intelligo quod cõſumauit amorẽ, quo nos creaſti, quod ſimul etiam tu, ò Pater conſumaſti, eo amore, quo Verbum miſiſti. Intelligo etiam quod conſumaſti, idemque Verbum conſumauit amorẽ, quo idem Verbum Vnigenitum tuum dediſti, ea ſatiſfactione, quam iuſtitiæ fecit, ſanguinem effundendo, ſuaque paſſione, ac morte mediante: & ſic intelligo, te conſumaſſe amorem, quo nos ſaluare volebas, cum alijs amoribus, eo conſumato amore, quem idem Verbum oſtendit effuſione ſanguinis, & aquæ à diuino ſuo latere, à diuino ſuo corde profluente: non tamen intelligo, ò Pater, nec ad punctũ capio, quid conſumauerit amor, quo nos glorificare volębas. Hoc non penetro, non intelligo quomodo eſſe poſſit. Tibi ipſi intelligendum relinquam. *Anima*

O, audi, & bene intellige Filia. Verbũ meum conſumauit amorẽ, quo ego vobis gloriam dare volebam, & trasformatione mediante, quam in ipſo propter ſui ſanguinis effuſionem feciſtis, & in quo, ut dixi, vos cooperuir, ſibique vniuit, qui generauir in me erga vos amorẽ quemdam, eum amorem conſumantem, quo gloriam vobis dare volebam, priuſquam Verbum moreretur, & primus homo culpam commiſiſſet: cum etenim titulo hoc, gloria quam ſemper in ſe habebat, fuerit Verbo meo incarnato magis debita; titulum hunc vobis voluit applicare, iiſque cõmunicare, quos ſanguine ſuo redemerat: & ideo dico tibi, me conſumaſſe amorem, quo vobis gloriã dare volebã; Cernens enim vos cũ ipſo, & in ipſo & quod illã pro ſe, & pro vobis acquiſierat, illã conſumaui, quã ab æterno deſtinauerat, ad unionem meam in gloria, ſicut sãguine ſuo vnierat ad gratiam. In Verbo meo conſumaui, & Verbum meum amorẽ illum conſumauit in Cruce, quo gloriam dare volebam, eandem- *Pater*

demque gloriam conſumauit: quia verò priuſquam Verbum moreretur, gloriam dare quidem ſtatueram,ſed diuerſiſſimo modo; & ſi Adam non peccaſſet, introduxiſſem vos in paradiſum quidem, & Verbum incarnatum fuiſſet quidem,ſed ſolummodo glorificator,non triumphator fuiſſet, vobis ornamento, non libertati fuiſſet, Nec vos ita perfectè ſibi vniuiſſet, ut poſtea fecit, corpus ſuum,& ſãguinem præbens, quo Verbi mei concorporei,& cõſanguinei effecti eſtis.Nec ita perfectè vniuiſſetis, ſicuti ſanguine ab eo effuſo factum eſt,qui vim perfectè vniendi ad ſe hominem habuit, quam alio modo; nec tantam pulchritudinem, ſanguine cordis eius,recepiſſet Eccleſia. Quod facit, ut in vobis mihi complacẽs, magis diligam vos; cui dilectioni maior gloria correſpondet. Præterea, gloria quam vobis dediſſem, ex parte veſtra quidem fuiſſet,haud tamen tanta gloria eam acquiſiuiſſetis, nec illas habuiſſetis coronas, quas poſtea acquiſiuiſtis. Defeciſſet martyrij corona, deficiente Tyranno; nec illa virginitatis fuiſſet,vel ita ſaltemglorioſa; repugnantia, & ſtimulo, & lege ſenſus, ſpiritui repugnantis, deficiente.Nec illa Doctorum fuiſſet,qui alios meam edocent veritatem, erroreſque confutant, cum tanta non eſſet in mundo ignauia, ut veritatem non agnoſcerent, nec malitia tanta, ut veritatem impugnarent. Neque ſine hoc tantã habuiſſetis gloriam; ſi enim pugnanti corona tribuitur, & cum infeſtiori inimico liberius prælianti; nec cum vobis ipſis, nec cum mundo prælium inijſſetis; & cũ aduerſarij,& oppugnationes defeciſſent, nulla commiſſa culpa, fuiſſet minorata corona; Cum enim vos creauerim, cum libertate arbitrij, quo meam facientes voluntatem, gloriam,propter quam vos creaui, mereri potuiſſetis, & qua etiam vos damnare, mandatis meis haud obediendo, quæ facilius obſeruare valuiſſetis, ſublatis præſentibus repugnantiis, propter concupiſcentiam, & peccati fomitem, poſt primam Prothoplaſti culpã excitatum; tantum nihilominus differret gloria,quam vobis didiſſem,ab eo,quam ad præſens do, quantum creatura veſtita,& ornata ſanguine Verbi mei. eſt mihi ſimilior, quam ſi eodem ſanguine veſtita non eſſet. ò quam, ò quam, ò Filia, magna eſt illa gloria, quam medio iſto vobis præbeo. ò quantum, ò quantum, ò quantum, flumen,& Torrens voluptatis Paradiſi excreuit, ſanguine.Vnigeniti mei.

7 O æterne Pater, bene poſſum felicem dicere culpam, quæ talem,ac tantã gloriã præbet.Bene poterat dicere Verbum. *Conſumatum eſt*, Eia, age, ò Pater æterne, ut omnes dicere valeamus,*Conſumatum eſt*,ut nos etiam illud conſumemus deſiderium, quod in te eſt, (ſi in te deſiderium eſſe,dici poteſt) auiditatem illam nos ſaluandi,ac glorificandi,quam oſtendis, & in tuo pectore ardet; operibus reſpondendo deſideriis tuis. O æterne Pater, uſq; adhuc de fructibus æqualitatis tuæ intellexi; eſt deinde eſſentia tua, de qua nunc,& poſtea de idea. Ego teipſum tibi offero, ut etiam nos dicere valeamus *Conſumatum eſt*, ut nobis conſumetur omnis proprius amor, conſumetur malitia, conſumetur culpa,in cũctis. Creaturis quodlibet conſumetur peccatum,omniſque iniquitas;ut omnes ſaluari poſſimus,& ad eam gloriam peruenire, quam Verbum effuſione ſui ſanguinis acquiſiuit. Eia Pater infunde, infunde, & mitte benedictis Purgatorii animabus eiuſdem ſanguinis effuſionem, quem nunc pro illis tibi offero, ut ab eo carcere ereptæ, etiam illæ ad fruendam eam æternam gloriam, quam dare vis, & quæ tam magna eſt, valeant peruenire. *Anima*

CAPVT VII.

De Diuina communicatione, cum Patre æterno colloquium habet.

1 ET qualis eſt hæc tua eſſentia, ò æterne Pater? ſi naturam tuam diuinam in ſeipſam reſpicio, bene intelligo,prout à me poteſt intelligi quod illa ſit actus puriſſimus, eſſe abſolutum æternum,infinitum,ab alio independens, *Anima*

à quo

à quo tanquã à principio, fonte, & cauſa, omne aliud eſſe dependet;in ſuo perfectiſſimo,infinito, ac totali eſſe incõmunibile,exceptis diuinis Perſonis,internè, & externè: ſicuti communicatur Verbo, & Spiritui Sancto; & in eſſe finitè participato ad extra,cunctis creaturis productis,alijſque infinitis à tua Diuina omnipotentia producibilibus communicabile. Et hoc eſſe communicabile, & communicatiuum, eſt quædam altiſſima, & ineffabilis diuinæ eſſentiæ tuæ perfectio: bene etiam hoc intelligo. Fructus autem internos, ut ſic dicam, huius tuæ cõmunicabilitatis, & communicationis ſcire vellem, de quibus, Tu cum tota Sanctiſſima Trinitate gaudes;non enim poſſunt eſſe niſi infinitè dulces, & ſuaues; cum ſint ab intimo, ut ita modo noſtro loquar, tuæ perfectionis, & infinitæ eſſentiæ producti.

Pater 2 Primus fructus meæ communicationis, quæ eſt intima potentia, ut ſcis, eſſentiæ meæ, & mei ipſius complacentia, & conſequenter Verbi, & Spiritus Sancti, & Spiritus Sancti in Verbo, & Verbi in me, & hæc eſt propriè complacentia eſſentiæ meæ prout communicabilis, & communicatiuæ: quæ complacentia ad creaturã deinde dilatatur;quæ dilatata complacentia ad creaturas,licet proueniat à communicatione eſſe, creaturis præſtito à Perſonis diuinis, in illarum creatione, eo quod creatio, cunctaque opera ad extra ſint ab interna communicatione diuini eſſe, quod tanquam Pater, duabus alijs diuinis Perſonis cõmunico,nec mihi communicatur ab illis, ideo Pater vocor, quia caput ſum, & principium in Sanctiſſima Trinitate,hæc nihilominus cõmunicatio principalius attribuitur Verbo. *Verbo Domini Cęli firmati ſunt*, quam alijs diuinis Perſonis, quia Verbum eſt mei perfectiſſima imago, cunctarumque creaturarum idea, in qua meipſum video infinitè cõmunicabilem, & Perſonis diuinis, & ad extra, ut dixi tibi,& cũ Perſonis diuinis,creaturis omnibus:ſicut etiam,quia ipſum Verbum, vtpotè quia incarnari debuerat, fuit finis huius creationis, & cõmunicationis creaturis. Scias etenim Filia,quod primum quod reſpexi,poſt gloriam meã ad quam tanquam ad primum finem omnia à me diriguntur,fuit gloria, quam dare volui Verbo meo, ipſiſque creaturis, cum participatione diuinæ naturæ, mediante unione Verbi mei,cum natura humana, & natura humana mediante creaturis omnibus,quæ in illa continentur unitæ, ut ſcis; quod factum eſt in Incarnatione; & ad hanc vnionem, tanquã ad ſcopum,omnia opera mea dirigebantur; nec tantum in alio mihi complacebam, quantũ in qualibet ipſarum,propter participationem,quam omnes habẽt, in homine, cernere Verbum meum perſonaliter vnitum.

Pſal. 32

3 Et ſcias inſuper, quod omnia à me producta,perfectiſſimo ordine facta sũt, itaut vna ordinetur ad aliam, ſicuti omnia creaturarum opera naturalia ęędemque creaturæ,ut naturales ſunt, ad altiorem gratiæ finem diriguntur. Et totum quod in ordine gratiæ à me factum eſt, directum eſt,ad gloriam:& quod in gratia, & gloria,totum habet pro fine gloriam vnionis Verbi mei,prout dixit Tuba illa Spiritus Sãcti quod *Omnia facta ſunt in Chriſto, vel in Cęlo,vel in terra*, & quod omnia quæ in natura erant, & in vobis, vel vobiſcum facta, à me dirigebantur ad Chriſtum, *Chriſtus autem Dei* licet propter gloriam meam, cum ſit vltimus omnium finis.Sicuti igitur dixi,ab hac communicatione ad creaturas, meã etiam habeo complacentiam,quę perfectius, ac proprius procedit à Verbo (ea mediãte vnione, quam vobis in aſſumpta fecit humanitate) quam ab ipſis creaturis; propter hoc ſiquidem maior, imò infinitè maior oritur perfectio, quam in ſeipſis, & conſequenter maior gloria mihi. Hæc mei ipſius, & creaturæ complacentia, ſicuti ſplendor Solis,& ſtellarum ſe habet; ſed complacentia, quam in me habeo, ſe habet, ut Sol, illa creaturarum, ut ſtellæ. Ac ita quemadmodum Solis ſplendor cooperit ſtellas, ita complacentia de meipſo, illam cooperit creaturarum.

Hebr. 1.

4 Quando autem Sol radios ad ſe attrahit, ſtellarum ſplendorem detegit:ſic ego ad me aliquando attrahens (veſtro

intelligendi modo loquor, quia in me nulla eſt intelligendi, vel volendi mutatio, ſed vnus tantummodo puriſſimus, & perfectiſſimus actus, quo omnia intelligo, volo, & operor) ſic, inquam, ego, dum complacentiam meam ad me attraho, illa quæ eſt creaturæ deregitur pro eo tempore, quo fit talis attractio; & ſpecialiter hoc facio pro eo inſtanti, quo vos Sanctiſſimum recipitis Sacramentum: ac tandiu durat, quandiu ſpecies accidentales illius ſacratiſſimę oſtię perſeuerant, ſub quibus eſt concomitãtet tota Sanctiſſima Trinitas, vna cum corpore, & ſanguine, anima, & diuinitate Verbi mei. Et poſt huius vitæ tranſitum in gloria mea, ut vos mecum vniatis in gloria, reddit complacentia mea ſimul cum veſtra, fitque ſicut Sol, quando mane cũ ſuis radijs redit, ſuper ſtellas; licet enim tunc ſtellæ videãtur ſuum amiſiſſe ſplendorem, propter ſuperuenientem Solis lucem, non propter hoc eædem ſtellæ, quamuis eodem Sole cõtectæ, deſinunt eſſe ſtellæ. Ita, licet tunc mea redeat complacentia, veſtra tamen non deeſt, ſed contecta eſt complacentiã meã, quæ veſtræ ſimul accurrens, modo ſingulari vnitur, à vobis viatoribus minimè intellecto; cum in eo inſtanti veſtri tranſitus aptiores, capacioreſque efficiamini ad recipiendam ineffabilem complacentiam cõmunicationis eſſentię meæ, a qua dependet cõplacentia, quam, mediante Verbo, de vobis creaturis ego habeo; cum enim magnoperè in eodem meo Verbo mihi complaceam, videamque quantum idem pariter in vobis ſibi complaceat, propter vnionem, quam fecit cum veſtra humanitate, moueor ab eadem Verbi complacentia, ut in vobis mihi complaceam, & conſequenter mouetur Spiritus meus ad habendam de vobis, & in vobis eandem complacentiam; & hic eſt vnus de fructibus, quos attraho; & cum bonis, quæ propter hoc vobis communico, etiam vos creaturæ trahitis à cõmunicatione eſſentiæ meæ.

Anima O, etiam Pater intelligo, quod complacentia, quam in ſe diuina communicatio eſſentiæ diuinæ habet, vteris ad complacendum tibi in nobis; dic autem Pater, quando eſt complacentia, quæ eſt inter Verbum, & animam?

CAPVT VIII.

De complacentia inter Verbum, & animam, edocetur.

1 O Filia ſcis, quam magna ſit complacentia, quæ eſt inter Verbũ, & animam? Scias hoc correſpondere vinculo, quod eſt inter Verbi diuinitatẽ, & animam; non æquale dico, ſed ſimile: ſtrictius enim eſt vinculum illud, quam ſit inter corpus, & animam, quia volui, ut hoc ſeparabile eſſet, prout accidit in morte Verbi incarnati, cũ anima à corpore fuit ſeparata. Nodus autem, quo perſona Verbi erat animæ vnita, & corpori, nunquam ſeparatus, ac ſolutus fuit, quia *Quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit*, & hæc complacentia, quæ eſt inter Verbum, & animam, ſpaſimatum generat amorẽ, glorioſumque dolorẽ. Ac ita quemadmodum illa diuinitatis complacentia humanitatem ſuperabat, & pati faciebat; ita in anima pęnam complacẽtia ſuperat. Hic ſurſum in patria, beatæ animæ, quæ ſunt in gloria, de ipſa complacentia eſſentiæ meæ aſſiduè gaudent, procul omni pęna; imò indicibili, & inenarrabili voluptate magnã habent gloriam, vndè in illis mihi cõplaceo; à qua complacentia, quam de illis habeo, Angeli magna afficiuntur voluptate, gaudent, magnum diem feſtum agentes. Itaque de eadem complacentia communicationis eſſentiæ meæ, totus lætatur Paradiſus, aſſiduoq; iubilo, gaudio, ac voluptate in me ſibi complacent, & ego in eis, & ad inuicem omnes hæ beatæ animæ, ſpirituſque Angelici. *Pater*

2 O magna, immenſa, & admiranda complacentia communicationis eſſentię tuæ. O Pater intelligo, quod quemadmodum complacentia, quam in teipſo, & de teipſo, habes, magnam præſtat gloriam, ac voluptatem animabus illis beatis; Sic complacentia, quam in illis habes, magnam cauſat in eis voluptatem, ac de ea congaudent omnes Angeli; O com- *Anima*

complacentiam; & quis poterit eam intelligere. O, ò, vide. O, in ſua cōplacentia admirabilis Deus. In Cruce Verbum complacentiam hanc cōmunicauit. Anima,quæ talem complacentiam guſtat,eſt in aſſiduo mortis, & vitæ actu.

Veni: ſingillatim tibi oſtendā; ò qualis viſio.

CAPVT IX.

Multorum Beatorum gloriam lætabunda conſpicit, & exclamat.

Anima Cant.3. 1 QVæſiui, minime, minime; *Quem diligit anima mea, inueni inueni*; ò quam reuerenda, & admirabilis eſt Maieſtas eius? Quam reuerentiam, & coronam circumfaciunt beatæ animæ, omneſque Angelici ſpiritus. O *Apoc.14.* qualis numerus infinitus. *Ipſi ſequuntur Agnum quocumque ierit. Amicti ſunt ſtolis albis, & ſequuntur Agnum quocumque ierit*, & ſtolæ eorum ex auro,& Topatio. O quod aurum amoris puriſſimū. O quæ gemmæ, ac Topatij plagarum ſuarum, ò quam pulchræ, ac purpureæ ſunt, Sole ipſo ſplendidiores. Virgines eius *loquebantur* de illo *magnalia Dei*. Pulchra, & fęlix acies, quam dulciter canis? quam iucundè eum ſequeris, *in carne præter carnem*, etiam, etiam; me, cūctaſque habitaculi mei vobiſcum recipietis,ſi quod tibi Deo meo, promiſerunt, obſeruabūt. O quam pulchra acies. Quænam prima? O,ò, ò, magnitudo,ò infinita gloria, ò,ò Maria, Maria, Maria. O, ò, ò, quomodo omnes Paradiſi ciues illi ſeſe profundè inclinant. Quomodo attētè, dulciterque reſpiciunt,quanto amore intrinſeco,omnes Perſonæ diuinæ. O,ò,ò, nequaquā, nequaquā dici poteſt. Vocem attollite, A, a, complacentia. Non intelligo, neſcio quid,ò, ò, etiam,etiam; ſed has audio voces, deinde haud intelligo diſtinctè, quid dicitis. Admirabilis,admirabilis,magna eſt gloria eorum: ſuper omnia opera tua gloria eius. Mirabilis es in omni opere tuo, & ſuper omnia opera tua opera iſta. Singillatim tibi complacent; Vide, omnes in iſtanti, ſpecioſus eſt ordo, quem habetis. Omnes in vno Throno, diuerſiſſimi Throni, omnes ad vnum Thronum, vnius Dei, in perſona Trini,& in eſſentia vni collodandum reducuntur, omnes in nullo deficiunt,omnes in ampliſſimo loco adeo bene vniti. Admirata eſt anima mea, & nutriuit me in admirationibus iſtis: conuertatur etiā cor non credentium te, ò Deus meus. Non vnū dico, non, non, non, ſed omnia, omnia, omnia; Tu in operibus tuis magnus es: magna petere volo: & non etiam hoc ad tuam gloriam? O ſummū bonum,cunctæ creaturæ te earum Creatorem agnoſcunt, cunctæ vniuntur ad laudandum te in Cęlo, & in terra, *Sanctificetur nomen tuum*. Etiam, etiam, *in Cęlo, & in terra*. Si magna eſt petitio,reſpice ſanguinem, pretiumque ſanguinis Filij tui: ò quanti pretij eſt, non tantum valet, inquam, Cęlum, & tamen pro his animabus effuſus eſt. Etiam Deus mi, etiam, etiam,etiam, fac ut te agnoſcant, & cognoſcendo diligant, & diligendo glorificent in ſæcula, ſæculorum, Amen, Amen, Amen.

CAPVT X.

De fructu diuinæ laudis inſtruitur, & quomodo Deus laudari debeat ab hominibus.

ALius eſſentiæ meæ fructus eſt laus mea, dico prius in meipſo, & à meipſo: *Pater*

Laudabit nomen tuum anima mea. *Anima* Quam differens eſt? etiam,etiam,magnā inferre volebam differentiā, quæ eſt inter vnam, & alteram creaturam, in Dei laude proferenda.

1 Scias, ò Filia, quod cunctæ creaturæ à me productæ me laudāt cunctæque *Pater* ſunt voces Sapientiam, Potētiam, & Bonitatem meam celebrantes, & omnes, perfectione, pulchritudine, & bonitate, quæ in ipſis apparet, bonitatem,ſapientiam, & potentiam Creatoris infinitam oſtendunt: & in hac laude mihi complaceo,eo quod in cunctis bonitatem,quam

eis tribui, recognoſcã. & vox iſta, quam quælibet creatura eſſe ſuo format, me Creatorem ſuum laudando, hominem ad me laudandum inuitat, quem ego in mundo poſui, ut lingua eſſet vuiuerſi, & pro cunctis me laudaret creaturis. Inſuper filia mea ſcias, quod ego cunctas viſibiles creaturas hominis imperio, & dominationi ſubieci, ut ei deſeruirent, Ipſe autem, illis, ad mei laudem, vteretur. Licet enim cunctæ creaturæ tot voces ſint, ut dixi, quæ natnrali ſuo eſſe me laudant; aliam multo perfectiorem nihilominus cupio laudem, & illa eſt, quæ à mundis puriſque cordibus egreditur, quorũ lapus magnoperè mihi placet: & ita cunctę creaturæ obſequij ſui tributum homini perſoluunt, propter hanc ſolũmodo laudem, quam ipſe pro ſe, & nomine creaturarum omnium mihi tribuit, & ad laudem hanc quælibet creaturæ operatio dirigitur. Exemplum, ut intelligas, dabo. Vidiſti hæc horologia cum campanis, quibus vtimini ad percipiendum quænã hora ſit? Vidiſti inſuper quanta ſit in illis rotarum maiorum, minorumque varietas, quarum vna ab alia, libramine, cõmouetur, quod deorſum propendens, circummouere eas facit? etiam, etiam; Dic mihi Filia, ad quid tot motiones, & circulationes rotarum? ad quid tot inſtrumenta in illis horologijs? Reſpondebis, & bene; ad hoc ſolũmodo, ut campanam pulſare faciant, cuius pulſatione, quænam hora ſit, cognoſcatur. Si campana hæc vel nõ pulſaret, vel plures, vel pauciores daret ictus, quam ad demonſtrandam currentem horam oporteret, Horologium cum omnibus rotis, libraminibus, totumque quod in eo reperitur, fruſtatorium eſſet, & ad nihilum inſeruiret: imò maiorem inferret confuſionem, mœſtitiam, quænam hora ſit, ſcire cupiẽtibus. Ita dico tibi; cunctæ creaturæ veluti tot rotæ ſunt, quæ motu ſuo, naturalibuſque operationibus, homini inſeruiunt, & ad laudandum me, commouent; ipſe eſt veluti campana, quæ pro creaturis omnibus ſibi ſubiectis, mũda ſua lingua, ſuoque puro corde, eam laudem, & ſonum, quem deſidero, reddit. Libramen, quod rotas circumagere facit, eſt meum velle diuinum, quod non ſiſtit, nec perſiſtet nunquam, eo quod ſemper in Cælo, & in terra, voluntas mea, quodque abſolutè decerno, fiet. *Omnia quæcumque voluit fecit Dominus in Cęlo, & in terra:* Pſa. 105. licet enim voluntati meæ homo ſæpe, præſtita libertate arbitrarij, aduerſari velit, & dæmon malignitate ſua tentet repugnare; ſemper nihilominus mea fiet voluntas, per eadem illa media, quibus homo vel dæmon, illam voluerit impedire: hæc eſt enim infinitæ ſapientiæ meæ vis. Huius horologij rotæ ſũt creaturæ omnes; curſus, & motus, eſt operari illarum, iuxta cuiuſque naturam, à me præſtitam, quia ſemper meam exequuntur voluntatem; motuque iſto edocent, & erudiunt hominem, cor illius pulſando, ut in meas reſonet laudes. Ideoque homini creaturas ſubieci, ut pro omnibus me laudaret, ut dixi. Cum verò tributum hoc adeo mihi debitum, non reddit, iniuſtè & tanquam Tyrannus, operũ tributum exigit à creaturis. In fine autẽ mundi, ut meam, ſuamque ipſarum vindicent offenſam, iniuriam, & iniuſtitiam, qua ipſis vſus eſt, mihi, ut par erat, non ſeruiendo, omnes de ipſo vindictam ſument, *Et armabitur creatura*, ut aliquando intellexiſti, *ad vltionem iſtorum rebellium.* Sap. 5.

2 Iam ſcis, quod in die, quo ad iudicandum hunc ingratum hominem venero, tot ſigna præcedent; ut cognoſcat, quod omnes creaturæ ab ipſius ſubiectione ſe liberare voluerint, ad quam nõ tenentur, dum mihi omniũ Domino rebellis extitit homo. Armabuntur tanquã ſubditi tirãnicè ab iniuſto ipſorum Domino oppreſſi. Ideoque, filia, ſi creaturis vteris, percipe quantum cum ipſis, & per ipſas me laudare debeas. Scias inſuper filia, laudem meam differre, ſicuti vna creatura differt ab alia; tãtumque in me laudando differunt creaturæ, quantum arborũ fructus, vnus differt ab alio. Aliquibus, etenim fructibus ipſorum arborum vos in cibum, & nutrimentum vtimini, aliquibus verò ad porcos nutriendos; Scis cariſſima Vnigeniti mei ſponſa, quo cibo propriè paſcor, & nutrior? ea laude, quæ à puris, mundis, & totaliter

ter relaxatis cordibus procedit; non quod hoc veſtro, aut laudum veſtrarum indigeam nutrimento; Angeli enim, & ſtellæ me iugiter laudant, & puriſſimi mei eſſe perfectiones infinitæ, altiſſimā, perfectiſſimamque dant laudē; ſed quia ſic volo; puris cordibus,& in me relaxatis magnoperè delectatus. Alia deinde corda, porcorum cibi ſunt, quos deguſtare nolo; & hi ſe ipſos amantes ſunt, quorum laudem prorſus deſpicio, ac refuto, cum corda ipſorum in terra, & in rebus terrenis, & ſenſualibus fixa retineant. Quod ſi illa reicio, quid de illis faciam? O,quid faciam? deformibus tradam animalibus,ideſt dæmonibus infernalibus, ut ijs paſcantur, & inpinguentur: & cum deinde ad eos iudicandos venero Ego in Verbo meo, & Verbum meum in me, exprobabuntur, quod etiā hanc laudem guſtauerunt, licet in eis nō cibus meus, non, ſed porcorū cibus euaſerit, etiam, etiam: non ſic volo ſponſa Vnigeniti mei; quæ laudare me debent, laude pura, & relaxata, taliſque magnitudinis, ut mihi inferant vim, (& talem cupio vim) ad faciendam creaturis indigentibus miſericordiam; & hoc volo, & ab illis requiro. Quod ſi mihi liceret,eas rogarem, ut me ad miſericordiam ipſis creaturis faciendam,cogerent,teque peculiariter exorarem.

Anima 3 Parce æterne Pater, quia ſi te, ad hoc quod neceſſarium eſt, & ego deberem, non cogo,in cauſa eſt,quia tot peccatis, tantoque proprio amore plenam me aſpicio, ut exorare, ne dicam cogere, te, non audeam. O æterne Pater,hoc facere cupio, & ſcio quod facere debeā; ſed mihi vires deficiunt: ſi enim vis, & contentus es, ut ego faciam, opus eſt, ut mihi vires præbeas,ut te cogere valeam. O æterne Pater, poſſibile eſt, ut tantum te demittas,ut à me exorari velle digneris? Quamuis enim propter immenſam pietatem ſuam, Verbum tuū me in ſponſam acceptare voluerit, à meipſa tamen adeo vilis ſum, & dico vilis, imò ipſo dæmone peior, itaut quomodo terra me ſuſtineat ignorem, ideo, dico, inutilis, vel noxia terræ, ut in infernum deorſum cadere debeā, vbi iacere merui,& propter meam ingratitudinē debeo:& tamen, ò infinita bonitas,vis laudes meas, & acceptas.

CAPVT XI.

Quod diuerſimodè Deus à creaturis laudetur,& puri cordis laudem magnifaciat.

1 SCias filia,aliquos me laudare,quidem, ſed ſolūmodo propter propriam vtilitatem,undè hos non accepto, niſi tantum, quantū benignitas mea me cogit, aſtringitque ad eos exaudiendos, & ad dandum bona,& gratias meas;neque hanc laudem accepto, cum propter ipſorum vtilitatem fiat. Alij conſuetudine aliqua laudant me, & hos ne me laudarent mallem potius, eo quod laudem me delectantem,meorumque electorum propriam contemnant. *Pater*

Heia,age Pater,ut non ſim vna ex his, qui electorum tuorum laudem contemnunt. Age obſecro, ut non contemnam, nec te propter vtilitatem meam exorem. *Anima*

2 O filia, quam grata eſt mihi electorum meorum laus, ideſt illorum,qui puro ſunt corde,& in me totaliter relaxantur:& cum vos ſitis ex iſtis,dico tibi filia, & ſponſa Vnigeniti mei, quod nō ſolum accepto, mihiq; grata eſt laus illa, quam lingua profertis, eamque pro laude mea reputo, ſed etiam in omni actu, & relaxatione, quā facitis, non modo pro mea laude accepto, ſed etiam ijs paſcor, & nutrior, & ſuper menſam meæ viſionis repono, ubi etiam Angeli de ijs gaudēt, & Sancti delectantur,& tota Sanctiſſima indiuidua Trinitas ſibi complacet. Et quemadmodum poma ſeſe in arboribus inclinantia, ad ea colligenda, deambulantes in horto prouocare, & inuitare videntur, ſic laus mea, in eā relaxatione ac puritate facta, ad illos in manibus meis accipiendos,me inclinat, ac prouocat, & ad ita agendum, ut voluntatem eorum, qui meam faciunt, ſumam; vndè bene dicere poteſtis, quod meus inquit Propheta *Voluntatem timentium ſe faciet,* quod voluntatem timentium me facio. *Pater* *Pſa. 144.*

Hos

Hos in ſinu meo retineo, ibi ſicut Mater, filium in pectore habens, nutrio; lac verò quod præbeo, & quo eos enutrio, eſt perfectè eorum velle, quod meum eſt, faciendo, quodque ſolummodo meum reputo; hoc autem eſt, omne eorum velle, quod meum non eſt, negare; His autem (quid diceres?) pro ſponſæ meæ
Iſaiæ 49. ornamento vtor; *His omnibus velut ornamento veſtieris*, tales enim animas hic colloco, ſcis quomodo? ita, quemadmonum Sponſus pretioſum lapidem in ſinu dilectæ ſponſæ ſuæ reponit. Hos etiam veluti lucernam ſuper candelabrum pono, ut clara, puriſſimaque charitatis flãma, in mundo reluceant: ut verò ne deſit illis hoc lumen, Verbi mei humanitatem pro elychnio tribuo, sanguinemque pro oleo, deinde amoris in ſua diuinitate ardentis participes facit; vndè prouenit, ut magnopere ardeat, & eluceat: candelabrum in quo eum pono, & colloco, eſt ardens ſalutis proximorum, honoriſque mei deſideriũ. Et ſcias quod lumen hoc, vel oleum in eis nunquã deficit, vel minuitur; non quomodo iam fatuis cum prudentibus Virginibus accidit: licet enim alijs, quantum eſt in ſe, idem oleũ lumenque communicent, affectu nihilominus totum ipſis remanet; cumque magnus turbo ad eum extinguẽdum ſuperuenerit, tunc ego Veritatem meam mediam, tanquam fortem murum ne extinguatur, opponã. Quod totũ facio, ut oſtẽdam, quam cara ſit mihi anima, purumque cor, totum in me relaxatum.

3 Tales autem, imitatione, magnoperè de eſſentiæ meæ communicatione, participant, quæ eſt intima potentia vnitiua cum eo. Intimè prius diuinis Perſonis, deinde aliter creaturis me cõmunico. Siquidem ut hanc habeant relaxationem, oportet, ut intimã in anima potentiam recipiant, qua poſſint per charitatem alijs ſe comunicare; ad ſimilitudinem eſſentiæ meæ ad ſe attrahentis, & per potentiam ſuam vnitiuam, ſe cõmunicantis. Vnde parum eis videatur, vitã, ac ſanguinem pro ſalute animarum im-
Ioan. 15. pendere; & quamuis *Maiorem charitatem nemo habeat, quam vitam ſuam pro amicis*, & etiam *inimicis* dare, prout fecit Verbũ meum, ut ſibi amicos faceret; propter hanc nihilominus participationem, parum ipſis videatur, cupiantque mille vitas habere, ut momento quolibet pro ipſis offerant animabus; vellentque eſſe immortaliter, ut ita dicam, mortales, ut poſſint pro animarum ſalute vitam effundere, iugiterque ut poſſit mori, vitam iterum recipere cuperẽt; Hic eſt fructus, quem tibi oſtendi: ò quam ſuauis eſt; ſi guſtabis, intelliges.

CAPVT XII.

Chriſtum eſſe Viã, & per eam Ambulãtes, Currẽtes, ac Volantes intelligit.

1 ALius communicationis eſſentiæ meæ fructus eſt, quod ego, intrinſeco, acuto, & intimo modo, cum ſit vobis neſcio quid, per participationem meæ æternitatis viam vobis demonſtro, per quam ambulare debetis. Potiuſque appellanda eſt via, quam fructus: vnde Veritas mea inquit. *Ego ſum via*, & illius Ioan. 14.
humanitas ſignum eſt, viam iſtam oſtendens, manuque demonſtrans, ne quis in ea aberret, & eſt dux per eam conducẽs. Signum immobile, & immutabile per participationẽ meæ æternitatis, eo quod ab æterno à me fuerit excogitatum conſilium, dandi Verbum meũ in carne veſtra tanquam magiſtrum, & ducem illorum omnium, qui ad me veniunt. *Neque* Act. 4.
eſt aliud datũ ſub Cœlo nomen, in quo oportet homines ſaluos fieri, ut meus Paulus* inquit, & ita ſemper erit. Nec poteſt quis ad me aſcendere, niſi per merita ſanguinis eius, quibus ſemper vnita ſunt opera veſtra, ad hoc ut mihi ſint grata. Itaque replico, quod mea veritas dixit, *Nemo venit ad Patrem niſi per me.* Quæ mea Veritas vobis creaturis eſt quædam plana, ſuauis, & amæna via, quæ abbreuiat iter, quod vos conducit ad me, vbi verũ perfectumque eſſe veſtrum poſſidere poteſtis, quod exiuit, quando vobis à manibus meis datum eſt, extra quod, ipſum amittit, peior beſtijs propter peccatum euadens, terminum ſibi in damnationem acqui-

* *Petrus ſcribendũ erat.*

acquirendo; in qua licet mortalitas ad patiendum remaneat, non eſſe, nec aliquando in mundo fuiſſe, cuperes, ne in omnium miſeriarum ſummum prolaberêris. Sunt autem complures, qui per viam illam ſuauem, ac delectabilem non incedunt, nec ſecuntur, eo quod eam nolint, cum conſpicilia rationis humanæ, proprio amore, ac creaturarum reſpectu obſcuratæ, ſibi ponant. Sciaſque filia, quod qui per hanc rationem humanam, quæ eſt ſine ratione ratio, ad me venire volunt, nunquam, nunquam peruenient; nũquam enim ad me ratio humana perueniet, & maximè iſta, quæ adeo parua, & proprio amore abnubilata eſt, ut rerum ſpiritualium nihil diſcernat. Quapropter, qui ad me peruenire vult, totaliter mortuam eſſe oportet, procul omni creaturæ mundanæ, humanæque reſpectu.

2 Inſuper per viã Veritatis meę abſq; fictione, ac ſimulatione aliqua incedere oportet; Simplicitas enim eſt veluti
Mat. 10. Columba ſemper ad me euolans. *Simplices ſicut columbæ*, ut in pectore meo, quod in illa maximè ſibi complacet, nidificet: & in eodem pectore puriſſimis meę, ſuęque cognitionis granulis eã nutrio, quibus meam puritatem amãdo, propriamque maliriam abhorrendo, nihil in ſe inuenit, quod eam valeat ſatiare; Vnde extra Arcam, tanquam columba permanere nequit, eo quod extra illam, ubi quieſceret nõ inuenit. Itaque per viam hanc, anima directè, directè incedens, faciliter ad me peruenit, quia ipſa mea Veritas via eſt. Via vera, quæ ad meam con-
Ioan. 14. ducit vnionem, in qua eſt vita. *Via Veritas, & vita.* Cariſſima ſponſa ſcias, quod etiam in hac meæ Veritatis via, nec ad punctum, punctum ſiſtere oportet, ſed ſemper progredi, viriliterque paſſus mouere; eo quod ipſa mea Veritas facta ſit vobis via, ut facile ad me peruenire valeatis. Inſuper facta eſt dux, ut in eam inſpiciendo, ad me, ipſum Verbum meũ, & Spiritum Sanctum perfruendum, perueniatis. Sed aduertite, quod Dux iſte, qui vos per virtutum actus veluti paſſus, præcedit, ad inſtar Gigantis gradus ſuos
Pſal. 18. extendit. *Exultauit, vt Gigas ad currendũ viam.* Ne verò recedat, vel ab oculis veſtris aufugiat, feſtinare, ac velociter currere opus eſt. Nec currendo, ac volando à laſſitudine vereamini; quia in hoc curſu, ac volatu, ut ſic dicam, quieſcetis: ego enim dabo vobis omnem fortitudinem, ſi vultis hoc modo expeditè ambulare, quod parum eſſet, ſed currere, & volare. Scis Filia, qui ſint, qui ambulant? Qui magno feruore incipiunt, citiuſque deinde deficiunt, eo quod feruor iſte de bono non ſit, ideoque ſiſtunt ad omnia, quæ in via audiunt; animum ad omnia, quæ vident, intendunt, ita ut modo hanc, modo aliam rem attendentes, tempus amittunt, nec eiuſdem viæ dulcedinem, & amænitatem guſtant: & quod peius eſt; ad alia animum intendendo, paulatim frigeſcere, ac feruorem perdere incipiunt. feruorem quidem, nõ ſincerum, & bonum, quia non dum fundatus. Opus eſt ut feruor, ut ſit bene fũdatus, ſupra viuum Vnigeniti Verbi mei lapidem ponatur, cum voluntatis conformitate; in nullo voluntatem, & appetitus, licet boni, & ſpirituales videantur, ſequentes. Si enim poſt has, ſic dicam, ſpirituales ſẽſualitates abieritis, iſtis deficientibus (quas iuſto iudicio meo ſæpe ſubſtraho) ab omni ſuo feruore deficiũt, & non niſi quærimoniæ, & lamentationes audiũtur. Quod ſi propter meã hanc ſubtractionẽ, vel ſi nõ aduertũt (quod eſt peius) varijs ſe dedunt delectationibus, ac voluptatibus, quas, licet non defectuoſas, re parum cognita, exiſtimauerint, tales verè ſunt, maximique periculi, ut experientia docet. Ac ita ſtatim laſſantur, nec amplius in huius Veritatis via progrediuntur, vel quod peius eſt, retrogradiuntur. Cauſa verò eſt, quia tales plus in ſenſu, & guſtu, quam ſupra ipſam viuam petram fundati ſunt. Illos tamen aliquantulum fero, ut in bono firmentur, ac ſtabiliantur, & ab imperfecto, ad perfectiorem feruorem perueniant. Quemadmodbm enim non pro me dilexi vos, ſic nolo, ut me, pro vobis diligatis.

3 Qui in ipſa meæ Veritatis via currunt, ij ſunt, qui ſuper viuam petram fũdaſti ſunt; omnique ſapientia cunctos

ſuos

ſuos actus operantur, itaut nunquã proximum ſcandalizent, nec me offendant, & hi ſunt, qui fortiter in hac via currunt: hi autem non iam volant, non. Qui propriè volant, illi ſunt, qui amplius ſapientes non ſunt, intellectu diſcurrentes; nec amplius, quid ſit Veritas cognoſcunt, ut intelligant; ſed tantum deſiderio ad illas omnes amplectendas currunt, amoreque flammigero, ad aliud præter me, nequaquam intendentes, ad me veniunt; & hi in via eiuſdem meæ Veritatis, nequaquã in virtute aliqua exercenda perſiſtunt, ut per illius actus habitum habeant, licet hoc valdè bonum foret, ſed ſolum deſiderio, ut mecum vniantur, aliud præter finem non reſpicientes; & propter ardẽtem cupiditatẽ perueniendi ad eum, non reſpiciunt, nec attendunt ad mediũ, tanquam medium, ſed tantũmodo ad finẽ; ac ita protinus volant, ſeipſos in me, & me in ſeipſis, & proximum in me attrahentes. Et iſti tanquam aues euolantes, in meo ſinu nidificant, ibiq; fructus producunt incompræhenſibiles.

CAPVT XIII.

Alterum Diuinæ communicationis fructum, tutiſſimam eſſe Fortitudinem, ideſt, intimam diuini, ac noſtri eſſe cognitionẽ intelligit.

1 Alius fructus à communicatione eſſentiæ meæ procedens, eſt tutiſſima Fortitudo, qua vos defenditis, & offenditis; cum enim eſſe mei participationem habeatis, optimam firmitatem, ac regimen in cunctis actibus veſtris habeatis oportet. Quam fortitudinem Vnigenitus meus vobis oſtendit, cum dixit, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*, cuius valida fortitudo eſt, intima cognitio mei, ac veſtri eſſe; meo offenditis, veſtro verò vos defenditis. Cũ veſtrum anima ad eam tentandam ſentit diabolum venientem, tunc ut reſiſtat neceſſe eſt: & quo reſiſtere poteſt, niſi eſſe mei cognitionem aſſumendo, quo ipſũ dæmonem offendit, & vincit? eſſe ſiquidem meo, infinita illa virtus diabolo repræſentatur, qua è Cęlo expulſus eſt, pęniſque inferni damnatus. Cumque Verbum meum, communicatione eſſe mei, fieret pro vobis homo, illũ à mundi dominatione eiecit. Vndè Verbum meum dixit. *Si fortis armatus cuſtodit atrium*, & poſtea *ſi fortior illo ſuperuenerit, omnia arma eius diripiet*. Dæmoni ſiquidem non modo ſupra homines uſurpatum abſtulit dominium, ſed etiam omnem, quam habebat, vim, & potentiam. Adeoque tremenda eſt dæmoni repræſẽtatio hęc, ut ſolũmodo Verbi mei nomen audiendo, terreatur, ut meus ait Apoſtolus. *In nomine Ieſu omne genuflectatur, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Ideoque aio, hoc meum eſſe, arma eſſe defenſiua, ad hoſtem offendendum, quo offenſo, tanquam propugnaculum irruptione certãtium, faciliter vincere poteritis illum. Cum autem vos, vel in ſuperbiam, vel in diſperationem conduxerit: tunc eſſe veſtrum aſſumere oportet, & cum eo vos defendere, vilitatem veſtram, ne ſuperbiatis, cognoſcẽtes; veſtramque magnitudinem, ne deſperetis, conſiderantes; ſi enim creatura in iſpectione ſuæ vilitatis ſolum perſiſteret, magnitudinem ſuam minimè cognoſcendo, & conſiderando, penitus confunderetur. Quam animæ magnitudinem, quanta ſit, ego ſolus intelligo, & qui peculiari dono, à me habet, ut intelligat. Veſtram conſiderantes vilitatem, à ſuperbia, quam dæmon ſuggerit, vos defenditis; & conſideratione veſtræ magnitudinis à deſperatione: itaque meo, ueſtroque eſſe omnia inimici veſtri arma conteritis, & confringitis; ac ita cum propheta dicere quoddãmodo poteſtis, *Conquaſſabit capita in terra multorum.* In illis verbis à Veritate mea prolatis, *trahendi ad ſe omnia*, infinitam hãc virtutem, & fortitudinem in Crucis humiliatione abſconditam, ſe habere monſtrauit; ſiquidem, licet in Cruce exaltari, vilitas quædam potius, quam fortitudo videretur, unde dicere, Verbum meum incarnatum, fuiſſe *Cruci fixum*, viſum eſt *Iudæis ſcandalum, Gentilibus verò manife-*

Ioan. 12. *Luc. 11.* *Phil. 2.* *Pſa. 109.*

ſta

ſta ſtultitia, in ipſa nihilominus Cruce repoſita,& abſcondita eſt diuina fortitudo, ac ſapiētia, quam intelligere nequit homo carnalis, & cæcus, qui vult totum carnali ſua, & ſtulta prudentia,& cognitione menſurare. Bene autem experitur eam dæmon, quod ab ipſa vincitur, & cōfunditur;vincitur à fortitudine, ac virtute; confunditur à ſapientia. Ideoque dicitur etiam Verbum meum à terra in Cruce exaltatum, eo quod fuerit illi ſūma gloria; cum in hoc eſſe abſcondito oſtenderit in vilitate crucis, diuinitatis ſuæ potentiam, & cōmunicationis eſſentiæ ſuæ virtutem,eo quod Verbum ipſū, idem, mecum eſſet. Quæ communicatio, uel cōmunicabilitas, eſt, ut dixi tibi, intima quædam mea potentia:vndè,*omnia*, dixit,non ſolum una,vel plures,non,ſed, *omnia*.

Anima 2 O incōprehenſibilis, & æterne Pater,& quis,niſi tu, poſſe *omnia* dicere valet? & ego tecum nihil ſum, & omnia poſſum; ſiquidem creatura nihil poteſt, uidelicet à ſe: unde non eſt niſi nihilum. Quando autem eſt in te, omnia poteſt, & ita voluiſti, ut ipſa creatura tua omnia poſſit, cum eam ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, qui omnia es, creaueris, præbuerisque gratiam, ut poſſit omnia, quando tecum erit, ut par eſt, vnita, & coniuncta, & cum Paulo dicere poteſt, *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Et quorſum eam feciſti? quia te, qui omnia es, intellectura erat, teque in ſe contentura. Te verò, in Veritate tua, ipſaque dicente in te, *omnia traham ad me ipſum*, in illo, *omnia*, quemlibet ad te trahere velle (quantum eſt ex parte tua) oſtendiſti,Perſonarum diſtinctionem,bonarū, & malarum, vel aliarum minimè faciendo,cum nihil tibi impoſſibile ſit:& ſi velles, quemlibet ſaluare poſſes; velle autē non vis, nec poſſe, quo ad effectum, niſi nos velimus. Ad te trahendo, quod omnia ad te venire debeant, quodq; nihil ſimus, nec in nobis aliquid boni ſit, oſtendis: ſolummodo in nobis peccatum, quod nihil eſt, inuenitur, in te verò omnia ſunt, & ad te omnia debent venire. Te omnia poſſe, & quod Verbum tuum omnia poſſit oſtendiſti, cum poteſtatem ſuper omnia ei dederis, quo ad humanitatem, quia, quo ad diuinitatem, idem eſtis. Ideoque dicebat, *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra.* *Mat. 28.*

Ad te *omnia* trahis; animam noſtram trahis ad te, quā *omnia* eſſe voluiſti; trahis eam nō ad huius mundi ſapientiam, non ad potentiam humanam,non ad terrenam magnitudinem, non ad fragiles diuitias,non ad caducos honores,neque ad fortitudinem, vel ad aliud tranſiens; ſed trahis, ad quem? *Ad teipſum*, qui es, *qui es*, qui eſſe tuum puriſſimum immutabile habes, & independens. *Ego ſum*, *Ioan. 6.* *nolite timere*. *Ego ſum Alpha, & Omega*, *Apoc. 1.* *Ego ſum, qui ſum*. dicendo ſolummodo *Exod. 3.* *Ego ſum,qui ſum*,oſtendis te ſemper fuiſſe, eſſe ad præſens, & in æternum fore: es,es, es, verè es, *quod es*. ò, nihil de te ſcire, quam hoc, omnem facit intellectū deficere,omnemque affectum amore occupare. Verè es,qui es, *Ego ſum,qui ſum*; Tuipſius eſſe es, Verbi tui eſſe es, Spiritus Sancti eſſe es, Sanctiſſimæ Trinitatis eſſe es: licet in perſona à Verbo,& à Spiritu Sancto diſtinctus. Sed es principiū, ſine principio, & Sanctiſſimæ Trinitatis origo; ideo Pater dictus. Cuiuſcumque rei, quæ eſſe habitura eſt, eſſe es. & quæ res habitura eſt eſſe,niſi in quantum à te recipit,& in cōmunicato eſſe perdurat? Creatura nullum habet eſſe niſi à teipſo; eſſe quod habet, tu ei dediſti, quando eam ad imaginem, & ſimilitudinem tuā creaſti.Nunc verò das ei eſſe,deificando eam;& quomodo,Pater,eam deificas?O, quomodo? mediāte vnione,transformatione,& cōmunicatione tua in anima, & animæ in te; hic per gratiam, & in Cęlo per gloriam. O deificario:Cuius? cuius? cuius? ipſius animæ. ò, ſi ipſa ad talem peruenit deificationem,velut alter Deus euadit, ſicuti ſphæra Solis, radios in ſe recipiens, clara eſt, & ſplendens redditur ſicut Sol. *In eamdem imaginē trasformamur, de claritate in claritatem.* *2. Cor. 3.* Et ipſa deificatio ad quid acquiritur? & quibus ab ipſa anima acquiritur?O,cur acquiritur? quia eam ardenter dilexiſti: & quibus acquiritur? effuſione ſāguinis Verbi tui, tanta liberalitate nobis impenſi; ipſo,

Digitized by Google

ſo enim ſanguine purificamur,neceſſariã puritatem acquirimus, ut repræſẽtemur, & transformemur in te. Sicuti enim in ſphæra deturpata, & non pura, nec terſa, Solarium radiorũ reuerberatio haud fieret, ita neque in anima repræſentatio hæc, & diuinitatis tuæ receptio, eo modo, quo vobis eſt poſſibilis, fieri nequaquam poſſet,ſi in anima puritas iſta,quę ab effuſione ſanguinis Verbi tui prouenit, non eſſet. ò ſanguis,ò ſanguis; ò puritas, ò puritas,

CAPVT XIV.

Stultam prudentiam, ac fideliſſimam infidelitatem intelligit.

Pater 1 ALium etiam, communicatio eſſentiæ meæ fructum producit, quem fructum? ſtultæ prudentiæ fructum, quem Verbum meum vobiſcum hic deorſum conſeruans, manifeſtauit, cum dixit, *Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Luc. 9.

Anima O æterne Pater parce mihi, ſi præſumo. Non videtur mihi ſtultitia hæc, ſed ſapientia infinita, ſummaque prudentia.

Pater Eſt quidem, filia, ſumma prudentia, ut dicis, ſeipſum negare; ſed non agnoſcis,quod hoc,humanæ prudentiæ ſumma ſtultitia eſt?vel nõ videtur tibi,quod hominibus huius ſæculi ſapientibus ſũma ſtultitia appareat, crucem tollere, & crucifixum ſequi? crucis ſtultitia,infinita ſapientia eſt; & ſeipſum negare, prudentia ſumma: Vides tamen filia: ipſa non intelligitur. Quæ ſapientior ſtultitia eſt, quam cum Verbo meo Crucem tollere, & poſt eius abire veſtigia? & quæ maior prudentia eſſe poteſt,quam negare, ut ſic dicam,ſeipſum abſumere in eo, in quo ſeipſum negat, &abſumendo vitã,recipere omnia? *in ipſo vita erat*. Prudentia virtus eſt, quæ principaliter finẽ reſpicit;ideoque perſona dicitur prudẽs, cum principaliter, quod ei poteſt accidere conſiderat;omneſque actus eius,& opera multo pondere fiunt; ideo qui ſe abſumit, valdè prudens eſt, quia de fine cogitat. Se abſumit, inquam, quia futura, & quæ ventura ſunt reſpicit. Vnde cognoſcit, quod qui ad me venire vult, opus ſit ei, ut per anguſtam incedat viã; ampla enim ducit ad perditionem, quẽadmodum Veritas mea dixit. *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam*. Et ampla,& ſpatioſa eſt via, *quæ ducit ad perditionem,& multi ingrediuntur per eam*. Electi mei, & qui ad me venire volunt,ſuam ipſorum cognoſcentes vilitatẽ, abnegatione hac ita minuuntur, & demittuntur,ut facilè per arctam hanc viam incedant,Verbum meũ ſequentes, quod per ipſam etiam voluit ambulare;& in hoc oſtendit vobis,illam eſſe viam bonam; cum enim ſit Sapientia ipſa à me procedens, eam pro ſe eligere voluit, nec per aliam, quam per arctam crucis viam voluit ambulare; cũque hac nõ indiguerit, ut veniret ad me, qui vera vita ſum,cum ſit *Filius meus dilectus, in quo mihi ſemper complacui*, voluit nihilominus, ut mihi complaceret, & ad me veniret, per eam incedere: parum enim fuiſſet ſi tantũ, ut eam ſequeremini, dixiſſet, ſi deinde per ſe eam minimè ſuſcepiſſet, exemplum uobis præbens, ut ita faceritis. Si autem illum ſequuti fueritis, ubi ille eſt, uos conducet; Et ſcis ubi ſit ille? *in dextera mea*;& ubi cogitas,ſponſas ſuas collocabit? O, non iam procul à ſe, ſed ualdè propè, ſecundum illarum merita collocabit, ideſt quemadmodum ego collocaui eum in dextera mea, ſic ille Virgines in dextera ſua, cum Matre ſua, caput, & Dux omnium Virginum collocabit.Et tu ſcis eſſe ſcriptum. *Aſtitit Regina à dextris tuis*. Pſa. 44. Et ab hac abnegatione, & renunciatione ſui eſſe, recipit anima ſponſa ueſtimentum illud pretioſum, pretioſiſſimis uirtutum gẽmis ornatum, *In veſtitu deaurato circumdata varietate*. O quæ dignitas erit illa, eius qui ſe abnegauerit, tulerit Crucem ſuam,& Verbũ meum ſequutus fuerit.Sed aduerte filia,quia dixi,ut crucem tolleret,cũque ſequeretur, ideſt, ut crucem ferret,quemadmodum ipſe tulit, non autem traheret. Ibidem

Matt. 7.

2 O quot,

2 O quot, ò quot ſunt, qui eam trahunt; & quot etiã ſunt, qui peius agunt, quia in terra deijciunt; ſcis qui eam trahunt? qui dolent, cum aliquam patiuntur tribulationẽ, uel diſplicentiam, quam ob illorum bonum immitto. Hi omnia ferunt murmurantes, tantaque impatiẽtia, ut ſibi ipſis, alijſque intolerabiles fiant. In terram deiciunt eam, qui ex ſe, toto poſſe, omnem abicere quærunt tribulationem, omnemque paſſionem à me permiſſam, omnia facientes, ut ab ipſa paſſione totaliter liberẽtur, & Crux procul ab illis ſit. Veritas mea veram hanc prudentiam docuit exemplo: conſiderás enim quid de vobis futurum eſſet, ſi homo factus non fuiſſet, *Humiliauit ſemetipſum factus homo, & obediens vſque ad mortem Crucis*, ut inquit Sanctus meus
Phil. 2. Apoſtolus. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem &c.* & illa alia. *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, & habitu inuentus, vt homo.* O quã occulta prudentia eſt hæc, à paucis cognita, licet à me præſtita. Prudentia quam ego do, futura proſpiciens, non ſe habet, ut prudentia humana, quæ ad exaltationẽ reſpicit; hæc autem, ad obiectionem. Vnde vides quantũ idem Verbum meum, hac prudentia ſe humiliauit, ſeque deiecit. Cur autem hoc præſtitit? Fecit hoc propter vos; cum enim eſſet Deus, humiliari minimè indigebat, voluit autẽ homo fieri, ſeipſum abſumens, ut abſumeretur in vobis, ut & vos, in ipſo abſumeremini; & quam maiorem abnegationem, & humiliationem poterat hoc Verbum aſſumere, quam è Diuino humanum fieri, ex Deo fieri hominem? licet factus homo, Deus haud eſſe deſtiterit; quodammodo nihilominus, veſtro dicendi modo, ſe paradiſo priuauit, ut veniret ad vos.

Anima O magna mundi cæcitas, quod tantũ non cognoſcatur beneficium: & ego illa ſum, quæ tali cognitioni obicem pono.

Pater Alius procedit fructus à communicatione, intimaque potentia eſſentiæ meæ, fructus inquam infidelitatis in animabus, & per ſimilitudinem loquor, ut dixi tibi.

Anima 3 O æterne Pater, & quomodo hoc hoc eſſe poteſt? etenim ſine fide ſalui eſſe non poſſumus, & Tu dicis, quod à tua cõmunicatione fructus infidelitatis procedit?

Ita Filia, & ſpõſa Vnigeniti mei, quia à communicatione mea profundam, & intimam mei cognitionem vobis infundo, quæ facit, ut ita certè, tantaque certa, & ſola fide intelligatis, ut quaſi fateri cogamini, vos non habere amplius fidem: & hanc ego infidelitatem appello fidem, quæ per affectum, & cognitionem, ita eſt clara, ut viſio potius, quam fides videatur. Infidelitas hæc perpetuam in vobis generat admirationem, admiratio verò intrinſecum, & immenſum amorẽ. Hæc fideliſſima infidelitas eſt quoddam nuptiale animæ veſtimẽtum, de quo ipſa magnoperè gaudet, & gloriatur; veſtimentum lucis, & tenebrarum, quis crederet? me, ut dicitur, intextum, qui clariſſima luce, & inacceſſibilibus tenebris, tanquam veſtimento indutus ſum: quãto enim clarus ſum, & in meipſo propter meam immenſitatem cognoſcibilis, tanto ſum à creaturis, propter earum incapacitatem incomprehenſibilis, & proptérea Soli aſſimilor, qui quãto magis viſibilis eſt, tanto minus in eo oculus figi poteſt: & quemadmodũ non alio, quam Solis lumine, Sol videri poteſt, ita nec ego lumine alio cognoſci poſſum, quam eo, quod animabus infundo. Huic ſimile eſt veſtimentum, quod animæ propter hanc infidelitatem tribuo, & de hoc veſtimento ipſa gloriatur. Et de quo gloriatur? Gloriatur ſe Deum non intelligere: ecce tenebras: ita verò intelligit, ut fidem quoddamodo amittat: ecce lucem; Ita enim credit, ac ſi videret: & qui rem videt, quod fidem habeat, dici non poteſt, cum fides eorum ſit, quæ non videntur. Ex alia verò parte cognoſcit ſe nihil intelligere, nec videre, reſpectiuè ad abyſſum immenſam, & infinitã perfectionum mearum, ad quas peruenire non poteſt. Et ita lumen habet, & tenebras. Et hæc eſt infidelis fidelitas, quam dixi tibi. Pater

O inaudita fidelitas ſublimitatis fidei, guſtatę, nõ autem intellectæ. De talibus, quæ me doces, vocabulis, ò Pater, dicere Anima

oportet, ut Veritas tua dixit. *Quis poteſt capere capiat.*

CAPVT XV.

A Diuina cõmunione locupletem paupertatem oriri.

Pater 1 AB ipſa communicatione, intimaque potentia eſſentiæ meæ locupletis paupertatis fructus alius oritur.

Anima O Pater neque hanc intelligo; Diuitiæ paupertatem conferunt, & paupertas cõmunicationem eſſentiæ guſtare facit, eh?

Pater Etiam Filia, paupertas guſtare facit hanc eſſentiæ meæ communicationem, modo dicto, & diuitiæ conferunt paupertatem. Attende. Ego fructum quemdam paupertat s infundo, Veritatẽ meã infundendo, per quam veritatem, diuitias, quas in paupertate cumulaui, cognoſcitis. Veritas ſiquidem mea in terrã cum theſauris omnibus, quos mecum habet, deſcendens, ut homini theſauros illos communicaret, illius paupertatem aſſumere voluit; & cõmunicatione cum homine facta, paupertatem pro ſe ſuſcèpit, veras diuitias homini impartiendo. Aduerte autem filia, quod in hac communicatione, diuitias homini ſub veſte paupertatis voluit impartire, illoſque in paupertate concluſit, ut ab homine paupertas ipſa libentius amplecteretur. Et inter hominem, & Veritatem meam, illud euenit, quod in ſigillis, quę in Cera, vel alio ſimili imprimuntur, accidere ſolet, quòd cum cęlamen ſit in materia vel auri, vel argenti, vel gemmea, vel metallina, quodcumque ſit cęlamen hoc, impreſſum deinde in cera conſpicitur: hac tamen differẽtia, quod id quod plenum eſt in ſigillo, vacuum eſt in cera; & quod eſt plenum in cera, vacuum eſt in ſigillo; ita diuitias illas, ac theſauros, quos Veritas mea habebat, euacuare voluit, ut poſſet hominẽ ditare, & quod plenum erat in homine, ideſt miſeria, & paupertas, hoc inquam, de quo veritas mea vacua erat, (cum paupertas, ac miſeriæ in Deo locum nõ habeant) voluit in ſe recipere, & cum theſauris ſuis cum homine cõmutare. Vt autem ijdem theſauri à latronibus cuſtodierentur illæſi, voluit eos ſcutis paupertatis contegere; aliter enim difficulter ſeruarentur. Ideoque ſic cupio, ut à ſeruis meis paupertas diligatur: in ipſa enim oſtendunt theſauros meos cognoſcere, gratoſque habere, ac velle exemplum meæ Veritatis ſequi: quæ cum ſit mecum ſumma copia, vobis deorſum in eſſe ſummæ, magnæque paupertatis miſi, ad oſtendendum ſolummodo, quantum ego ipſam diligo paupertatem.

2 Mea Veritas eandem in ſe locupletata eſt paupertatem, ita ut ſi vos pretiũ eius cognoſceretis, breuiter cum eadem paupertate poſſetis maximos verarum diuitiarum theſauros poſſidere, & acquirere. Hanc autem in tota vita ſua manifeſtauit, in principio, in medio, & in fine, ut poſſitis intelligere, eam vos intellecturos, amaturos, & poſſeſſuros eſſe. Eam intelligere, tunc Veritas mea demõſtrauit, quando hic deorſum apud vos natus eſt, tanquam homo, ac pauper, & quaſi ratione careret inter animalia inſtabulo ſupra fænum iacebat. In vita ſua eam diligere demonſtrauit cum dixit. *Beati pauperes ſpiritu*, & illa alia verba, *Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Poſſidere mõſtrauit, cum tanto amore, nudus in Cruce pro vobis voluit eleuari, & illa nuditate, purpura ſui sãguinis vos cooperuit, ut oſtẽderet quod ea purpura vobis regni cęleſtis poſſeſſionem tradebat. Siquidem ſolent Reges purpura pro ſigno vti. Vnde ipſe dixit, quod per paupertatem vobis regnum rradebat; *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorũ.* Cum autem nudus eſſet, cunctis veſtibus ſuis exſpoliatus propter extremam paupertatem, Regis titulum in Cruce poſitum acceptauit, ut paupertatis regnum ad intelligendum daret. Paupertas inſuper, rerum terrenarum cõtemptu, vos induit me, qui ſumma copia ſum: & anima, quæ paupertatem posſidet, redditur iucunda, fertilis, & amæna, ſicut terra quam inhabitatis verno tẽpore, in quo floribus, & fructibus folijs, ac frondibus plena eſt.

Matt. 5.
Matt. 9.

eſt. Er quemadmodum vos in ipſa terra eo tempore delectamini, ita ego in ea delector anima, quæ locupletem hanc poſſider pauperratem. Talis animæ flores, operationes illius ſunt, quæ paupertatis reddũt odorem, quam Veritas mea ita dilexir; folia ſunt deſideria ſemper viridantia in ſpe gaudendi de me, cum nõ habeant, unde à diuitijs rebuſque terræ tranſitorijs detineãtur; ipſius animæ fructus ſunr, per gratiam, Verbum meum in ſe generare, & in ipſamet anima Verbum regenerare. Amor enim oriens, magnaque ex parte creſcens ab abdicatione, quam habet anima rerum terrenarũ, effectus ita ſtupendas producit.

3 Frondes ſunt verba mea, quæ ipſa loquitur, oreque ſuo profert, quæ eidem animæ paupertatem diligenti, umbram ſuauem faciunt, ita ut iuſtitiæ meæ Sol, eam non poſſit offendere, eo quod in verbis ſuis, diuitias illas ſibi commemoret, quæ ut ipſa ita paupertatem diligat, efficiunt; quæ paupertas adeo à Veritare mea dilecta eſt. Paupertas ipſa animam Reginam, & Imperatricem conſtituit, geſtatque iucunditatis coronam. Tanquam Reginæ, ac Imperatrici traditum eſt ſceprrum, quod poteſtatem in paupertate acquiſitam oſtendit, non ſolum in die iudicij, quando cum ipſa Veritate ad iudicandum mundum, pauperes ſpiritu ſedebunt, *Vos qui reliquiſtis omnia & ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſrael*, ut mea Veritas inquir; ſed etiam in præſenri vita; quandoquidem propter paupertatis copiã omnis creatura eam pertimeſcit, vel Angelus ſit, vel dæmon, vel humana creatura; ipſa enim, paupertate mediante, magni Regis ſponſa facta eſt; & hoc codẽ ſceptro, Deum ad ſe inclinar, omneſque creaturę ei reuerentiam exibent, obediunt, pertimeſcunt; quia anima illa, quæ diuitias, ae tranſeuntia bona flocci pendir, ſed paupertarem poſſidet, hac ipſa, humanas omnes diuitias vincit, cõfunditque, vanas omnes delectationes contemnir, cũctaſque delitias, & voluptates, refutat, & abhorret.

Luc. 22.

Anima

O admirabile. Quod paupertas, cuiuſcumque humanæ creaturæ diuitias contemnat, cunctaſque ſenſus ſuperet voluptates; hæc ſiquidem magna potenria, & ingens magnitudo eſt; & à quo procedit, niſi ab illa intima potentia diuinæ communicationis ruæ, ò æterne Parer?

Pater

4 O Filia mea. Paupertas hæc ædificium conſtruit, non ſuper terram, ſed ſuper lapidem viuum, qui Chriſtus eſt. Voluntas paupertatem poſſidens, *concluſus hortus* efficitur; Memoria eſt *fons ſignatus*. Intellectus Sol eumdem hortum illuminans. Cor animæ paupertatem poſſidẽtis, eſt lectus, ubi ſponſa quieſcit; cubiculum eſt guſtus, quem de diuinitate cõſequirur; Deſiderium eſt menſa, in qua Spõſus ſuauibus paſcitur fercul is; & Affectus eſt veluti Turris, marmorea quidem, per ſtabilitatem, ſed eburnea per puritatem, quæ pro ipſius ædificij ornamento, ac defenſione conſtructa eſt. In paupertate, ò quod delectamentum inuenitur, ò quam libenter in hoc ædificio habitamus; ego qui eum deſignaui; Verbum quod poſſedit; Spiritus Sanctus, qui eum conſtruxit. Per hanc ad gloriã peruenitur Angelorum, Beatorum viſio acquiritur, & ſponſa per gloriam Sponſo ſuo unitur. In hac multum Maria ſibi cõplacuit, hanc per totam vitam amplexi ſunt Apoſtoli; & ſpecialiter à Sanctis omnibus, qui Verbi humanati veraces imitatores fuere, dilecta eſt. Hac, poſſidetur pax ſumma, perfecta ſpiritus tranquillitas, conſcientiæque ſecuritas, quæ exprimi nequit: & in ſumma, intrinſeca hac, & extrinſeca ſpiritus paupertate omnia acquiruntur, ſed à paucis cognoſcitur, & à paucioribus amatur.

Anima

O æterne Pater fac ut penetretur.

C A P V T XVI.

Æterni Patris ideam, & gratiæ bona, per Chriſti ſanguinis effuſionem obtenta, cõtemplatur, & exprimit.

Anima

1 ÆTerni Patris idea, nihil aliud eſt, quam Triniratis æternæ vnitas; cum Pater ſit veluti fons, ut ſic di-

cam

eam, totius Sanctiſſimæ Trinitatis, diuinis Perſonis, Verbo, & Spiritui Sancto Diuinæ ſuæ eſſentiæ perfectiones omnes æternè communicans.

Pater Primus fructus filia mea, eiuſdem meę vnionis, vel ideæ eſt Hæreditas, de qua facio animam gaudere, incarnato Verbo mediante, de Spiritu ſpirante in humanis cordibus; & hæreditas ſum ego ipſe. Quæ hæreditas hic deorſum vobis præbet fiduciam, ac ſecuritatem, & hic ſurſum deinde gloriam, & æternitatem; huiuſque hæreditatis magnitudo, non niſi ab eadem Trinitate cõprehendi poteſt. Licet Veritas mea umbraticè eam vobis oſtenderit, quando inter vos hic deorſum conuerſanti dictum fuit à Ma-
Mat. 20. tre filiorum Zebedæi, ut *Vnus ſederet ad dextram, & alter ad ſiniſtram*, undè ipſa Veritas mea reſpondit, quod ipſi *neſciebant quid peterent*, & quod *ſuum non erat dare dexteram, & ſiniſtram*; & in hoc ipſius hæreditatis magnitudinem demonſtrauit, eo quod illam nec intelligebant, nec poterant intelligere. *Neſcitis quid petatis*, deinde quod adeò magna eſſet, ut humanitas eius non poſſet eam impendere. Hæc verò ita immenſa hæreditas, ſcis, quomodo acquiratur? A vobis acquiritur per virtutẽ Verbi humanati, mediante ſanguinis ſui aſperſione, & infuſione, quam ſanguinis aſperſionem fecit in Cruce, cum pro animarum ſalute, à venis omnibus, & à toto corpore ſic abundanter effundit, unde dici potuit,
Pſa. 109. *Copioſa apud eum redemptio*. Nunc verò in dextera mea fit infuſio, dum per Sacramentorum canales infunditur gratia, vobis pro merita, & à ſanguine hoc cõmunicata.

2 Et aduerte filia, quod infuſio hæc plures in vobis præſtat effectus. Prius germinare facit, deinde nutrit, enebriat, trasformat, & clarificat, O, germinare facit; & quid? Germinare facit circa ſpecioſum fontem, iucunditatis lilia, inter quæ Verbum abſconditur, paſciturque:
Cant. 6. *Qui paſcitur inter lilia. Deſcendi in hortum meum, ut colligã lilia*; O quam bene Verbum ipſum inter hęc candida, ac fragantia lilia abſconditur, & quid hic agit? ò, quid agit? in ſponſis animabus ardẽtem amoris ſpirat affectum, & cum ipſo ſpiramine in eis aſſiduam virtutũ, & gratiarum ſui ſanguinis facit infuſionem, ita ita ut iugiter aliqua in ipſo ſanguine abſumatur, ac beneuolo moriatur affectu. Moriatur inquam ſibi ipſi, amore, propter aſſiduam ipſius ardentis ſanguinis effuſionem, & in animabus infuſionem: ita in hoc ſanguine demergũtur, ut amplius non ſentiant, non intelligant, nõ videãt; Nihil aliud quam ſanguinem guſtant; ita ut ſeipſis totaliter mortuæ, in me, mihique ſolummodo viuant, in cunctis operibus, præter honorem meum, creaturarumque ſalutem aliud non quærentes: quod totum à charitate procedit. Aliæ etiam iugiter moriuntur: qua propter ob eiuſdem ſanguinis infuſionem ita abſorbentur in Deo, ut totaliler veluti emortuę ſint, & ab omni operatione ceſſantes: ſolum ad gaudendum, & ad me fruendũ incumbunt, etiam dum hic deorſum cõmorantur, in diuina ſublimique contẽplatione totaliter eleuatæ. Sanguinis, & aquæ eſt fons iſte, circa quem candida illa, ac fragantia lilia germinant: aquæ, ut mundet; ſanguinis, ut pulchrificet: & ab aqua, & ſanguine ſuauiſſimum illum recipiunt odorem, qui in omni loco ſentitur. *Chriſti bonus odor ſumus*. Ab hac 2. Cor. 2.
infuſione, quam facit Verbum dum inter hæc lilia ſpirat, oritur deſiderium illud, illaque contritio, quæ extremum parit in anima dolorem, & propter culparum ſuarum miſeriam, & quia à dilecto ſuo Sponſo abeſt: in ipſo autem dolore, maximam inuenit delectationem, ac refrigerium, cum etiã ipſa anima amęniſſimum faciat lacrimarum foutem eo ſanguine mixtũ, quas ipſa propter amorem, & deſiderium Sponſi, & propter contrictionem cognitionis ſuipſius effũdit. Vnde fontis huius ſanguinem, Verbum præbet; aquam anima ſponſa. Hic eſt fons in quo anima tota lauatur, in quo ſeipſam videt, ad quem animæ puræ tanquam Columbæ, ad ſe lauandum, & purificandum accedunt, licet puræ, & candidæ ſint. Siquidem iugiter ſe in hoc fonte lauantes, puritatis candorem acquirunt, eas Sponſo amabiliores facientem, ibique eo modo iugiter ſe lauantes,

cantum

tantum de efficaci ardore ipſius ſangui-
nis ſumunt, ut cæteris etiam creaturis,
ſplendorem foras emittant, itaut etiam
hæ, ipſo ſanguine mediante, alias pu-
tas animas germinent, & acquirant, &
ad me perducant. Ac ita propter hanc
puritatem, & quia charitate, ac deſide-
rio, eumdem ſanguioem conferunt crea-
turis, adeo me ſimiles animę iſtę efficiun-
Pſal.8 1. tur, ut videantur, ut dixi, *Ego dixi dy eſtis*,
alter Deus. Quemadmodum Deus om-
nia in ſe continet; ita animæ iſtæ per af-
fectum, & charitatem, creaturas omnes
in ſe continere videntur. Poſtquam ipſa
ſanguinis infuſio ita bene germinare fe-
cit, animã deinde nutrit; & quibus eam
nutrit hoc Verbũ, ò filia? intrinſeca ſuæ
diuinitatis medulla eam nutrit, ideſt af-
fectuoſa deuotione, & gratia ab ipſa di-
uinitate procedente, in cognitionem, &
amorem diuinitatis inducendo, unde
inenarrabilem recipit voluptatem. Quid
inde acquirit? Virtutem quamdam ac-
quirit, quæ eam efficit mihi vnitam, & ut
ſic dicam, indiuiduam; ſicut enim Trini-
tas eſt indiuidua, ita etiam efficitur ipſa
anima eadem virtute ſic mihi unita, ut
per charitatem indiuidua dici poſſit, ita
ut res nulla valeat eam à me ſeparare.
Rom.8. *Quis vos ſeparabit à charitate Chriſti?*
Anima O intenſiſſima, profundiſſima, & altiſ-
ſima hæreditas. Intẽſisſima pro eo, quod
prębes; profundisſima pro eo quod oſtẽ-
dis; & altisſima pro eo quod guſtare fa-
cis. Itaq; ipſa ſanguinis effuſio ſic deinde
inebriat animam, ut inebriato Sponſo,
ſimul, & ſponſa, aſſiduum, purisſimum,
& ſuauisſimum faciant amplexum, ſibi-
que in amoris pęna, qui talem parit
ebrietatem, complaceant. Deinde ſe-
quitur traſformatio, quam Amoris effi-
cit in amato per ſanguinis infuſionem.
Trasforma etiam, ò Pater.

CAPVT XVII.

Diuinam cum Anima intelligit traſformationem.

1 O Chariſſima, ego ſum, qui traſfor- Pater
mo. Et quid traſformo? vos in
me, & me in vobis; in Incarnato Verbo
in vobis meum eſſe traſformaui, cum
Verbum meum, quod erat, & eſt, ſem-
perque in forma Dei erit, amore veſtri,
ſerui formam accepit. Et hęc traſforma-
tio, ut ita dicam, vobiſcum per vnionẽ,
facta, aliam cauſat traſformationẽ, quam
in me facere poteſtis. *Et qui adhæret Deo,* 1.Cor. 6.
vnus ſpiritus fit cum illo. Specialiter verò
traſformatio iſta, fit mediante animæ
vnione cum meo Verbo in Euchari-
ſtiæ Sacramento, ubi ineffabili modo
cum ijs unitur, qui dignè eum reci-
piunt, & qui eum ita recipiunt, in ipſo
traſformantur. Non quod eſſe veſtrum
amittatis, ſed nouam qualitatem, & eſſe
quoddam diuinum per hanc traſforma-
tionem recipitis, ita ut non, quod eratis
videamini. Et exemplum do tibi, ò ſpõ-
ſa Vnigeniti mei; cum Faber ferrum im-
mittit in fucina, & ferrum ignitum, &
candens efficitur, nõ remanet etiam fer-
rum? ſiquidem: quia non dum ferri na-
turam reliquit: cum autem ignem in ſe
receperit, non amplius cognoſcis, & non
vides amplius ferrũ, ſed ignem: ita ſplẽ-
det, ita ardet, ita ſcintillat, ut vix à can-
dente carbone diſcernere valeas. Imò
cum denſior, ac tenacior ſit materia illa,
intenſiorem recipit calorem, quam car-
bo ipſe. Ita animæ accidit, quæ intra ſui
amoris fucinam poſita, in igne charita-
tis, & vnionis Verbi mei, qui ignis eſt, &
in terram venit, *Vt ignem mitteret*, nec Luc. 12.
aliud vult *niſi vt ardeat*, & inſufflante Spi-
ritu Sancto ſuæ inſpirationis vento, ita
accenditur, ut non amplius, quod prius
erat, ſed quid valde diuerſum videatur,
quid in me traſformatum, idem mecum
per charitatis ligamen factum; In ope-
rando perfectior, in intelligendo ſubli-
mior, in amore tota ardens, ita ut qui-
cumque eam reſpicit, meam eſſe cogno-
ſcat,

ſcat, meque in ipſa cernat, tanquam ipſius trasformationis authorem, & cauſam. Et hac trasformatione efficio, ut vos in me trasformari poſſitis,& ad eam perfectionē reducere, qua iuxta ideam meam creati eſtis,quando à me plaſmati fuiſtis ad imaginem meam, totiuſque Sanctisſimæ Trinitatis, qui idem ſumus, ut dixi tibi. Videaſque, ò filia, quod licet poſſit ſe in eo, quod vult trasformare, nunquam tamen cōplemētum ſuum, perfectionemque recipit, niſi cum trasformatur in me,eo quod ad primam ſuā reducatur ideam, qua à me creata fuit; quia ad imaginem,& ſimilitudinē meam, totiuſque Sanctisſimæ Trinitatis creata eſt; & hac trasformatione, ad primum ſuum,perfectisſimumque eſſe reducitur, quo iuxta meam de ipſa ideam creata eſt.

2 Iam ſcis,quod in cunctis animabus ipſius Trinitatis imago cernitur: In memoria ſpecialiter repræſentatur Verbū; in intellectu Spiritus Sanctus, in voluntate idem Pater æternus. Memoria, Verbum memorans repræſentat, & memorans mihi eſt amor ille quę me mouit,ut vos,creaturas meas crearem;& ita propter hanc trasformationem vos poteſtis, & debetis voluntatem, & intellectū mouere ad me amandum; memores illius amoris, quo vos ad imaginem, & ſimilitudinem meam creaui. Intellectus,Spiritum Sanctum vobis repræſentat: ſicuti enim ipſe ſpiritus lumen eſt, à me, & à Verbo meo procedens; ita intellectus veſter ſpiritu ipſo illuminatus, eiuſdem mei Spiritus lumine, memoriam, & voluntatem veſtram ad hanc meam dilectionem cognoſcendam, & ad vniendā duas has potentias vinculo quodam illuminat. Deinde voluntas me repræſentat: ſicuti enim ego ſum totius Trinitatis origo,& Perſonis diuinis cunctas perfectiones communico; ita eadem voluntas totam perfectionem intellectui, ac memoriæ communicat; etenim ſine voluntate, nulla eſſet bonitas,& perfectio,quę in duabus illis potentijs mihi placeret: Siquidem à voluntate mouetur memoria, ut ſemper recordetur, & intellectus, ut de me diſcurrat; & quod in anima mihi carius eſt,voluntas eſt, ſine qua nihil, ut dixi tibi, placere mihi poteſt.

3 O bonitas, ò mare, totam Sanctiſſimam Trinitatem in anima trasformās. ò voluntas quam ſublimis es,quia ſumis in te Trinitatis imaginem; ò quam eniti deberes, ut iugiter eam impreſſam in te cuſtodires, ita ut deleri nunquam poſſit. Pater eſt, qui totum eſſe, & perfectiones Verbo cōmunicat; & Verbum cum Patre, Spiritui Sancto; ita voluntas noſtra, omnem virtutem alijs potētijs communicare deberet, ut ſimilitudo hæc, & Deus iſte, in ſeipſam, per participationē,conſeruetur. Trasformat; quid deinde agit? Clarificat ipſa infuſio ſanguinis, poſtquam germinare eam fecit, nutriuit, inebriauit, & in Deo animā trasformauit, clarificatione quadam totaliter incompræhenſibili clarificat. *Anima*

CAPVT XVIII.

Varios Diuinæ vnionis effectus per Christum promeritos recenſet.

1 AB hac vnione alius procedit fructus, & eſt viſio mea, quam in mundo hoc participatis. Ex hac mea vnione, aſſiduæ renouationis viſionem quamdam vobis infundo,quam in terris guſtare facio, & poſtea in Cęlo frui. Hic deorſum humanati Verbi mei viſionem impendo, puriſſima fide illuminata, & charitate perfecta viuificata mediante. Cuius viſionis magnitudinem idem Verbum meum manifeſtauit cum dixit; *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis*. Ineptę autem, & incapaces ad eam illæ creaturæ redduntur, quæ dolo ſunt plenæ, quia malitia, intellectus oculum excæcat. Et aduerte filia,quod viſio hæc, à me procedit tanquam canalis, pulchritudinem in vobis, mediāte humanitate Verbi mei, infundens; Perpetua autem recognitione, in me reflectente anima, talem pulchritudinem, quam à Veritate mea acquiſiuit, facit, ut ego eam magnoperè diligam: cum enim Veritatem meā magnoperè diligam, cogor diligere vos illa *Pater* *Mat. 13.*

illà ornatos; Ipſa deinde anima, quantũ eſt ex ſe, craturis omnibus ſanguinis fragrantiam ſpargit, quamꝓpter talem viſionem in me acquiſiuit. Vnde iugiter ſanguinem eundem influit, & confert, ideſt perpetuis oblationibus pro omniũ proximorũ ſalute mihi offert. O magnam eiuſdem ſanguinis fragantiam, fęlicem animam hac ratione infundentem. Ac ita perpetuis votis, anima Deo parturit, quod ipſa peperit, ideſt, aſſiduè hunc mihi ſanguinem pro Eccleſia offert, cuius ipſa eſt membrum, ardentique deſiderio vellet cũ oblatione ipſius ſanguinis Verbi, proprium etiam ſuum offerre; cupiens ſanguinem, ac vitam pro ſalute animæ, & eiuſdem Eccleſiæ exaltatione effundere. His inquam deſiderijs anima Eccleſiam parit, à qua ipſa genita eſt. Cumque Eccleſia eadem habeat deſideria, propter vnionem, quam mecum habet cum ſuis membris, eadem etiam anima generatur; vnde propter hæc vota etiam anima generatur, & generat. Eccleſia enim, membra illius, & omnia membra, faciunt vnum corpus; & hoc corpus eadem Eccleſia eſt, quę hic deorſum in terra tanquam ſponſa, nõ niſi vna eſſe poteſt. Hæc ſponſa Eccleſia floribus varijs conſerta eſt, ideſt Roſis, & Gelſominis à ſponſi ſanguine productis, & in ſpinato æterni Verbi capite intextis. Aſpice inſuper lucẽ illam, à Diuina mea voluntate exeuntem, & ſcias eoſdem habere effectus, ut intelligas, quos habet Sol: vtor enim hac luce ad ſponſam meã Eccleſiam obumbrandam, ad filios electos eius abſcõdendos, ad filios eius calefaciendos, & etiam ad attrahendam, malitiæ, & ignauiæ aquam, eorum, qui me offendunt. Lucem, & Solem hunc meæ rectitudinis deorſum mitto: quem in me occultatum, & abſconditum iuxta meum placitum manifeſto; Hic autem Sol radios ſuos vobis emittens attrahit, ac ſplendeſcere facit animas veſtras, ſi tamen eum recipere, nec veſtræ voluntatis feneſtram claudere vultis. Quem maiorem anima habere poteſt ſplendorem, quam rectitudinem? cuius idea includitur in eſſentia mea, eſtque eiuſdem eſſentiæ meæ participatio.

Eructabunt abſcondita, eructabunt abſcondita, & recti corde laudabunt te. *Anima* *Bene fac Domine bonis, & rectis corde.* *Pſa. 11.*

CAPVT XIX.

De animæ rectitudine, & glorificatione per Chriſtum, edocetur.

QVemadmodum Sol illuſtrat, & glorioſam, ac ſplendidam facit rem, ad quam tendit, ita ipſa rectitudo in animabus veſtris: & ſicuti debilis vetter oculus Solem aſpicere nequit, ſic veſtri intellectus oculo, internam, & ineſcogitabilem illam rectitudinem, quæ eſt in Voluntate mea, à qua omnis rectitudo procedit, intelligere minimè poteſtis; Ac ita quemadmodũ ſub Solis ſphęra permanere non poteſtis, ſic neque ſub calore, ac ſplendore meæ lucis. *Pater*

O Rectitudo totaliter inexcogitabilis *Anima*

1 Rectitudo hæc, filia mea, iugiter attrahit, & retrahit: attrahit infinitas à ſinu meo gratias, & infinitas etiam retrahit offenſas. Fęlix, & rectè fęlix anima, quæ hanc habet rectitudinem, quia de me participat. In rectitudine ipſa tanquam in mari immenſo, mille, & mille adnatant piſces, cunctæque virtutes in ipſa rectitudine nomen amittunt, cum omnes in ipſa rectitudine finem habeãt, & principium; quemadmodum flumina omnia in mari, ipſorum nomen amittũt. Inſuper ſcis filia mea, quomodo ſit rectitudo huius meæ ideæ, meæ voluntatis? Tanquam Cetus, Ionam deglutiens, & poſt tres dies euomens. Ita vos cum Trinitati meæ veſtram conformabitis Trinitatem, ſtatim vos foras emitto; & quò putas vos mittam? ad ſinum, vel latus; & deinde ad cor humanati Verbi. Ionas tribus diebus fuit in ventre Ceti, ita, & vos tribus diebus eritis in ſtatu incipiente, in ſtatu proficiente, & in ſtatu perfectionis. Inde vos foras emitto, in Eccleſiæ ſponſæ ſinu, quæ etiam per tres dies vos retinet, in ſtatu gratiæ Initiatæ, in ſtatu gratiæ Creſcẽtis, & in ſtatu gratię Conſũmatę, inde foras ad Mariæ vbera mittit. *Pater*

2 Alium etiam fructum ab idea mea produco, nempe glorificationem; glorificatione hac animam glorifico, glorifico corpus, glorifico intellectum, memoriam, & voluntatem, glorifico etiam ipſius corporis ſenſus, Viſum, Auditum, Odoratum, Guſtum, & Tactum. Verbum etiam meum eleuat animã ad hanc glorificationem: magnam enim glorificationem acquirit anima, à glorioſa anima Verbi mei, quæ in paſſione ſua magnoperè afflicta eſt; ex qua afflictione quam pertulit, animæ veſtræ magnam recipiũt glorificationem, præter eam, quam ego eis dediſsem, ſi Vnigenitus meus hoc ſpecialiter pro ipſis non fuiſſet paſſus. Qui verò pęna, & anguſtia, quam in paſſione ſua pertulit Verbum meum indignus efficitur ſua culpa, nolens ad imitationem, Crucem amplecti, ac patien-
Luc. 9. tiam, ad quam inuitat dicens. *Tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*; amittit anima eius peculiarem eam glorificationem, quam Verbum meum illi acquiſiuit, vel minorem habet gloriam, ſecundũ quod plus, vel minus, imitatione, & deſiderio aptum ſe reddidit, ad aſſociandum ipsũ in pęnis, & ad ipſius pęnæ ac paſſionis meritum recipiendum. Corpus glorifico intenſa admodum glorificatione, procedente quidem à Diuinitate, ſed etiam ab humanitate ipſius Verbi, maximopere glorificati, & illuſtrati. Voluntas in quodam amoris velle glorificatur, Intellectus in æternitatis admiratione glorificatur. Inde etiam memoria ab infuſione ſanguinis glorificatur; Et à ſibi conceſſa fęlicitate, ſenſus glorificantur. Oculi in luce à Sanctiſſima Trinitate communicata, qui quanto magis hic deorſum in Verbi incarnati humanitate reſpexerũt, & intenti ad ſuum fuere intrinſecum, tanto plus glorificãtur. Glorificatur Auditus mediãtibus illis, ſuauibus amęniſq; vocibus Angelorũ, mellifluaque humanati Verbi voce, Beatæ Virginis, & Sanctorum omnium.

Amma O melliflua vox Sanctiſſimæ humanitatis Verbi, & Virginis.

Pater 3 Glorificatur odoratus in odore sãguinis Agni, in Virginum puritate, in charitate Apoſtolorũ, in patientia Martyrum, in tolerantia Confeſſorum; ex quibus ſicuti ab anima ſuauiſſimus virtutum odor emanat. *Chriſti bonus odor ſumus*, ſic tempore ſuo, etiam à corporibus, odor, omnia mundi odoramenta in ſuauitate vincens, emanabit. Glorifica- 2. Cor. 2.
tur Guſtus, guſtando gloriæ cibos, *Beati, qui manducant panem in regno meo*, cibos ab eodem Deo conditòs, & qui per totam durabunt æternitatem, in quibus Deus guſtatur, pro complacentia quam in vnione, quæ in Sanctiſſimo Sacramẽto fit, habuerunt. Et Tactus in ſuauiſſimis, & puriſſimis glorificatur amplexibus, *oſculetur me oſculo oris ſui*. Luc. 14.

CAPVT. XX.

Totam Chriſti vitam: & primo, hominem factum, ac lactentem contemplatur.

1 Nolite *multiplicare loqui ſublimia glorantes*, & ego diuerſo ſenſu, ſed ſpiritu ſimili, ſi à te mihi conceſsũ fuerit, ò mi Sponſe, clamabo. Ita me totus mundus audiret, Nolite ò Profetæ amplius clamare, veſtraſque exaltare voces, *Nolite multiplicare* eloquia veſtra, *recedant vetera de ore veſtro*. Non amplius de præteritis beneficijs, non de factis promiſſionibus gloriemini. Cunctæ ſpes eſſent, ad poſſeſſionis aduentum, preterita illa, quę vſque adhuc facta sũt, non magna vobis videantur, omnia demiſſa ſunt, cum ad nos ſeſe demiſerit Deus. *Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes*, Scio quia in Deo gloriamini, & non in vobisipſis, nunc Deus aliam à vobis exigit gloriam. Nolite amplius loqui de Ægypti punitionibus, non de conſumptis exercitibus, non de apertis æquoribus, non de aquis à ſiccis lapidibus effluentibus, non de manna de Cęlo demiſſa: alia dicenda remanent. *Recedãt vetera de ore veſtro, quia Deus ſcientiarũ Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes*. Etiam, etiam, Ceſſent tandem tremenda eloquia veſtra, quia non amplius *Deus vltionum*, ſed *Deus miſericordiarum. Ipſi* cõpetit *cogitationes* præparare: ver- 1. Reg. 2.

ba per aures tranſeunt, cogitationes autem in ſede cordis perſiſtunt. Hoc ipſa vult, & in hoc perſiſtere volens, vult ut perſiſtant cogitationes, quæ ipſi præparant manſionem.

2 Quid autem? Chriſtus benedictus non deteſtatur vetus Teſtamētum, quod cum Patre, & Spiritu Sancto dedit mundo, ſed non vult ut amplius progrediatur, niſi in quantum ad adimplendum Nouum inſeruit, ut diuinarum promiſſarum veracitas cognoſcatur, eſſe iam illas in Nouo completas. Et ò quo gratiarū & beneficiorum exceſſu: nec ſperatarum dicam, neque ſperandarum, niſi bonitati, ac libertati ſuæ, ſpes noſtras ab ipſo impenſas, noſtrarumque miſeriarum neceſſitatem minimè vniuiſſet. *Recedant vetera de ore veſtro.* (Apoc. 21.) O Verbum noua tibi ſemper placuerunt, *ecce noua facio omnia*, & quid tam magis nouum, quam quod tu Verbum æternum faceres te hominē, in puro Mariæ vtero carnem aſſumendo humanam? & hoc non propter aliud, *Quia Deus ſcientiarum Dominus eſt.* Quid cōuēnit in ſecretisſimo conſilio, peracto in Sanctisſimæ Trinitatis conciſtorio propter tuam incarnationem? eſſentialis Deitas, quæ tu es, & ſcientia cōuenerunt in vnum, dederuntque conſilium ſapientiæ, ideſt æterno Verbo, ut incarneretur; quod acceptauit; & hoc modo *Iuſtitia, & Miſericordia oſculatæ ſunt.* (Pſal. 84.) Quomodo ergo conſilium hoc renouatum eſt in nobis? Quomodo cogitationes iſtæ iterum præparantur? Renouatum eſt conſilium hoc, ò Chriſte mi, tunc, quando veniſti; & qualibet hora in animabus tuis dilectis iterum redis ad præparandam hanc tui amoris cogitationem, quam, pro nobis carnem aſſumendo, oſtendiſti. Has non infundis cogitationes, ſed præparas, quia liberum tribuiſti arbitrium, & vis, ut noſipſi eas præhendamus: totū autem à te procedit. Bene in perſona profeta ille inquit, *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, neque viæ meæ viæ veſtræ.* (Iſa. 55.) Et tu dixiſti, *Ego ſum via.* (Ioan. 14.)

3 O Verbum, & quam neceſſe erat, ut tu, ad præparandas has cogitationes, miſericordiæ plenas, aduenires. Profetæ ſiquidem, non aliud quam iuſtitiam, ut plurimum, annunciabant, ita noſtris delictis, ac demeritis promærentibus. Et Dauid in canticis ſuis, quoties huius iuſtitiæ mētionem facit? O quam verum eſt. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* (Pſa. 118.) Nunc Deus miſericordiarum Dominus, & ad hanc nos inuitas, & vocas. In Patris ſinu, ſic dicam, Sapientiæ, Puritatis, & Veritatis, cogitationes præparas quia ad tres iſtas virtutes nos ſpecialiter inuitas, cum ais, *Eſtote perfecti ſicuti Pater veſter perfectus eſt.* (Matt. 5.) In Patris ſinu; ſi enim ſinus iſte eſt, in quo tu filius genitus es, & à Patre, & à te Spiritus Sanctus procedit; ipſe igitur procul dubio, primarium obiectum erit noſtræ beatitudinis; Ah, quia conuenit, ut illum nūc, per imitationem in nobis præpares, de quo in æternum per fruitionem, & viſionem, in te Deo gaudere debemus. *Tunc ſimiles ei erimus, cum videbimus eū ſicuti eſt*, (1. Io. 3.) oportet autem prius ſimiles eſſe in hac vita, & ad illam, ſapientiæ cogitationibus præparare, ne ſequamur, aut mundi laqueis capiamur; puritatis, ne ſenſualibus deturpemur ſordibus; & Veritatis; ne in mendacij rebus inueniamur. Siquidem contra tres inimicos, Diabolum, Mundum, & Carnem, Sapientiæ, Puritatis, & Veritatis cogitationes præparaſti.

4 Vlterius autem, ò incarnatum Verbum, etiam in Mariæ vtero cogitationes præparas, & ſunt cogitationes Amoris, Bonitatis, & Manſuetudinis. Naſcens deinde, qualem mihi præparas cogitationem? ò eam, cuius mihi profeſſio eſt, & à tam paucis dilectam, & cognitam paupertatem, & Tu, ò Verbum, eam pro Nutrice accipis? quam primum, quam primum pro ſorore habebis, & deinde in Cruce pro ſponſa, eam tuo ſanguine deſponſando. Mihi prius dediſti regulam, quam mundani quam plures aufugiunt; & prius factis, quam verbis; prius exēplis, quam præceptis tradidiſti. Nec linguam adhuc ſoluere poteras, & operans, quid facere deberem, docuiſti; ut enim ait Gregorius, *Magis mouent exempla, quam verba.* Deinde operando, & docendo in vitæ ſuæ reliquo, normam toti mundo dediſti. ò quam magnam oſtēdis

potentiam, & amorem, tacens paruulus, omnibuſque indigens, ſicuti alij infantes: *Primam etiam vocem*, ut ait Sapiens, *ploratus, emiſiſti*, ut meam miſeriam mihi oſtenderes; *Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans*. Nec niſi lactis cibum ſumere vis, ab æterno Patre dono præſtitutn, etiam, *ubere de Cælo pleno*. Sic anima, quæ tibi ſimilis eſſe vult, nec, niſi, à te prouenientis, lactis cibum ſumere debet. Priuſquam autem lac iſtud te nutriat, exẽplo tuo mihi nutrimentum præbere vis: & quodnam nutrimentum præbes? Parua membra tua in Præſepio ſuper fænum reclinando, caputque ſuper lapidem ponendo; vtile ad modum, & neceſſarium tuæ humilitatis, & paupertatis nutrimentum impendis. Maria magnitudinem tuã diſſimulabat; cognoſcebat, te corde adorabat; extrinſecus autem tanquam filium obſequebatur: ſi enim te ſolummodo adoraſſet, neceſſaria obſequia exibere minime potuiſſet. Lac ſuſcipiendo, magnum ergame amorem oſtendis, factus indigens nutrimento, tu qui omnium es Nutritor. Duo ſunt Matris tuæ ubera, quibus nutriris ab ea; & tu etiam ò Verbum, duo ubera habes, quibus nutris animam cõtemplantem. Prima eſt Diuinitas, quæ eſt mammilla, qua cuncta nutriuntur, & ſubſtentantur; Secunda eſt humanitas, qua animas tibi caras ſubſtentas. Diuinitatis mammilla, ut reliqua omittam, ſuaui, dulcique lacte animam lactas, cuius dulcedinem ipſa deguſtans, ſe habet veluti paruulos, qui à Matris vberibus auulſi, plures effundunt lacrymas, & ſolidum accipientes panem, comedunt quidem ut viuant, ſed lacrymantes, ſuauis lactis memorantur. Sic ò Verbum, te geris cum anima, quam ad humanitatis tuæ mammillam, quæ eſt Paſſionis tuæ imitatio, conducere vis, quando mammillam relinquit Diuinitatis, ideſt dulcedinum, ijs communicatarum, qui in magnitudinis tuæ conſideratione figuntur; ſcit qui guſtauit. Cum ab inacceſſibili illa luce redit, ad obſcuriſſimũ nemus videtur reuertere, in quo nihil videre putat, ſemperque veretur, ne fera aliqua pectus ipſius laceret, deuoretque.

Sap. 7.

CAPVT XXI.

Chriſti Circumciſionem, & Deo Patri oblationem cõtemplatur. Vbi plura de obedientia fatur.

1 O Verbum, tu vix octennis es, & tuum mihi ſanguinem præbes; & quam cum ſanguine cogitationẽ præparas? Alterius, ideſt obedientia, quæ mea profeſſio eſt. Tria in tua Circumciſione mihi oſtendis, obedientiam erga Deum, manſuetudinem cum Maria, iuſtitiam nobiſcum. Hæ cogitationes diſtillamentũ quoddam in anima faciunt, & hoc diſtillamentum ſonum reddit, & murmur inebrians, ita ut, cum ſit tecum vnita, ò Deus meus, à te ſeparari vereatur; poſtquam autem, ò æternum Verbum, aliquantulum tui ſanguinis in Circumciſione dediſti, nouas etiam cogitationes præparaſti, cum ſemper noua efficias, *Ecce noua facio omnia*. Apoc. 21.

2 Perrexiſti deinde ad Templum, ut te offerres; & cui te obtuliſti? Quid obtuliſti? & quis te obtulit? illa te obtulit, quæ nec ante, nec poſt ipſam nulla ſimilis erit; illa te obtulit, quæ ſapientis ore, pulchra, & formoſa à Patre tuo appellata eſt. *Veni columba mea, ſpecioſa mea, formoſa mea*; Illa te obtulit, quæ in omni opere tuo ſemper tecũ extitit. *Non dum erant abyſſi, & ego iam concepta eram; quando præparabat cælos aderam, cum eo eram cuncta componens*, vel in idea tua, priuſquam in mundo eam creares, & propter ipſam, tanquam creaturis omnibus nobiliorem mundum produxiſti; vel poſt quam nata eſt, tecum ſemper fuit, quia ſemper ſancta, & ab omni peccati macula alieniſſima; vel poſt quam in ſanctiſſimo ſuo Virginali vtero te cõcepit, ſemper fuit tecum, te tanquam Deum adorando, diligendo, & tanquam Filio, & Deo ſeruiendo; nec vnquam cogitatio, & cor illius à te abſuit, nec ad punctum à diuina tua Voluntate receſſit; ſemper Voluntati tuæ vnitiſſima fuit, vſque ad mortis oblationem, ut tuo, tuique

Cant. 2.

Prou. 8.

æterni

æterni Patris beneplacito ſe conformareti. O Beata Mater. Vtinam ei ſeruire, eamque imitari ſcirem.

3 Cuinam offert? illi offert, qui actus puriſſimus eſt, per eſſentiam infinitus, natura ab omni alio independens, immenſus in diuitijs, in ſapientia abyſſus, in bonitate, ut ſic dicam, prodigium, & ille qui eſt in creatione excelſus, in hæreditate fęcũdus, in ordine ſuo ſublimis, & ineſcrutabilis, gratioſus, & ſuauis in amore: in generando aſſiduus, eo quod in tota æternitate dicat, omniaque ſint illi præſentia. *Ego hodie genui te.* Quis ergo offertur? ille qui eſt Diuinæ eſſentiæ ſubſtantia, Verbum æternum, Filius altiſſimi, vniuerſi legislator, qui tot pretioſis, ſingularibuſque nominibus appellatus eſt. *O ſapientia, quæ ex ore altiſſimi, ò Adonai, & Dux domus Iſrael, ò Radix Ieſſe, ò clauis Dauid, ò Oriens ſplendor lucis æternæ, ò Rex gentium, & deſideratus earum. O Emanuel.* Hic multas etiam præparauit cogitationes. Reuerentiam erga legem oſtendit, quia eam voluit obſeruare. Patri ſuo reuerẽtiam, & adorationem, quia ipſi ſe obtulit, non tanquam Deus illi æqualis, ſed tanquam homo illi minor, illique ſubiectus: & hic mihi pręſcripſiſti, ò Domine mi, reuerentiam, quam erga legem habere debeo, legem, inquam, à te mihi traditam, cum me ad ſeruiendum tibi, in tuo habitaculo me vocares. Nec ſolum decem præcepta, ſed etiam meæ Religionis regula, (& cõſtitutiones) lex mea eſt; itaque non expedit, ut ipſa propter me doleat, dicatq; ut de ſinagoga Propheta inquit, *Ego te plantaui, vinea mea electa, quomodo conuerſa es mihi in amaritudinem.* Væ mihi, quia in amaritudinem vertitur regula, quando ad ipſam conformiter haud viuitur, & nos illi amaritudini ſumus, eo quod malè obligationi impoſitæ ſatisfaciamus, & faciliter illius mandata, quæ etiam Dei ſunt, traſgredimur.

Pſal. 2.

Hier. 2.

4 O quomodo regula illud exclamare poſſet, quod tu dixiſti, ò Verbum. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Verum eſt, ſenſu aliquo, me regulam elegiſſe, eo quod huic regulæ potius, quam alteri me ſubmiſerim, ſed etiam verum eſt, me non elegiſſe, nec feciſſe regulam, ſed ita à Deo factam inueniſſe: non mea inuentio eſt, non mea electio. Sanctas ordinationes, quæ in ea sũt, inueni; quia prius in ſancto habitaculo erant, quam ego ad illud accederem: Regula autem me elegit, quia ſolummodo fuit motus, & conſenſus aduocationem Verbi, huc, & non alibi, ad regulam hanc, & non ad aliam me vocantis; quamuis ſi omnes obſeruarentur, bonæ, ſanctæ, & perfectæ eſſent. Regula autem me elegit, quia ipſa me acceptauit, me recepit, dixitque *Hoc fac, & uiues.* Hoc modo vult Sponſus, ut deſeruias ei, caue, ait etiam Regula, quod ſi mandata mea traſgreſſa fueris, non me, ſed ſimul illum offendes, qui te ad eam vocauit, iuſſitque ut eam obſeruares. Et quam ſatis verum eſt, væ mihi, quia verum eſt, quod regula, ideſt ſuperior, in illius perſona (certiſſimum enim eſt ſuperiorem, regulam eſſe animatam, nos guburnantem, cui quomodo obſeruetur inſpicere, & inobſeruantes competit caſtigare) quam, dico, ſatis verum eſt, quod nemo ex nobis viuentem hanc regulam eligit, ſine ſpe, quod ſit fructum aliquem productura. Et quænam planta eſt, quæ initio, fructuoſam fore non indicet? ò ſancta deſideria, ò Tyrocinij benedicti feruores, quam proficui eſtis, multoque magis ſi ſemper viuentes, feruidique etiam poſt Tyrocinium, totoque vitæ tẽpore ſeruarentur; Proficeret ſemper de *Virtute in uirtutem, quouſque uideretur Deus Deorum in Sion*, ideſt in hac vita, in Sion pacis, & intentionis conſcientiæ tranquillitatis, quæ in charitate & manſuetudine, cum omnibus cerneretur; in ſpirituali lætitia, in modeſtia, & in omni noſtra pacifica, & compoſita actione. Deinde verò à pace ad pacem; à præſenti ad futuram, à tranſitoria ad æternã perueniretur, cum videretur Deus Deorum in Sion, in cęleſtem Sion, cuius imago in terra, ò Domine, carum hoc habitaculum tuum per pacem inter nos, & in nobis eſſe deberet. O quot beneuolas cogitationes præparat nobis Verbum hoc æternum, *Vſque ad conſumationem ſæculi.* Quia de generatione in generationẽ in loco hoc, prout ſpero, & in miſericor-

Ioan. 15.

Luc. 10.

Pſal. 83.

Mat. 28.

dia

dia illius, qui pro ſe eam elegit confido, pertranſibunt. Nec in præparandis cogitationibus Sponſus meus perſiſtit, vnde ad inſtar ſponſæ me gerere debeo, quæ in ſponſalitio ſuo hinc inde vagatur, ſic ego huc, illucque pergere debeo, ut operum ſuorum magnitudinem cernam.

CAPVT XXII.

Chriſtum in Ægyptum fugientem, & inde Nazaret redeuntem contemplatur.

1 PRopria voluntate tua in Ægyptũ fugiſti, ò Ieſu mi; & iam dicere poſſum, quod alias in Ægypto ſugeras, quando Patris ſinum reliquiſti, ut ad tenebroſum huius mundi Ægyptum venires. In alium etiam ſugis Ægyptũ, ideſt in animabus, quæ te in Altaris Sacramento recipiunt, quarum complures, priuſquam in eas intrares, Ægyptũ idololatriarum ſunt, eo quod eſſent oculorum cõcupiſcentiæ deditæ, Auaritiæ, *quæ*
Eph. 5. *eſt idolorum ſeruitus*, vel concupiſcentiæ ſenſus, quæ ut dixiſti, etiam idololatria eſt, vel ſuperbiæ vitæ, quæ cuiuſcumque idololatriæ cauſa eſt. O quomodo ſtupẽdos præſtas effectus. Super candidas leueſque nubes aſcendit, ideſt intus candi-
Iſaie 19. das ſacramentales ſpecies, & *in Ægyptũ* animarũ *ingrediens, ecce mouebuntur omnia ſimulacra Ægypti coram te*. Propter gratiam tuam in recipiente te dignè, omnes mali habitus, cuncta mala priora deſideria cadunt, & pro tot Idolis, quę peccatis ſuis anima miſera adorabat, tot altaria in qualibet ſua potentia erigit, ut te adoret; in Intellectu, in Memoria, in Voluntate, ſolum tibi ſeruire cupiendo, tuam facere Voluntatem; ſibipſi diſplicere, ut tibi placeat, in pęnam diſplicẽtiæ ſuæ, ut tibipſi aliquando placeret. In intellectu, tantummodo ad ea, quæ ad gloriam tuam ſunt aſpirando. In Memoria, offenſarum ſuarum, tuorumque beneficiorum recordata: offenſarum, ut eas deteſtetur, & puniat; beneficiorum tuorum, ut ſe ſe gratam oſtendat.

2 Quotidie verò te in animabus noſtris venire cerno, ſed varios facis effectus, ac operationes, prout variè, qui te recipiunt diſponuntur: vniformiter enim te communicando communicas, quomodo nos diſpoſiti ſumus. Magnum deſiderium, magna dona conſequuntur, magnumque amorem, magna delectatio; & hic dicere poſſum, Nos, Deum modo noſtro habere, ideſt, ita à nobis aſſolet experiri, ſicuti ad eum recipiendum diſpoſiti ſumus. Sæpius tamen, illius miſericordia ad noſtram præparationem non reſpicit, ſuaque benignitate, noſtrã vincit incuriam, nos conſolando, cum propter inſufficientem præparationem inepti efficimur ad gratiarum plenitudinem recipiendam; quam cęleſtis ille cibus ſolet afferre.

3 O Deus meus, totus bonus, & totus dulcis. O Verbum, ò Verbum, *Quam* Pſal. 30.
magna multitudo ſuauitatis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te. O qui ad tantum ignem amore non ardet, vel non viuit, aut non ſentit: & ego miſera quid ſum? Fugiſti Herodem, ut tuam liberares humanitatem, ſed in die iudicij; quando inquies. *Ite maledicti in ignem æternum.* Mat. 25.
Vellet Herodes ipſe, alijque maligni ſibi ſimiles, humanitatis, ac diuinitatis tuæ rigorem effugere, ſed non poterunt, quia animam, corpuſque illius æterno condẽnabis igne, in quo per tot annorum millia, tot innumerabilia tormẽta paſſi ſunt, & patientur.

4 In hac verò fuga tua in Ægypto, ò Sponſe mi, præparas mihi cogitationes prudentiæ, & amoris. Amoris propter dilectionem Ioſeph Patris tui putatiui, tibi itineranti, & ad Patriam redeunti, tanto affectu, tantiſque incommodis, ſeruientis. Sed omnia vincit Amor. Prudẽtiæ, quia non dum tempus erat, ut ferro humanitas tua deficeret, & ab impio illo interficereris, ſed pro nobis ad maiora tormenta toleranda, & ad tempus magis nobis proficuum, illud reſeruaſti.

5 Secundum quod piè creditur, per ſeptemnium moraris in Ægypto; quid autem ibi operatus fueris, neſcio, niſi quod idola deieceris: & in hoc potentiæ tuæ mihi cogitationes præparaſti, quam in nobis præſentialiter oſtendis, ut ſupra dixi.

dixi. Sed dubium proponam, ò Domine mi, & Deus benedicte. Cur non verba, vel conceptus, verbis fęcundis expreſſos, præparaſti? Bene ſiquidem ſcis Domine, quã vim habeant verba, ad quodlibet in corde imprimendum, quando efficaciter proponuntur. Cur tantummodo cogitationes? Ah, audio te in corde reſpondentem, quia nimis loquaces eramus ad præparanda Verba; ſed noſtro, malo, eo quod ea ſine cogitatione proferamus; cogitationes autem præparaſti ut cum verba proferemus, prudentiores eſſemus, & conceptus ipſi efficaciores
Pſa. 139. eſſent. *Vir linguoſus non dirigetur in terra*, ò quomodo verum eſt: plures conceptus in me cõcipio: bene ſtat: quia verò prius efficacia cogitationis nõ eſt, ad nihilum valẽt, ſtatimque depereunt, eo quod ſolida cogitatione non bene radicentur in corde: ſi bene cogitaretur cõceptus, ſtabilis eſſet, & firmus, nec leuiſſimo vento deiceretur in terram, ut miſeræ primæ noſtræ Matri Euæ accidit, quæ concepit, & protulit, ſed nõ conſiderauit. Ita multi, verba ſine conſideratione proferunt, & maximè ex illis, quæ in noſtro ſexu, ut plurimum inutiles, & otioſę inueniuntur. Concepit in votis ſuis Eua, velle conſortem ſuum ad comedendum pomum inuitare; ſed non conſiderauit. E contra
Luc. 1. Maria oblato ei vitæ fructu, *Benedictus fructus ventris tui*, prius conſiderauit, *cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*, & deinde protulit Verbum.

6 Diſcedis poſtea, ò Verbum meum, ab Ægypto, ſed quas cogitationes in hoc mihi denotas? Cogitationes honoris Patris tui, quia eiuſdem Patris tui honorem proſpiciens, eò regrederis, quò filius te interficere volentis, regnabat. Nihil autem à diuina Voluntate nos retrahere debet, & maximè in rebus ad honorem ſuum pertinentibus. Non pericula, non minæ; totum nihil eſt, dummodo Dei voluntas fiat, quod melius erit; & quidquid vult faciat mundus. Ex parte autem noſtra, ſcandali occaſiones fugiendæ ſunt, & hoc eſt, in Nazaret diuertere. & valdè laudabilis eſt prudentia, quæ ſpiritu aſſociatur ad voluntatem Dei exequendam, non ad voluntatẽ Caræ, quæ à Deo diſſociat. *Prudentia carnis inimica eſt Deo*. Rom. 8.

CAPVT XXIII.

Chriſtum in Templo, in medio Doctorum, domum redeuntem, & in Iordane baptizatũ deſcribit.

1 AD Templum vna cum Matre tua poſtea pergis, & ita agis, ut in eo ad diſputandum remaneas cum Doctoribus, ò mi iuuencule Chriſte, ò amabilis Sponſe. *Speciosus forma præ filijs hominum*; ſpecioſum vultum tuum videre mihi videor, adeo in ea ætate manſuetũ, graue, ac venerandum: ibi permanendo nouas præparas cogitationes: cogitationes prouidentiæ, ac ſapientiæ, conſilij etiam cogitationes. In ore meo quaſi poſuiſti quid reſpondere debeam, cum dilectæ Matri tuæ dixiſti. *Quid me quærebatis, neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Tunc, ò Diuinũ Verbum, vnum figebas oculum, in tuo proprio regno, quod cęlum eſt, & Patris ſinus, alium verò ad Doctorum interrogationem; animoque placido, & eroico reſpondebas. Id autẽ quomodo ſe habet, ò Ieſu mi? quomodo tu qui pro amore noſtro adeo vilis, & abiectus fieri voluiſti, ut aſſimilares te vermi, qui non modo non reputatur, ſed à videntibus abhorretur, nulloque reſpectu, à quocunque eum vidente proteritur, quomodo nunc manifeſtare te Doctoribus, hominibus magnæ extimationis mundanæ; in Templo, loco mundi celebriore; tempore. ut opinor, Paſchali, cum non ſolum ab omni Iudæa, ſed etiam à cunctis mũdi partibus, infinitus populus concurrebat, voluiſti? Tuam oſtendiſti venuſtatem, ac magnitudinem; & cognoſco, & intelligo, quod ad exemplum meum hoc feceris, ut cognoſcere addiſcerem, quid à me, & à quolibet te diligente velis. Nõ vis Domine mi, nec à me quæris, ut in annihilatione mea, & cuiuſcunque alterius ſponſę te perfectè ſeruire cupientis, meam guſtem naturam: nam tua eſt, & tu

Pſal. 44.
Luc. 2.

Digitized by Google

caćior eſt potentia, ac velle tuũ,ò Chriſte benedicte, quam ſit Ioannis humilitas,ſed quantum te Pater diligeret, mũdo adhuc manifeſtum non erat. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui, ipſum audite.* Mat. 17.

4 Verum hic, cogitationes amoris, cogitationes puritatis,cogitationes humilitatis præparauit.Cogitationes amoris præparauit æternus Pater,cum dixit, *Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui*, oſtendens, quod ſi ille eſt ſcopus amoris Patris, noſtrorum etiam cordium amor eſſe debeat. Humilitatis cogitationes præparaſti, ò Verbum Incarnatum, Ioanni te inclinando, teque humiliando, quaſi peccator eſſes,purificari, ac penitentiæ bapriſmo mundari indigens, tu qui peccatores recipis, & in eorum cordibus gratiam pęnitendi infundis. Tu,qui eos ad pęnitentiam expectas, & ita beneuolenter recipis,dum pęnitentia ducti conuertuntur ad te. Et puritatis cogitationes preparas recipiẽdo baptiſmum, eo quod exemplo tuo elamare videaris. *Lauamini,mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarũ.* Iſaia 1. O quam neceſſarium eſt,ſæpius in pęnitentiæ aquis immergi, ad acquirendam puritatem, quam à nobis requiris. Corporis non ſufficit puritas, cordis,ac mẽtis puritate opus eſt, quam longo tempore obſeruare nequiuerit, niſi ſæpius hoc baptiſmo lauetur. Cordis enim puritas, licet tuum ſit donum, ad eam tamen intactam conſeruandam,vis,etiam vt aliquid de noſtro ponamus.

CAPVT XXIV.

Chriſtum in deſerto,de diabolo triũphantem cõmendat.

1 IN deſerto, ò Incarnatum Verbum, morabaris, æternum Patrem tuum laudando, & glorificando,& pro me illum orando, & ut creaturæ tuæ iam in mundo exiſtentes conuerterentur, & ut nos, qui in mente tua iam exiſtentes eramus in te, qui omnia præſentia habes, te perfecte laudaremus, & diligeremus. Nec mihi in mentem venit,te in deſerto alia, quã hęc exercuiſſe opera, nimirum, quam in ſublimitate amoris, & in miſericordiæ, & humanitatis tuæ amplitudine pro nobis ad Patrem tuum orares. Verum quando pro voluntate tibi placuit;ut tu, qui ad conculcandos, vincendos, deiiciendos, & in æternum condẽnandos dæmones veneras,ab ipſis tentareris: ò bonitas infinita. Tentauit te Satanas, & Deus eras. ò ſtupendũ miraculum, quod hoc cõncederes: nec ſemel expertus eſt,ò Deus meus,verum per tres vices conatus eſt. Totaliter enim Sanctiſſimę Trinitatis adorationẽ conculcare, & annihilare volebat. Non puto, quod te Dei viui filium exiſtimaſſet, non credo quod ita ſublime miſterium penetraſſet: aliter enim tentare te non auſus fuiſſet. Nec puto, imò certò ſcio, quod non eras eo duello, & angore,in quo nos ſumus,quando tentamur, quia Deus ſimul, & homo eras,& inferni tenebræ ad claritatẽ illius lucis, quæ eſt *Candor lucis æternæ* nequeunt peruenire. Exiſtimo tamen quod tanquam homo,magnam tuleris moleſtiã, propter amorem erga Patrem tuũ, & Deum cum tibi dictum audires. *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me.* Te adorare, eh? O impudentiſſimum ſpiritum,& honor Deo ſuo,& Patri debitum,alteri daret? O blaſfemias horribiles, quas non puto te ſine horrore audire potuiſſe;verum non eſt ſapientia, *Non eſt prudentia cõtra Dominum*, Exiſtimabas, ò maligne rem cum ſimplici homine maturandã, ſed deceptus es. Cognoſcere exiſtimaſti, ſi Deus verus eſſet, nec tibi ceſſit in votis. ò magnitudo, Dei mei. Quidquid tentationis,ad tui gloriam in nobis permittis,totum ad bonũ noſtrũ ordinatur, & ita agis,ut cum hic deorſum tẽtamur, ſi nullo alio,quam bonitate tua circumdaremur, hoc ſufficeret ad omnem tentationem ſuperandam. Diuino eloquio tuo,ò Verbum,dæmonem confundis,diſceditque confuſus, quis vel qualis ſis ignorans.ò Chriſte mi,ſi ibi interfuiſsẽ, de ignorantia illius etiam exultaſſem.

Sap. 7. Matt. 4 Prou. 21.

2 Opus erant tibi ò Chriſte mi,ut ad tibi inſeruiendũ accederent Angeli?potius dixerim,illos indigere te.Quid enim cum tua magnitudine,cum eorũ creatoris,

ſis? verum retributionem aliquã illis in tua humanitate reddere voluiſti, pro eo quod in tua incarnatione fecerant, modum hunc ſpecioſum inueniendo, vt tibi poſt tentationem miniſtrarent,& in angonia ad te etiam confortandum accederent. Miſſas facio, ſublimes, melliſluas, ac ſalutiferas prædicationes tuas: eo quod ea,quæ dixiſti,& cogitationes, quas nobis præparaſti, mihi Euangeliũ enarret. Quas autẽ cogitationes mihi in deſerto præparaſti,niſi cogitationes cõſtãtię,cogitationes fidei in te vero,& viuo Deo, & quomodo nihilũ extimandũ eſt dęmon? Cũcta ſacra miracula tua nihil aliud mihi fuere, niſi cogitationes potentiæ tuæ:illis enim diuinitatem aliquantũ progredi in tua humanitate voluiſti,& cogitationes magnitudinis tuæ, potentię tuę, & amoris tui præparabas. Quis te non ardenter amaret, cernens, quot ineſcrutabilibus,profũdiſq; modis animam hanc ad te reducere ſatagebas.

Deut. 32. *Sicuti Aquila prouocans ad volandũ pullos ſuos.* Nunc ſicuti Ceruus ſuper colles,ac mõtes ſaltare opus eſt, & ad amoris tui magnitudinem peruenire:ſi enim omnia enucleare vellem,mille,& mille ànnorũ tẽpore opus eſſet, ad conſiderandas cogitationes à te præparatas

Luc. 19. *In eiciẽdis illis de templo*, in loquẽdo cum *Samarita-*

Ioan. 4. *na*, in exaudienda *Cananæa*, parcendo

Mat. 15. *Magdalena*, pauperemq; *Adulteram* ab-

Ioan. 8. ſoluẽdo.Sed Aquilę velocitate,oportet, ut in mẽte mea ea cõmemorẽ, ruminẽq;

3 Conſideremus nunc illud ſanctæ reuerentiæ, peculiariſque amoris ſignũ. Poſt prędicationem ſuam aliaque amoris ſigna, ad benedictam Matrem ſuam inueniendam pergit, in quo maximum amoris,ac dilectionis ſignum oſtendit: cum ipſa enim commorans, ò Verbum, paſſionem tuam, Reſurrectionẽ, & clarificationem, prout iuſtũ erat, enarras. Cui te inclinando,licet prout Mater digna eſſet, ipſa nihilominus tanquam creatura, prout fecit, tibi ſe inclinare debebat:ſuam expoſcis benedictionem, quam alter, alteri impendit,& in oſculo ſancto amplectimini. Et hic, ò Chriſte benedicte, prudentiæ cogitationes deſcribis, & edoces; nequaquam Dei magnitudinem, beneficiaque enarrando, niſi pro merentibus, prout erat Sanctiſſima Mater tua. *Nolite proicere Margaritas ante porcos.* Mat. 7. Cogitationes etiã reuerẽtiæ meis ſuperioribus, & amoris erga omnes, & pręcipuè ſuperiores, quibus teneor debito gratitudinis;& hæc amoris cogitatio sẽper in me eſſe debet,quia sẽp in te fuit erga benedictã Matrẽ tuã.

4 *Nolite multiplicare loqui ſublimia* vſque ad crucifixionem.Exemplũ prius præbueras, deinde verò ut tua ſequeremur veſtigia præcepiſti, vnumque de tuis præceptis eſt,ut Pater honoretur, & Mater. Ecce quomodo nunc oſtendis, quia magis mouent exẽpla,quam verba. *Honora Patrem tuũ,& Matrem tuam.* Mat. 15. Heia age, Domine mi, ut hæc gratia tua ad tuum perueniat habitaculum,vt ad inuicem reuereamur: ſi enim hoc deicitur, omne quaſi bonum diſſiparetur.

CAPVT XXV.

Sponſũ ſuũ Euchariſtiæ Sacramẽtũ inſtituentẽ, & diſcipulorũ pedes lauantem intelligit.

1 IOannis puritate opus eſſet ad contẽplandam Theſaurorum,innumerabiliũ cogitationũ magnitudinẽ, quas in inſtitutione Sacramẽti Sãctiſſimi corporis,& ſanguinis præparaſti: Tot Theſauri, tot magnitudines, tot amoris manifeſtationes in eo latent, ut opus ſit dicere. *Qui poteſt capere capiat.* Mat. 19. Quot fuere cogitationes,quot mirabilia? Quia tu ſolus operator fuiſti, alius non interuenit quã Amor; qui ut teipsũ relinqueres,& nobiſcũ ꝑmanere velles *Vſq; ad cõſummationẽ ſæculi*, Mat. 25. effecit.Et quænã maior dilectio,quã cũ diceres, *Hæc quotieſcũq; feceritis,in mei memoriã facietis?* Luc. 22. Et meo quidẽ videri,maiorẽ quodãmodo eſſe in me obligationẽ exiſtimo, eo quod mihi teipsũ reliqueris,quãquod creaueris;quid .n. eſſet de me, ſi me creaſſes,te verò minime reliquiſſes? & hic oſtendis,quam magna ſit cõmunicatio tua, & quantum nobis te cõmunicaſti:nõ .n. contentus es te cõmunicaſſe,triginta tribus annis nobiſcum in terra commorando,ſed etiam corpus, & ſanguinem tuum animæ

reli-

reliquiſti, ut cum illa iugiter eſſe poſſes; vnde, ut ita dicam, ipsā deificas, ac trasformas, teque illi cõmunicas, & aſſiduè tecum vnitam retines. O quod colloquium habet anima ſe in pectore tuo, teque in ſuo permanente, ſi vel punctū habeat amoris; quomodo ardentiſſima hac charitatis ſuæ flamma minimè accēderetur, amoris, & charitatis, Ethnā retinens in ſeipſam quando miro hoc, & amātisſimo modo intus ipſam moraris? Apoſtoli verba mihi dicenda videntur; *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurvm gloriam*, minimè, ſed ad participationem tuæ communionis: ſi enim huius ſæculi paſſiones ſimul colligerentur, ſecluſa æternitate, offenſaque tua, etiam de futuro illas omnes perpeti, iuſtum videretur, vt corpus ſanguiſque tuus ſemel recipi poſſit. Verum, ò amantiſſimum, & clauis affixum Verbum, fateor, quod ſi ego ſicut Daniel in lacum leonum eſſem ingreſſura, in cuius medio eſſet corpus, & ſanguis tuus, propter ipſum ingrederer, & certè ſcio, quod ingredi deberem, licet aliquando propter meam miſeriam, me retraherem, & tamen ille es de quo ſcriptum eſt. *O altitudo Sapientiæ, ac Scientiæ Dei, quam incomprahenſibilia ſunt*; nō dicam amplius ſolummodo *iudicia eius*, ſed quam incōpræhenſibiles ſunt cōmunicationes ſuæ? & hic quid agis? pręparas mihi, ac denotas cogitationes, & nō alias, quam amoris, qui enim te recipit, aliquantū de tua capacitate, & cōmunicatione participat. Rom. 8. Rom. 11.

2 Pedes lauando, relinquere vis magnum illud humilitatis exemplum, quod præbes, quodque deberem prehendere, eo quod poſſit bene dici, *Abyſſus abyſſum inuocat*, quia abyſſus præbiti exempli humilitatis, abyſſo oſtenſi amoris correſpondet, teipſum præbendo. & quomodo vocat? *In voce cataractarum*, & quanam voce? *voce*, qua Patri æterno clamas, ut dona ſua rationabilibus creaturis ſuis impendat; maiori plenitudine, copia, & abundantia, ut ſaluentur, & perducantur ad Cęlum, quam dilluuij aquæ, ad puniendum, & deſtruendum nos, ò Amor ſine menſura. Quot verò, & qualia ſint dona, & theſauri, quos Pater æternus poſſet impendere, ſi eum rogaremus, tale medium, ideſt, Filium ſuū Vnigenitum, de quo dixit. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, in nobis habentes, nequeunt numerari; nobiſque dicere poſſet; *Non poteſtis portare modo*. Non poteſt anima, niſi, capax Dei, infinitæ eſſet capacitatis, illos recipere; & cum ſancto illo clamare cogeretur. *Non amplius Domine, ſufficit*, quia *Non poteſtis portare modo*, propter noſtri cordis anguſtiam, dum in hac vita moramur. Non permitteret modo Pater æternus, vt iuſti exclamarent, eo modo quo Patres veteris teſtamenti, cum dicerēt, *Roraate Cęli deſuper, & nubes pluant iuſtum*, totq; alijs modis. Pro nunc Verbum habemus, quod dixit. *Quodcumcumque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis* cum fieri nobis voluerit Via, & Scala adeo delectabilis, vt aſcendamus, cunctoſque theſauros, & gratias obtineamus: ipſe eſt nobis via noua, *Initiauit nobis viam nouam per velamen, ideſt carnem ſuam*, ò me fęlicem ſi bene vtar hac ſcala, ſi per viā hanc bene ambulauero. Humanitas quidem eius eſt nubecula illa, quæ nos veluti aquas ad ſe aſſumit, vt in ſinu Patris, qui eſt gratiarum, diuitiarumque mare, deducat; & quemadmodum aquæ cadentes, & in mare ingredientes primum eſſe, ac nomen amittunt, ita intrantibus in hoc mare, quod Deus eſt, quid contingit nobis? *Ego dixi Dÿ eſtis. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum illo.* Pſal. 41. Mat. 19. Ioan. 16. Pſal. 45. Ioan. 14. Hebr. 10. Pſal. 81. 1. Cor. 6.

3 Præterea in huius Sanctiſſimi Sacramenti vnione, venit ad nos ſponſa, nobiſcum cænat, ordinat in nobis charitatem, vbi quiddam amplexus fiunt, adeò puri, & caſti, ut in vnionem illorū intimorum, qui inter perſonas Diuinas Sanctiſſimæ Trinitatis in vnitatem eſsētiæ fiunt, offerri poſſint, quorum hi, vt imagines, & figuræ ſe habent. O quam dulcis amplexus ſunt iſti, quos in complacentia trium diuinarum Perſonarum habemus. O quam diuini amplexus, & vincula ſunt, omnes in vnitate, & idemtitatę ſubſtantiæ eſſe, perfectionis, naturę attributorum. O rem magnam, collocauit me in *oſculo oris ſui*. Cant. 1.

CAPVT XXVI.

Chriſtum Ieſum in horto, triſtitiã, & angoniam patientem contemplatur.

1 PErgit ad montem Oliueti Chri-
Mat. 2. ſtus meus; & quid ait, *Triſtis eſt*
anima mea vſque ad mortem; Triſtatur il-
le, qui lætitia eſt, & beatorum iubilum,
Pſal. 93. *Conſolationes tuæ lætificauerunt animam*
meam. O, ſi conſolationes tuæ, vel in cõ-
ſolationibus tuis, de quibus in infinita
copia in teipſo gaudes, vel minima gut-
ta, alterius lætificant animam. quomodo
in te poteſt eſſe triſtitia? verum tua di-
uinitas, paulatim confortationem à ſu-
periori parte ad inferiorem, à te ſubtra-
hit, ut pro nobis pati poſſis, conceditq;
Mat. 26. ut valeas dicere. *Triſtis eſt anima mea*
&c. Quomodo Pauli dictum obſeruare
Phil. 4. potero. *Gaudete in Domino ſemper, &*
iterum dico gaudete, ſi Spõſus, qui eſt co-
rona mea, & gloria mea triſtatur vſque
ad mortem? ſi tamen lætitia mea, iubi-
lum, & etiam gloria, in tribulationibus,
Rom. 5. & mæſtitijs eſſe non debet, *Gloriamur in*
tribulationibus; & quomodo completum
video dictum illud Angeli ad Mariam,
Luc. 1. *Et Filius altiſſimi vocabitur*. Filius altiſſi-
mi, qui ſolius vocis ſuæ vi, fert, ſuſten-
tatque omnia; ſi nunc in terra prolapsũ
cerno? & procidens in terram? & quo-
modo ália illa, quod regnum, & impe-
rium Dauid obtinebit. ſi nunc ait, *Tri-*
ſtis eſt anima mea &c. ubi tuum imperiũ,
expectas? ò quam bene intelligo nunc,
ò Domine, quod imperium, regnum
Dauid Patris tui obtinere debueras;
quia duo regna habuit Dauid, pacificũ,
& quietum; vnum poſtquam coronatus
eſt, in Ieruſalem, & hoc Salomoni
reliquit: & aliud viuente Saulo, quod
1 Reg. 22. plenũ anguſtijs extitit, quando latitans
per ſpeluncas fugiebat, ad quem cuncti
anguſtiati, & afflicti, quorum ipſe erat
caput, confugiebant; tunc regnum iſtud
obtinuit, tibique reliquit Ieſu mi, cuius
hac tua afflictione poſſeſſionem accipis,
& quamprimum acutiſſimarum corona
ſpinarum coronaberis. Hoc tamen tan-
quam filio Dauid debebatur regnum,
quod nullus alius acceptaſſet, ideoque
non mirum, ſi *Triſtis eſt anima tua vſque*
ad mortem: Magis tamen Angeli dictum
admiror, quod regnum tuum non habet
finem, nunc tamen ad mortem accedere
oſtendis, quæ cuiuſcumque regni eſt fi-
nis: etiam regnum tuum morte habet
initium, & morte ſubcreſcit, quia ſi *Po-* *Iſaia 53.*
ſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſe-
men longeuum. Hac de cauſa grano fru-
menti te aſſimilaſti, quod tunc ſubcre-
ſcit, & ariſta, copioſum præſtat fructum,
cum primum in terra fuerit mortuum,
& aqua in ipſa terra corruptum. Ita non
aqua, ſed ſanguine tuo in terra noſtra
effuſo, moriens, creuiſti, & ad te omnia
traxiſti, *Et ſi exaltatus fuero* (in Cruce *Ioan. 12*
Sancta) *omnia traham ad me ipſum*. Idem
in martiribus, membris tuis, cernitur,
qui ita patientiæ tuæ perfecti imitatores
fuere, quorum ſanguis extitit aliorum
ſemen, qui eo conuerſi medio, etiã car-
nifices nõ modo Chriſtiani effecti ſunt,
ſed etiam ad recipiendam eandem mar-
tyrij palmã cucurrerunt. Nos verò quo-
modo fructum reddemus, niſi prius paſ-
ſiones, deſideria, & appetitus noſtri be-
nè mortui fuerint? væ mihi, quia ſic mo-
dicum in animabus proficere, à modi-
ca eorum, qui animas ad Deum trahere
volunt, mortificatione procedit.

2 Nuper intellexi te *Eſſe lucem mun-* *Ioan. 8.*
di, & nunc ais, *mæſtum eſſe*? Quomodo
eſſe poteſt, ut tu lux ſis, cum męſtitia?
ſcio cęcum Tobiam dixiſſe. *Quale mihi* *Tob. 5.*
gaudium eſſe poteſt, quod in tenebris ſedeo,
& lumen Cęli non video. Verum tenebris
meſtitiæ tuæ, meſtitiæ noſtræ tenebras
depellere, & deſtruere vis; eamque red-
dere lętitiam, quam Progenitor, & Pro-
pheta tuus rogabat. *Redde mihi lætitiam* *Pſal. 50.*
ſalutaris tui; vel illam reddere volebas
triſtitiam, quæ eſt ad veræ contritio-
nis ſalutem, offenſarumque dolorem, &
aqua oritur lux veræ lætitiæ. Maiorem
ingerit ſtuporem, te eſſe turbatũ, quam
te eſſe volutati Patris tui conformem.
Qualis Pater, talis filius. Fiat voluntas
tua, ille inexcrutabilis, & tu inexcruta-
bilis; ille incompræhenſibilis, & tu in-
com-

compræhenſibilis. Verum turbatio tua illum in nobis præſtat effectum, quem vox tua fecit in Mare: cum enim ventis, & tempeſtatibus imperares, ſtatim maxima facta eſt tranquillitas; ſic tua turbatio, in tranquilla, ac perfecta pace nos poſuit; conſolamur etiam cum aliqua turbatione affligimur, cogitantes, te maiori turbationi ſubieciſſe pro nobis. Tuæ autem abſque peccato fuere, nec paſſiones, quæ partem beatæ animæ tuæ ſuperiorem, à tranquilliſſimo ſtatu ſuo amouerent, noſtrę verò, vę mihi, omnia ſubuertunt, niſi à te adiuuentur, & placentur; Quomodo verum erit, quod

Luc. 12. dixiſti, ò æternum Verbum, *Complacuit Patri meo dare vobis regnum*? tibi autem paſſionē? Melius igitur mihi erit, quam tibi? ergo melius eſt eſſe ſeruum, quam Filium? verum quid accidit, ò Verbum Diuinum. *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcēdit de Cęlis.* Ita eſt. Quia cunctas noſtras iniquitates portare voluiſti, id eſt pęnas cunctas,

Iſaie 53. quas propter illas mærebamur. *Iniquitates noſtras ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Quis igitur erit amor, quo valeam retribuere? O æternū, diuinumque Verbum, & tamen auditur. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Nihil eſt quod valeat huic amori ſatisfacere.

3 Tantum autem tibi patiendum eſt, ut ſola cogitatione, ſanguinis ſudorem emittas: pro me vero tantum pateris, eo quod tanta ſit charitas tua, vt quantum pro omnibus efficis, tantum pro qualibet anima efficeres. Quod ſi tanta eſt charitas tua, quomodo parata non ero, millies, ac millies pro te mori? Flagellum mihi debitum Pater emittebat, & tu amantiſſime Sponſe humeros ſubij-

Pſal. 37. ciebas, *Quoniam ego in flagella paratus ſum.* Emittebantur ſagittæ, tu verò corpus tuum, & pectus tuum exponebas, deſcendebant iuſtiſſimæ indignationis diuinę ictus ſuper nos, & tu pro incudine, inter illam, & nos te conſtituebas.

Luc. 11. *Fortis ille armatus*, peccatum nimirum, & iniquitas, totum compleuerat mundum, omnia occupauerat, & pauciſſimis exceptis animabus; tibi ſeruatis, gratiaque tua præuentis, pacificam tenebat poſſeſsionem, verum *fortior illo armatus* amore aduenit, eumque ſuperauit, ac vicit, non ſine labore tamen, nec ſine angore, & ſanguinè, & ideò *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, ideoque *factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis*. ò ſi ego aliquod ex ſacris membris tuis ita afflictis amplecti parumper, ac deoſculari poſſem, ò ſi aliquas ſanguinis tui guttas, quæ veluti Chriſoliti in terram decidunt, recipere poſſem. O ſi terra eſſet cor meū ad illas recipiendas; quam locuplex, quam beatum foret, habens in ſeipſo theſaurum ſufficientem ad mille, ſic dicam, paradiſos emendos.

4 Eia veni in me, ò Ieſu mi. Tu magnus es, & inſcrutabilis. Nec aliud quā dormire, ò Ieſu dulcis Sponſe mi, quam quieſcere in te cupio: in te quieſcam, ſed non ſicut Apoſtoli, quos tu reprehendiſti, *Non potuiſtis &c.* & hæc cogitatio ſola me reſtaurat, ſedatque: Tu nauis es, ad portum nos conducens, cuius gubernator eſt amor, & vela Spiritus Sanctus, quo mediante in Maria cōceptus fuiſti. ò fęlix nauis, que me tanta ſecuritate conducit. Inebriare prius me debeo, & per conformitatem, & traſformationem in ipſa naui proijcere, vbi ſecura dormiero; Nequaquam pauebo, vt Ionatas, vel excitari, vel ab vndis inuadi; in naui hac dormienti nulla tempeſtas; ſecurè dormiam, & qui dormit non patitur, nec clamanti reſpondit, niſi clamantis vox adeo vehemens ſit, vt à ſonno excitet; verum ſi prius hoc Verbi ſanguine ad plenum me inebriauero, non facilè ab alia voce, quam diuina, potero excitari. Dormiens etiam, nec retro conuertitur ad videndum vocantem, quia licet carnis paſſiones, in carne mortali adhuc viuens in ſe ſentiat, Chriſto ſuo nihilominus vnitus exiſtit: quòd ſi aliquando excitatur, ſatagit ſtatim iterum obdormire, id eſt, Chriſto, vnir, in quo perfectam pacem ſuam inuenir, & quietem. *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam*, eo quod tutus Pſal. 4. ſit mihi locus, in quo deficere nequeo, niſi deficiet à me ſapientia mea. *Quoniā tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Qui dormit retro haud reſpicit, quia

ut tu

ut tu dixiſti. *Qui manum aufert ab aratro non eſt aptus Regno Dei*. Et quanto pro. fundior eſt ſomnus iſte, tanto vtilior, & magis proderit animæ. *Fiat volũtas tua.* O quæ conformitas, dicam melius, ò quæ Deiformitas eſt hæc.

CAPVT XXVII.

Ieſum à Iudeis apprehenſum, Pontificibus ductũ, & in Columna flagellatum intelligit.

1 ECce, qui omnia regit, & in manu omnia tenet tanquam Proditor capitur. Capitur Sponſus meus? vtinam & ego ſimul cum illo caperer. Quis te ſequetur, ò Sponſe mi? Ah te video ſolum. Tu verò propter tuam pietatem, nõ vis, vt alij propter te, vel tecum, propter me patiantur. Solus ſolus bibere vis amarum calicem, tibi à Patre te acceptante, donatum. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Nos etiam pro te, ſed non tecum ſumus. Nec nobis Iudas noſter deeſt, proditor ſcilicet malignior, quẽ anima noſtra habeat, eſtque peſtiferus amor proprius, qui velut Iudas ſe habet, nos rradendo. Qui eum vincit, omnia vincit; cum eo in vallo pugnare expediret, & qui vno ictu eum interficere nequit, venenum illi præbere deberet, vt accideret ei quod cecinit Dauid, vt cadat in foueam quam alijs Pſal. 7. præparauerat. *Et incidit in foueam, quam fecit*. Plures, & plures alij ſunt inimici noſtri, prius ſenſuales plures appetitus, & varij naturæ motus. Mundus etiam inimicus eſt, ſed peſtilentialior omnibus, eſt Iudas iſte, latens iſte proditor, proprius iſte amor; O Chriſte mi, fac me eum cognoſcere, quemadmodum tuum Luc. 22. cognouiſti, dicens, *Iuda oſculo?* Traditor autem aliquando Agni pelle veſtitur, & opus eſt, oculos bene à gratia tua illuminatos, & acutos, ad eum dignoſcendum, habere. Quis eum diſpergat? Tui, Dei mei, ac mei miſeræ miſerabilis cognitio. Et hic reliquit nobis Chriſtus meus cogitationes manſuetudinis, & amoris, qui ſemper eum ſequitur.

2 O. Amor eſt, quem ego video, qui ſequitur, aſſociatque Verbum à ſua cõceptione, quo ad vſque in Cruce emittat ſpiritum, ò quam pulcher eſt. Cerno quos oculos luminoſos habet, & ardentes, quem vultum flãmigerum, Sol quando magis ardet, videtur, contra quem ſe habet veluti carbo exſtinctus. ò quomodo Cęli ſagitta velocior eſt, & expeditior? Cerne quomodo lætabundus, ac ridens, nobis manifeſtare ſe geſtit? In altera manu vexillum flammis intextum aureis, ſtellis lucidioribus, haber, & in quo ſcriptum video. *Fortis eſt, vt mors dilectio*. Cant. 8. In altera, omnia paſſionis retinet inſtrumenta, & per vniuerſum vagatur, valdè delectabili voce proclamans: ſed aliqui eam audiunt, aliqui verò obſurdeſcunt, cunctiſque vellet paſſionis cõmunicare inſtrumenta; ſed tanta dulcedine, vt gaudium excitet non dolorem. Amantiſſime Ieſu, ne diſcedas à me amore tuo, ò Amor, ò Amor.

3 Pergit deinde Chriſtus benedictus à Pontifice, ad Ponrificem, ab Anna ad Caiphas; à Pilato ad Hærodem; ab Hærode iterum ad Pilatum, ſed ego in vnũ omnes reducere volo, Omnes aduerſarij *Congregati ſunt in unum. In unum congregati ſunt*; Pſal. 2. & aduerſus vnum, Deum eſſe ignorantes, & tamen Religioſi, ac Sapientes à populo extimabantur; verum Verbi Spõſi mei opera minimè intelligebant; Eum ignorauerũt, eo quod ambitione, ac malitia ſua excæcabantur. *Excæcauit eos malitia eorum*. Sap. 2. Benè tamen ab anima amante cognoſcitur, *electus ex millibus*. Cant. 5. *Conuenerunt in unum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſal. 91. *Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc*, ò quot cognitiones, ò quot hic exempla reliquiſti, ò Chriſte mi; Amoris, Patientiæ, Manſuetudinis, Humilitatis, Silentij, Veritatis, & manifeſtationis veritatis, quodnam ſit regnum tuum, & conſequenter, quinam ſint fideles, ſubditi tui, exprimendo, *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ioan. 18.

4 Propria dein voluntate tua ad columnam perrexiſti, ibique ſoluendo me, teipſum ligare permiſiſti. *Funes peccato-* Pſa. 118.

rum

Pſal. 98. *rum circumplexi ſunt me. In columna nubis loquebatur ad eos*, aliquando multo magis, ò Verbum, in colũna hac, quam in illa; loquutus es. Pati enim tuum, magna vocis exclamatio fuit,& qui purgatam cordis habet aurem, ò quam facilè, ac diſtinctè vocem hanc tuam audit; ſed cordis aurem apertam habere opus eſt. Tres, tacendo, emiſiſti voces. Patientia tua vox vna fuit,quæ inſtanter ad æternum Patrem exclamauit,vt cuncta delicta noſtra cõfringerẽtur, & adeo efficax fuit vox hæc, quod *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*. Cumque Iuſti quærantur de culpa, vnum tamen dicentem audio. *O fęlix culpa*. Alia vox fuit ſilentium tuum, & hæc omni noſtro linguæ delicto ſigillum poſuit,& maximè miſeræ Euæ.Tu ſiquidem eras,ò Chriſte mi, qui ab eodem ſexu naſci volueras,ut recuperares in Maria, quod miſera perdiderat Æua, cuius nimia in credendo, & in loquendo velocitas, ut tale, ac tantũ committeret facinus, operata eſt. Superſeſſio, ac Mariæ conſideratio fecit,ut illa adeo amæna, ac dulcia verba æterno Patri proferret. Luc. 1. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ*, & in hoc totam noſtram recuperauit fęlicitatem: dicamq; quod hoc Mariæ ſilentio, quaſi gratia tua accidit, quod falsò, & fallaciter mendax ille ſerpens illi miſeræ dixit. Gen. 3. *Eritis ſicut Dij*; quia dici poteſt nos hunc titulum promæreri, Pſal. 81. *Ego dixi Dij eſtis*, poſtquam miſericordia ſua diuinũ Verbum noſtram aſſumpſit humanitatem, qua mediante nos deificauit, & tot donis, gratijs, pulchritudinibus, honore, gratia, & fęlicitate ornauit. Culpæ magnitudo promeruit hoc, licet quo ad vocis ſonum, oppoſitum videatur, quod nimirum culpa mereatur. Meretur culpa, in quantum Deus ad oſtendendum ſuæ pietatis exceſſum, vtitur culpa noſtra ad occaſionẽ noſtræ gloriæ, vt eam delendo, maiorem communicet gratiã: etenim cũ ipſe infinitę ſit pietatis,nõ valẽs in creatura,prout creatura,ex ſeipſa, tãquã ex ſeipſa, aliud quam demeritum reperire, cum totum ipſius bonum ſit à Deo; hoc quod proprium illius eſt, vtitur ad manifeſtationem ſuæ æternæ pietatis, parcendo, ac peccata remittendo, pretio vitæ, & ſanguinis,quem voluit,ut filius ſuus pro nobis effunderet.

5 Quodãmodo etiam culpa promeruit, in quantum diuinæ iuſtitiæ à creatura ſatisfaciendum erat; nec ab alio, quam ab ipſo Deo ſatisfieri de rigore iuſtitię poterat,eo quod omnis creatura Deo deberet. adeoque ingens erat hæc culpa,ut nulla creatura ex ſe ſatisfacere poſſet; vnde Verbum quod Deus erat, motus eſt ad ſatisfaciendum pro nobis, factus pro nobis homo, noſtrarumque culparum pęnam ſoluens.

6 Tertia vox, quam e columna emiſiſti, fuit internæ lętitiæ, nimirum,quod adeo iucundè, & lætanter tot dura flagella pro me pertuliſti,ut mihi impetrares;quod de tuis diſcipulis legitur. *Ibant gaudentes.* Act. 5. Et hæc vox quædam fuit non modo apud Patrem, ſed apud Spiritum Sanctum interceſſit, gratiamque obtinuit, ut in omni tribulatione, tentatione, ac depreſſione, ipſo in incarnati Verbi flagellis reſpiciente, radios ſuos ob dulcedinem inebriantes, in animam noſtram emitteret. Itaque, ò Verbum meum incarnatum, te in Cælum aſcendente, & ad Patris dexteram ſedẽte reſpiciens Spiritus Sanctus,tot, tantaque flagella tua, & pænas,communicationẽ que, quam tua humanitas habet à tuo eſſe diuino,nec non & candorem, pulchritudinem, & eiuſdem humanitatis ſplendorem,mouetur,nec contineri poteſt, ut gratiam ſuam in animam noſtrã non emittat;cumque nos omnes, ipſius, membra eſſe reſpiciat, ut etiam inquit Apoſtolus ad nos viuificandos per gratiã, vitæ perfectioris, (cum ſit vita gratiæ) ſpiraculum mittit,quod iam in mũdi creatione in eo corpore à diuinis manibus formato, infuſum legimus. Quod ſi tunc *Factus eſt homo in animam viuentem*, Gen. 2. nunc ſpiraculo hoc inſpirationis, perfectius efficitur,diciturque quod *Factus eſt in ſpiritum viuificantem*. Hoc in loco, exclamandi *cogitationes* reliquit, ideſt Orationis,Patientiæ, & Manſuetudinis. Certum eſt, quod Amor ſemper eum ſequitur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

Sponſum ſpinis coronatum, Crucifixum, ſitientem in Cruce contemplatur.

1 SPinea tua corona erit galea capitibus noſtris: quomodo de te dicere poterimus, *In capite eius corona de lapide pretioſo:* ille enim ſpinę pretioſiores ſunt lapidibus omnibus pretioſis, qui imaginari in mundo poſſunt, eo
Coloſſ. 2. quod diuiniſſimum caput tuum, *In quo ſunt Diuinæ Sapientiæ theſauri*; tetigerunt, & perforauerunt. Vel *de lapide*, propter ardentiſſimos illos Chryſolitos tui puriſſimi ſanguinis à tuo capite defluentis, & effundentis ſe inter ſpinas, quæ illum faciunt, à centum foraminidiſtillare; O Chryſoliti omnibus cęli ſideribus fulgentiores. O Gemmę, quibus poteſt paradiſus comparari. Hæc ſpinarum tuarum corona, gloriæ coronam
Iacob. 1. capiti noſtro impoſuit. *Quam præparaſti diligentibus te*. Magis ergo nos, tuique electi propter hanc coronam exultare debemus, quã tuipſe. Verum licet propter amorem, eam ut coronam pretioſiſſimam habeas, ideoque ad eam intuendam cunctas te amantes animas adhor-
Cant. 3. teris, *Egredimini filiæ Sion, & videte Ieſum veſtrum in diademate, quo coronauit eum ſinagoga Mater ſua*, aio, magis nos exultare debere, quia propter hoc æternam conſequemur coronam, quam proprijs tuipſe manibus in capite pones. Verum, ad quid perſiſto? video caput tuum mihi eſſe flumen ampliſſimum, vel quendam fontem, cęlum, terramque irrigantem; cęlum gloria; gratia terram: ac ita iacto deinde Verbi tui ſemine in terra, irrigatio hæc facit fructificare, plantaſque germinare, florere, & concupitos reddere fructus. Licet æternus Pater adeò male actum à nobis caput tuum videret, ò mi Verbum, non deſti-
Exod. 3. tit nos diligere: ſicuti in Rubo inter ſpinas viſæ ſunt flammæ, ita hic charitatis tuæ ardens flamma, eas circumda-
Cant. 8. re viſa eſt. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*. Hoc ingens ſanguinis ſtillamentum, bona omnia, quæ tu Ieſu benedicte effudiſti, in nobis cõgeſſit; Pater theſauros omnes, ac dulcedines ſuas in tua humanitate effluxit, ita ut in conuerſatione, quam nobiſcum in terra habuiſti, amaritudo nunquam reperta ſit. Spiritus Sãctus etiam omnem ſuam bonitatem in humanitate tua collegit, ò Sponſe mi, cunctæque dulcedines iſtæ, totumque hoc mel, tanquam riui à copioſiſſimo fonte, mediante hoc ſanguinis tui inſtillamento, ad nos perueniunt. Nulla vnquam, ò dulciſſime Sponſe mi, amaritudo inuenta eſt, nonmodo in conuerſatione, quam cum Iudęis habuiſti, ſed etiam in ea quam habuit, habet, & habebit, internè animatecum, nullam vnquam inueniet amaritudinem: licet ei nimium pati opus ſit, te ſequi nolens; inſurgat nihilominus aduerſus eam quælibet tribulatio, hanc, tamen confortationem appellat. Cum Paulo dicens, *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Phil. 4. Et quomodo eam confortas, niſi hac ſanguinis tui pretioſiſſima, ac dulciſſima Theriaca? Proſequitur, relinquendo cogitationes Amoris, Pacis, & contemptus; & hoc à paucis intelligitur animabus, ò Deus bone.

2 Pergit æternum Verbum. Ad Mõtem Caluarium peruenit. Quomodo autẽ Crucis pondus adeò graue ferre poteras, ſi te Amor minimè adiuuaſſet? Verum, hominem quemdam ceruo, Crucem, & ipſamet tuam, tecum ferentem. Quid eſt hoc? Hic eſt amor tuus erga nos, quo ipſamet Cruce tua nos honorare, tuæque gloriæ participes efficere, & obſequium hoc à nobis recipiendo, teipſum debitorem ad amandum oſtendere, vis. Statim, ac peruenit, opere oſtẽdit, quod, tanquam ab eo dictum, refert Apoſtolus. *Beatius eſt dare, quam accipere*. Act. 20. Neque hic ſedet *iuxta fontem*, ſicuti Ioan. 4. cum eſſet laſſus, mulierẽ Samaritanam expectabat; neque ſolatium aliquod, nec bibere quærit; imò ſi vinum offertur mirratũ refutat, eo quod ſolatium eius ſit pro nobis quantumlibet pati. Vel dic, quod etiam hic ſupra ſapientiæ ſuæ fõtem ſedit, & ſtatim dare incipit, & quid?

ſeipſum:

ſeipſum in viuum holocauſtum æterno Patri non propter ſe,ſed propter omnes creaturas ſuas ſe offerendo. Sedet ſupra ſapientiæ ſuę fontem. Niſi ſediſſes,dilectiſsime Sponſe, dico tibi, quod tot, ac tot tormenta, & maximè opprobrioſam Crucis mortem ferre minimè potuiſſes. Verum tibi ſupra eandem ſapientiam tuam ſedenti, attenta Crucis vtilitate, Crux adeò leuis viſa eſt,ut maiorem cōcupiſceres; quaſi pro nihilo duceres illam ferre. Sediſti ſupra ſapientiæ fontē,
1.Cor.1. teipſum tanquā ſtultum oſtendens. *Prædicamus Ieſum Crucifixum, gentibus quidem ſtultitiam*, & cum hac fatui mundi oculis ſtultitia, eorum ſtultam ſapientiam confundiſti,ut ita eandem mortem ferre poſſes,qui ſemper in uchementiori paſſionis tuæ calore cauſam noſtram pertractaſti. Apoſtoli te amantiſſimo relicto,ad alium cibum quærendum abierant,& omnes mæſti,haud inueniebant. Te autem ſupra Crucis fonrem ſtanre, ecce Samaritana, quæ bibere poſcit, imò & tu ab ea petis, antequam à te ipſa popoſcat, & dum tu potum efflagitas,
Ioan. 19. dicens, *ſitio*, quod idem eſt, ac *Mulier da mihi bibere*, fontem oſtendis,ideſt teipſum; Canales, ideſt, plagas tuas, & aquam, ex qua qui iugiter bibit, *Non ſitiet in æternum*,qui eſt viuificus ſanguis tuus. Exclamans inſuper dicens, *ſitio*, & qui circumſtant,te irrident,& tu, ò Verbum, quomodo illis ſatisfacis? Pro eo quod mulieri illi dixiſti, quod ſi te cognouiſſet, à te petijſſet.

3 In Cruce ſpiritu tuo illa verba, & preces iugiter repetebas. *Pater ignoſce illis*. Bene concordabant dicentes,quod *non conueniunt Iudęi,& Samaritani*;dum te ipſorum Regem refutarent, dicentes, *alium non habere Regem, niſi Cæſarem*, & tanquam Regni alterius vſurpatorē refutabant, cum dicerent,te nolle tributa dari Cæſari. Verum non propter hoc ceſſas: inuitas tamen ut à te petat; vndè audiens ipſa,aquam tuam eſſe tantæ virtutis,ut faciat fontem ad vitam æternam ſalientem, & quo, qui bibiſſet, non ſitiuiſset amplius in æternum, ecce veluti, altera Samaritana bibere petit; & quid
Luc. 23. pro potu ſuo, niſi regnum tuum. *Memento mei Domine dum veneris in regnū tuum*? Petit eſſe tecum in regno tuo, & tu promittis dicens, *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Bene etiam ei dicere poteras, non modo vnum, ſed & *quinque viros* habere. Non modo enim vno,ſed etiam omnibus quinque ſenſibus, Deum oſfenderat. Non natura Samaritanus erat, ſed opere: natione ſiquidem, ac patria Iudęum fuiſſe arbitror. Verum ſicuti Samaritani, & ille,legem reliquerat, cum eſſet latro. Cæteris ſuis Samaritanis annunciare voluit,quia ad alium latronem ſe conuertit: Vas,& funem reliquit,quia ſocij vocem audire contempſit; paſſionem ſuam libenter tulit, non ut de Cruce deſcenderet petijt, ſed ſolummodo ad ſocium te blaſfemantem conuerſus dixit. *Nos quidem digna factis recipimus, hic vero nihil malifecit*.

4 Cum hac Samaritana,& cum gente illa peccatrice per duos dies commoratus es. Et quid ſunt duo dies, reſpectiuè ad illarum trium horarum paſſionem, qua viuus in Cruce pependiſti? Tunc prædicabas non propria quidem voce, non, ſed voluntate tua elementa prædicabant, itaut terra, quæ tremuit, Sol qui obſcuratus eſt, monumenta quæ aperta ſunt,nihil aliud fuere,quam voces,quibus complures conuerſi ſunt, dicereque poterant Samaritanæ, ideſt latroni,quod non propter illius confeſſionem, ſed propter ſigna viſa credebant. *Multi percutientes pectora ſua reuertebantur*, & hoc verum eſt,quia ipſimet, Luc.23. ingentia cernebant ſigna, quæ in morte tua fiebant. Ecce Sponſe mi, quod factus es mihi fons, in quo ſitim meam extinguere valeā, riuus, vel flumen purum, & tranquillum, in quo veluti Columba me recipere poſsim, cum infernalis auis me præhendere vellet.

5 Ita eſt, Amor meus:parum hoc tibi viſum eſt? ecce factus es mihi Arca, in qua diluuij aquas euadere valeam, cum in magno mari mundi huius maneamus. Sed quænam eſt Columba? Intus eras, Noe,cum animabus octo. Paternus amor in hac diuiniſſima includitur Arca, cum beatitudinibus octo. Foras *emiſit Columbam* cum ceſſaſſet dilu-

Pp uium

uium; conſumatiſque pęnis, ac tormentis, Verbum foras emiſit ſpiritum. Infernum, Limbumque petijt, & vbi quieſceret non inuenit; tertia die redijt, & hoc fuit, quando reſurrexit. Virenti oliua in ore redis, ideſt cum pace facta inter Deum, & hominem, & ſimul cum immortalitatis flore, quia ſemel mortuus, non debet amplius mori, mortuus
Rom. 8. eſt ſemel propter delicta noſtra. *Quod autem viuit, viuit Deo*. Munda, & immunda animalia erant in Arca Noe, & quomodo, ò Clauis affixum Verbum? forſitan in te peccatum erat? Nequaquã certe. Sed propter amantiſſimam tuam miſericordiam, iuſtos, & reos continebas, illos, ut coronares, hos ut iuſtificares; illis cęli portas aperiebas, iſtis pęnitentiæ ianuas, quarum claues Apoſto-
Mat. 16. lo tuo dediſti dicens. *Tibi dabo Claues Regni Cęlorum*, qui fuit etiam peccator, ut facilius aliorum miſereatur, qui peccatis eſſet irretitus.

6 O quot ſpecioſis formis tę mihi repræſentas? mihi etiam es, ò amantiſſime Sponſe mi, Ciuitas refugij, quia ſi in te Crucifixo latuero, quis me cõdẽnabit? Iuſtitia tua? nequaquã, eo quod ſanguine tuo copioſè illi ſatisfactum ſit; nec etiam tuus Pater æternus, quia idem ſanguis tuus apud ipſum plurimũ valet. Nemo ad Patrem venire poteſt,
Ioan. 14. niſi per te, tu quidem dixiſti. *Nemo venit ad Patrem niſi per me:* ut ingrediamur ad te, ò quot portas, tot plagarum, in ſanctiſſimo corpore, apertas ego video. Iucunda in hoc monte ſponſalia, ò Verbum meum æternum, mihi præparaſti. Caput inclinando, aſſenſum præbuiſti, nudatus, quam cara tibi eſſet dos demonſtraſti. Cum à Cruce depoſitus, nec habens in quo ſacratiſſimum corpus tuum inuolueretur, linteum, ac ſepulcrum ab alijs procuratũ eſt, dotis chy-
Matt. 8. rographum acceptaſti, & recepiſti. *Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos; Filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet*. Annulum deinde præbuiſti, quando de teipſo, ac ſacratiſſimo corpore tuo circulum feciſti, caput inclinando, & dexteram relaxando, (cum vita careret,) ſeipſam ſubſtinere nequibat. Petram ſanguinis à ſanctiſſimo tuo capite defluentis appoſuiſti, imò ſacrũ latus tuum, petra fuit, eo quod nuda eſſet pars illa, in qua extitit vulnus. Semper in menſa tua, ò Verbum, ſponſam hanc habes, dum ipſa vult eſſe tua, & dotis huius particeps, quia. *Beati pau-* Matt. 5.
peres ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnũ cælorum.

7 In præmium dotis æternitatem etiam præbes, eo quod in tota vita tua eam laudaſti, & magnificaſti; cumque ad ſummum amoris erga eam perueniſſes, ut eam deſponſares, dotemq; adeo concupitam reciperes, conſentaneum fuit. Spiritũ emittens, ò mi dilecte Spõſe, in capite obedientię coronam poſuiſti. Aperto latere, ſceptrum in manibus puritatis dediſti; & hic profeſſionem meam nimium exaltaſti; & quodnam ſceptrum in manibus poſuiſti, niſi amorem tuum? cum nulla ſit facilior via ad aſcendendnm ad cor, quam amor. Et hic cogitationes amoris, Patientiæ, Fortitudinis, Perſeuerantiæ, Obedientię, & cuiuſcumque virtutis, & ſuper omnia perfectiſsimæ charitatis, reliquiſti.

8 Ecce totius vitæ tuæ calculum, ò benedicte mi Chriſte; quod ſi cogitationes à te poſt Reſurrectionem, Aſcẽſionemque in Cęlo præparatas enarrare vellem, prius oporteret, vt tecum in Cœlum in paterno ſinu aſcenderem, ibique eum guſtarẽ, & deinde enarrarem. Sed in totum cogitationes gloriæ, immortalitatis, impaſſibilitatis, & tuæ tandem viſionis, præparaſti: & in aduẽtu Spiritus Sãcti præparaſti cogitationes eorum omnium, quæ tecum in tota vita tua fuerunt, ideſt cogitationẽ amoris, qui ſemper ſit nobiſcum.

CAPVT XXIX.

Paſſionis Chriſti miſteria recenſet, & primo, quomodo de his, cum Matre ſua loquutus ſit.

1 ECce fidelis Abrahæ ſeruum, qui Gen. 24.
ſponsã pro Iſaac, digno Domini ſui

ſui filio, quærit. Inuenit eam in fonte, à qua potus datus eſt ei. Hic Sponſus meus eſt, qui quantum ad formam ſerui, quam aſſumpſit, Patris ſeruus dici poteſt; licet quo ad Dei formam, Deus ſit, Filius Patri æqualis. Et quid quærit? Quærit totum æterno Patri genus humanum dare, tanquam filios, quos per gratiam adoptabit, ſicut filij, & ſerui ſunt natura. Sponſa, quam quærere debet, eſt Maria, quæ conſenſu ſuo ad filij paſſionem, etiam ipſa ſpiritualem hanc generationem adiuuabit. *Faciamus adiutorium ſimile ſibi.* Seruus igitur, & Mariæ filius, Mariam inuenit, cuius conſẽſu præſtito, ut patiatur, ſponſam inuenit, quam, ut æterno Patri offerret, requirebat. Potum dedit Maria, per conformitatem, quam habuit cum diuina Voluntate, quæ erat, ut Verbum pateretur. O quam dulcis fuit iſte fons, qui in eo inſtanti, paſſionis filij anguſtiam refocillauit. Ecce Solẽ cũ Luna cõiunctum; Sol, ut Lunam hac nocte adeo obſcura paſſionis, ſplendidiorem redderet.

Gen. 2.

2 De tribus exceſſibus hodie Verbum cum Maria tractatum habet. Primus eſt exceſſus amoris. Secundus paſſionis. Tertius capacitatis rerum cęleſtium. Quid ages Maria cum filio tuo? Quid ages, ò Chriſte, cum Maria Matre tua? Semper gratiam, ac melodiam auribus illius contuliſti, quando ei locutus es, & ipſa amore erga te affecta eſt; hodie verò de ſublimi exceſſu paſſionis, ſed paſſionis amoris, ſermo habetur. Tres amores effecerunt, ò Ieſu mi, ut de hoc paſſionis exceſſu cum Maria loquereris. Primus fuit amor erga Mariam, propter conformitatem, quam cum tua habebat humanitate, cum ipſa fuerit concepta ſine macula, tu verò Spiritus Sancti virtute, & per omnia fuerit tuæ voluntati conformis, nec unquam, vel minimum in tota ſua vita defectum cõmiſerit, qno minus tibi placere potuiſſet. Secundus fuit amor erga Patrem tuum æternum, de quo tanquam obedientisſima Ancilla diuinæ Voluntati repugnare nõ valens, etiam accẽſa erat cupiebatq; in omnibus, ut diuina illius Voluntas exequeretur. Tertius fuit ſanctus, & purus ille amor erga Angelos; quorum vacuas ſedes reſtaurare volebas, Paradiſi portas ſanguine tuo aperiendo, itaut fęlices illæ animæ, quæ eũ impleturæ erãt, ingredi poſſent. Verum, cur propter amorem erga Angelos, niſi quia Maria ſpecialem ſuper omnes electos puritatis Angelorum participationem habebat?

3 Tres habebat paſſiones Maria. Cõformabatur Voluntati tuæ, ò Verbum. Sed paſſionem ſuſtinebat, eandem nimirum quę in humanitate tua redundatura erat, quemadmodum tu dixiſti, *Spiritus quidem promptus eſt &c.* Et hæc eſt prima paſſio. Secunda paſſio propter lumen, quod ipſa de diuinitatis tuæ magnitudine habebat: videbat enim diuinitatem ſe ab auxilio tuæ humanitatis aliquantulum ſubſtracturã, & hoc amoris affectu, ut magis pro creatura patereris. Tertia erat paſſio compaſſionis, ſuper Apoſtolos, Mariam Magdalenã, totumque genus humanum, & etiam ſuper eandem humanitatem ab illa aſsũptam, miſerata; & ad tollendam, ac pro magna parte eandem paſſionem minuẽdam, diſtinctè effectus tuę mortis, & gloriam tuæ glorioſæ Reſurrectionis contuliſti, cum omnibus illis magnitudinibus, quæ enarrari nunquam poſſunt. Mariæ nihilominus, væ mihi, maximam contuliſti paſſionem. Quid agebas Maria, cum pergere in tuis petitionibus volebas? Primum quod cum Maria loquebaris, ò mi Verbum, fuiſſe arbitror, de euiſcerata illa charitate, tanquam bonitate ſumma à puro tuo eſſe ſummè communicatiuo procẽdente, de illa inquam charitate erga genus humanum, à tuis puriſſimis manibus plaſmatum, ac formatum, ad Patris tui imaginem, tui filij, ſimulque etiam Spiritus Sancti; & infinita Sapientia tua videbas, tot hac tua euiſcerata charitate priuandos, nec pretio ſanguinis ſe vſuros, quem poſt paucas horas propter ipſos effuſurus eras. Sanguinem tanti valoris, ut cum ipſo Paradiſus emi poſſit, & quoad ſufficientiam ſuam millies vltra, imò infinities maior animarum multitudo, quæ fuerunt, & erũt in toto humano genere,

Mat. 26.

ab initio vſque ad finem mundi.

4 Diuinitatis, & humanitatis complacentia vinculum faciebant, totumq; genus humanum Sanctiſſimæ Trinitati colligabant; & totum hoc Mariæ manifeſtaſti. Cumque eſſe tuũ manifeſtares, quod aliud quam amor, & charitas, non eſt, ab, liceat mihi dicere, te aptius vas, vel conuenientius habitaculum non inueniſſe, in quo animæ tuæ liquorẽ, ideſt tuæ ardentisſimæ charitatis affectum inſtillare poſſes, quam Mariam. Non conueniebat ut eum prius Angelis, quam Mariæ manifeſtares: licet enim illi amore ardeant, ſintque ignis flammæ, nullam nihilominus eorum, cum charitate Mariæ comparationem habet; inſuper Mariæ prius eum manifeſtaſti, quia hominibus præcipuè, totique mundo pro quibus mori voluiſti, notus eſſe debebat.

5 Cur cum Patre tuo, qui tibi talis paſſionis pondus impoſuerat, te non cõdolebas, ò Verbum? duplici de cauſa, nequaquam ſe, cum ſuo æterno Patre condoluit: vna eſt, quia pura voluntate ſua acceptauerat, & Pater, ſuper humeros eius, pondus paſſionis impoſuerat. Alia, propter æqualitatem, quam idem Verbum cum ſuo ęterno Patre habebat. Cur, ò æternum Verbum, parumper cũ Spiritu Sancto, virtute cuius humanitas tua concepta eſt, collocutus non es? cur de tribus diuinis Perſonis, ex quibus vna es, te haud condoluiſti; ſed condolere, vel conſolari cum Matre tua, quæ te inferior erat? Ah, conſolationem noluiſti, quæ dolorem tuum minueret, nec quæ poſſet in afflicti cordis tui intimum penetrare. Solus Deus poterat penetrare cor tuum, & ab hoc recipere ſolatium noluiſti, eo quod in Cruce, Matris tuæ præſentia, & dolor, quem in eius anima legebas, recens tibi erat pęna, & noua crux, quæ te torquebat. Nec mirum igitur ſi poſtea ſolatium hoc tibi non profuit; verum illud non fuit condolere, ſed narratio quædam.

6 Poſtquam tuam internam narraſti charitatem, internam tuam, & æternam enarraſti retributionem, quam ſingulis creaturis elargiri volebas, ſecundum fructum, quem ab ipſa paſſione quelibet recipiebat; nec omiſiſſe arbitror, illas enarrare, ac communicare deificationes, animæ noſtræ tali paſſione mediante donandas: eo quod omne donũ tuum, omnis gratia tua, nobis reſpondẽtibus, Deos per participationẽ efficiat; & quid amplius? Paſsio tua veſtimento tui ſanguinis adeo potens eſt, ut veluti Iacob, noſtro dicendi, & intelligendi modo, æternum Patrem tuum decipere valeamus: non quod ipſe haud cognoſcat nos, cum ſumma Sapientia, profũdius corda penetret, ſed quia pietate ſua, nõ amplius reſpicit nos prout prius eramus, cum sãguis ipſe nos coopetiat, deleatque peccati turpitudines, *Et quorum tecta ſunt peccata*, dicerem, quod ipſe ſanguis quodam dicendi modo, cum excæcat. Ipſumque ſanguinis veſtimentum, flagellis mediantibus, ſuauiſsimũ emittit odorem, quo ornantur animæ, & ita, ut dixi, noſtro dicendi modo, decipitur. *Gen. 27.* *Pſal. 31.*

7 Arbitror, ò Sponſe mi, quod eloquium tuum multiplicando, ei conferres, quomodo flagella tua, ſpinæ tuæ, claui tui, eam viſionem beatificam, fruitionem, & gloriæ communicationem animabus conferre debebant, quæ beatis à Sanctisſima Trinitate elargitur. Quid verò ſit hæc incircumſcriptæ Trinitatis viſio, fruitio, & communicatio, capi non poteſt, nec ſcire datum eſt. Quod ſi quæcumque alia delectatio per imposſibile, in Cęlo, Beatis, ad eos beatificandos, Angelis ad eos lætificandos, Patri tuo (modo noſtro dicendi loquor, quia Pater tuus extra ſeipſum lætari nõ poteſt) ad ſatisfaciẽdum, deficeret; Mãriæ cognitionem præbebas, qualis lætitiæ eſſe deberet humanitas tua æterno Patri, Angelis, & animabus beatis, & quantum de tuæ humanitatis viſione gauderent, eo quod Angeli, & Beati humanitatem tuam ſanctiſsimam poſt Deum tanquam beatitudinis ipſorum obiectum ſecundarium debuiſſent habere. Diſrumpebatur autem Mariæ cor. Iugiter reflectens ad quod de præſenti paſſurus eras, amotiſque lacrimas foras emittebat. Non poſſum non contemplari

plari colloquium illud capacitatis, altitudinis cæli, quod Mariæ enarrabas, delectamẽtum quod Virgines eius, tuæque humanitatis imitatrices recipient, cum in Cęlo te Agnum humanatum, & Crucifixum ſequutæ eſſent, & in terra manentes, ſanguine tuo inebriarentur; amore fatuæ in te eum reponẽtes amorem, quem in eo, qui tibi aduerſatur, ponere valuiſſent; & delectatio hæc ſubſidio aliquo, ac leuamini, ut ita dicam, paſſioni tuæ futura erat. Et quid de ſacratis plagis tuis dicam? ipſæ futuræ erant veluti Arcus, quem pro ſigno dedit Deus Noe, ut nunquam *Adduceret aquas diluuij ſuper terram*; & tales plagæ tuæ, Verbum, inter æternum Patrem, & genus humanum, quæ non modo culpas noſtras placabunt, ſed etiam agent ita, ut non amplius *Deus vltionum*, ſed Deus miſericordiæ, & amoris vocetur. O quale erat illud Mariæ gaudium, videns quod ſanguis ille, quem ab ea acceperat Verbum, omnium electorum Stola eſſet futurus. Verum deſcẽdamus ad id, quod notum eſt, & cuius eſt capax quilibet intellectus, & cuilibet imagini facilè. Quod ſcilicet omnem actum, omnemque minimam paſſionem à tua ſancta humanitate perferendam enarraſti. Ingens in Maria generabatur compaſſio, cum intelligeret, humanitatem tuam adeò delicatam, & ſpecioſam, ac benecompoſitam, tantum fore paſſuram, tantiſque tormentis morituram. Quot cõpaſſionis verba proferebas, tot gladij erant, cor eius traſuerberantes. Siſtat ergo affectus. Potentiæ tuæ, ò Maria, tres fuere canales, amantiſsima illa verba ad cor filij tui emittentes. Propter filij tui compaſsionem, cor tuum amaritudine plenum fuit, adeo ab ore tuo verba cõpaſsionis plena procedebant.

Gen. 9.

8 Vtriuſque interiora commoueri incipiunt, ut lacrimarum pluuiam foras emittant. Hæ quidem ſufficient ad omnem noſtræ paſsionis calorem, & angũſtiam refrigerandam, quia tantæ virtutis, & efficaciæ ſunt, quod vſque ad conſumationem ſæculi perdurabunt. Ah, ſi plantus, & lacrimarum tempus non eſſet, quis non rideret, ſola prudentia carnis, talem obſequioſi honoris pugnam recogitãs? licet fidei oculo debeam potius me ad lacrimas excitare, quod in vno qui eſt Deus, & homo; & in altera, quæ iuſtior, & ſanctior eſt omnibus, qui fuerunt, ſunt, & deinceps erunt, & tamen in ambobus paſsio locum habeat. Quomodo in eo paſsio, qui vnica gratiæ ſuæ gutta omnem abluit paſsionem poſsibilem, & in altera, quæ mater gratiæ vocatur, & eſt?

9 Viſcera Matris, & cor filij cõmouentur. Quo faciei tuę decor, & pulchritudo abibit, ò Deus mi? & illa etiam, adeo pulchra, ideſt Maria Sãcta *Pulchra vt Luna &c.* quomodo decolorabitur; lacrimæ oculos eius irrigabũt, & ſqualidam reddent eius faciem? Quomodo remanſeris Maria? quomodo, Verbum, ab ea, quæ te genuit, diſcedes? Verum, charitas propter quam in terram veniſti, ad hoc ſpeciale amoris ſignum pręſtandum te adduxit. Illa adeo copioſa benedictio accipienda eſt. Filius eam petit à Matre, Mater à filio; eam dabis benedictionem, ò Verbum, quam animæ tuæ æternus Pater impertijt, quando eam in optimè organizato corpuſculo, in Mariæ vtero, infundit. Et tu, ò Maria, quia ita vult ille, nec tu ab illius voluntate vis in aliquo diſcrepare, benedictionem impendes, in qua in nomine æterni Patris ſui eam promiſsionem renouabis, quam Deus fecit ad Abraam, quod *Semen ſuum ſicut ſtellas Cęli multiplicabit.* ò quam amplam benedictionem Matri tribuit Filius, in qua, ò Verbum, omnes gratias, & dona infundis; cunctas etiam dabis benedictiones, quas Æternus Pater omnibus iuſtis veteris teſtamẽti impendit, vna cum illa, quam dedit Iacob Filio ſuo Iſaac. Tu vero, ò Maria, quid in benedictione tua claudis? Claudes etiam nos omnes, qui filij tui, & filię erimus, à filio tuo, & à te regenerati, propter conformitatem quam ad paſsionem ipſius habes, ut redimamur, & eius filij efficiamur. Eris dupliciter Mater noſtra. Benedic etiam nos, ſed nõ dum tempus eſt. Non miror, quod quaſi tibi ſenſus deficiant, ò Maria. Remaneas tamen, ò Maria.

Cant. 6.

Gen. 22.

Gen. 27.

CA-

CAPVT XXX.

Quæ in Cænaculo Chriſtus geſſit, mirabiliter exprimit.

1 PRius cęnam feciſti, lauaſti pedes, & teipſum nobis donaſti, ò Verbum: cum videbo te pedes lauantem, ego etiam adiuuare te volo. Stabas, cum Agnum comederes: ſic voluiſti, ò Verbum, omnem iuſtitiam adimplere, nil prætermittere, quod ad plenum non *Matt.5.* obſeruares. *Exod.12.* *Ecce lactucas amaras, & agreſtes*, ò quomodo nunc amorem à Iudæis præparatum, & amarum quod tibi animæ noſtræ offerunt, repræſentant: Dixiſti enim cibum tuum eſſe, Patris tui voluntatem facere, ideſt his animabus nutriri, ut eos tecum perfectè vnias. Videris mihi comedere. Finis, finis huic legi imponendus, & alteri initium dandum. Te Verbum fore Agnū ſcio, bene aſſum, quia citius capieris, & morieris in Cruce. Integrum te tanquam Agnum figu- *Matt.6.* ratum comedere oportet, quia *Nemo poteſt Deo ſeruire, & Mammonæ*, neque poteſt te perfectè guſtare, & aliquid aliud tecum niſi propter te. Ruminanda ſunt omnia, nō enim in caput diuinitatis tuæ tantūmodo, ſed etiam in pedes tuæ humanitatis credendum eſt. Lactucæ illæ agreſtes tibi nequaquam fuerunt amaritudini, verum amaræ tibi fuere conſiderationes de perfidis Iudæis, quos in rebus legalibus perſiſtere, vltra progredi neſcientes, intuebaris; feſtinatione *Rom.12.* comedendum eſt, & Apoſtolus ait, tibi in omni noſtro opere feruenti ſpiritu ſeruiendum eſſe.

2 Chriſte benedicte, cogitationes tuę diuerſæ erant, à cogitationibus Apoſtolorum: cum compaſsione pleni eſſe deberent, *Quis eorum futurus eſſet maior.* recogitant. Inopes Apoſtoli eratis, ſicut & nos in carne, ſed ſuper vos eſſe debueratis; quia verò à vobis noſtra ſoluenda erant ligamina, ſi hæc prius non fuiſſetis experti, nullam compaſsionem habuiſſetis. Vos etiam in defectibus noſtris obuoluti, & legati fuiſtis, ideo ſoluere cum pietate addiſcetis, ſecus recidere eos citius voluiſſetis. Si præſens tali petitioni ego fuiſſem, reſpondiſſem, quod qui magis Sponſum meum dilexiſſet, ille erat maior, non illi, in quorū animo tales cogitationes deſcendebāt. Tu, ò Sponſe mi, reſponſum natura facile, & difficile præbes, ſed facilè, eo quod pauci in eadem humilitatis virtute alios ſuperare velint; operibus ſemper, & verbis oſtendiſti, ò Deus mi, quātum te delectet humilitas. Bene cogitaſti, ò Philippe, quid faciendum eſſet ad *Ioan.16.* tantam multitudinem ſatiandam, nunc verò iſtis cogitationibus remedium neſcis inuenire, & nihilominus magiſtrum tuum, & Sponſum meum dicentem audiſti. *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* *Mat.11.*

3 Tu lauari prohibes? lentè, lentè Petre, valdè durum erit tibi Verbum illud, *Non habebis partem mecum.* *S.Petro.*

Non audebis Andreas benedicte, aliquid dicere, à fratre tuo Petro edoctus. *S.Andr.*

O pure Ioannes, tu dilectus es, ego Iudam illum inuenire nollem. *S.Ioanni*

Tu es vnus, qui partem exſpetebas in regno, & tamen fertis, quod Deus, & Magiſter veſter lauet vobis pedes. Verū quod Petro dixit audiſtis. Ne tali parte priuemini; itaque *ſi dexteram, & ſiniſtram* quærebatis, agere finite. *S.Iacobo.*

Tu es Philippus meus. Arbitror te in ſinceritate, & puritate cordis Denm meum diligere. *S.Philippo.*

Et tu, Chriſtum meum morti trades? *Iuda.*

O benedicte Iacobe, nos à maledicto, ad benedictum deſcendimus. *S.Iacobo.*

Tu decorticare, & etia lauare te ſines: pulcher ſiquidem eras vultu; ò quam pulchior eris ſine pelle, quæ pulchrum te facit. *S. Bartolomeo.*

Ah ille es, qui vocatus à Domino ſtatim eum ſequutus es. *S.Mattheo.*

Ego etiam aquā accipere volo, eamſupra pedes tuos effundere. Nunquam te loquētem ex Euangelio audiui, ò Sācte Simon, quam humilis, quam modeſtus. *S. Simone.*

O, iam duodecimus es, non quidem de turba eras. Aſpectus tuus non oſtendit *S. Thadeo.*

dit te. Gratioſum eſſe, ac ingenuum?
4 O, hic aliud agendum, aliusque
cibus ſumendus eſt. Iudas etiam eum
ſumet, & tamen ei notum facies, quod
ipſe tradet te. O Sponſe mi, ò vita mea,
ò charitatis abyſſus, ò fons pietatis. *Hoc
eſt enim corpus meum*, inquit meus Chri-
ſtus, ut tamen illud mihi det; eia da illud
etiam omnibus huius habitaculi ſponſis.
Si affectus ora aperient, tu illud magno
amore dabis; ſi corporeo ſenſu illud nõ
ſentient, non refert; ſufficit quod teipſũ
totum præbeas. O Chriſti mei benigni-
tas, etiam illi dedit.
5 Quid ages, ò Ioannes. Tu ſupra
Ioan. 1. beneuolum pectus quieſcens, *In princi-
pio erat Verbum* guſtaſti, mihi ſufficeret
Rom. 11. guſtare, & *Verbum caro factum eſt. O alti-
tudo diuitiarum ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei,
quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius
& inueſtigabiles viæ eius.*
6 In memoriam tuę paſſionis hoc fa-
ciendum eſt, ò Verbum, oh etiam, etiam,
ò quæ memoria: ò quæ memoria: fęli-
ces animæ in terris paradiſum guſtarẽt
ſi talem haberent memoriam, quando
te in hoc Sanctiſſimo Sacramento reci-
Luc. 22. piunt. *Hoc facite in meam commemoratio-
nem*. Et cur dicis, ò Verbum, ò Amor,
quod *Non bibes de genimine vitis, quouſ-
que filius hominis non reſurgit à mortuis?*
Forſitan non es ipſe tu, & vitis, & vita?
ſcio quia paulo ante dixiſti. *Ego ſum via
Ioa. 14. & 15. veritas, & vita. Ego ſum vitis, vos palmi-
tes*. Nos autem, quid putamus eſſe hoc
vinum? erit pro nobis ſanguis tuus, eo
quod te recepturi nõ ſimus, quoadusq;
reſurrexeris. Bene hoc ſero, nobis hoc
dicere potes; verus ſanguis tuus adhuc
haberi nequit, quoadusq; reſurrexeris:
quo enim fructu anima te recipere po-
terit, quæ te prius mortuum, & ſepultũ,
& ſuſcitatum non agnouerit? Quam vti-
litatem sãguis tuus afferret animæ haud
conſideranti, quod paſſus es, ſepultus,
& pro ipſa ſuſcitatus, te imitandi deſi-
derio? Debemus ſiquidem pęnitentiam
agere, eo tempore, quo propter pecca-
tum nobis mortuus es, dum gratia tua
priuamur, propter noſtra delicta. Nos
affligere debemus, quouſque non reſur-
rexeris, nos ad gratiam reſtituendo, ma-
ximè cum ſis ita promptus ad eam dan-
dam.

C A P V T XXXI.

Triplicem Chriſti clarificationem explanat.

1 SVbleuatis oculis Ieſus in Cęlum di- Ioan. 17.
*xit. Pater venit hora, clarifica filiũ
tuum, claritate quã habuit priuſquam mũ-
dus fieret apud te*. Pergens hoc diuinum
Verbum, amantiſſimus Sponſus meus,
nobis totaliter ineſcrutabilis, & incom-
prehenſibilis, qui ſolus à ſeipſo cõpre-
hendi poteſt, pergens inquam ad ſuſti-
nendam paſsionem, & redemptionem
noſtram, proximus ad agonizandum, &
ad nos morte ſua recreãdos; propter ex-
cellẽtiam ſui eſſe, & cognitionem à Pa-
tre cõmunicatam, ad Patrem exclamat,
*Clarifica me Pater, claritate quam habui
priuſquam mundus fieret apud te*. Petis, ò
humanatum Verbum meum, eam clari-
ficationem quam habuiſti, antequam
mundus eſſet. Tres das mihi intelligere
clarificationes, quas ante mundi crea-
tionem habuiſti. Clarificatus fuiſti cum
eſſes in Patris ſinu, & in complacentia
tui diuiniſsimi eſſe, omnes perfectiones
in teipſo intuens, quas tanquam Patri
æqualis, à Patre tuo acceperas, dilexi-
ſti, ac de eſſe tuo communicatiuo com-
placuiſti tibi; & in eadem complacentia
in tẽpore deinde cum Patre tuo, & Spi-
ritu Sancto teipſum communicaſti, illos
adeo excellentes, ac puros ſpiritus An-
gelicos creando, vt de eſſe tuo ineſcru-
tabili, & de diuiniſsimis illis lætarentur
complacentijs, quæ ſunt inter Patrem,
& te Verbum, & Spiritum Sanctum; re-
pullulante iugiter Spiritu Sãcto eaſdem
complacentias in Patre, in Verbo, & in
ſeipſo. Cumq; vellet Lucifer, licet adeo
nobilis eſſet creatura, tibi Verbo diui-
no, Patri conſubſtantiali aſſimilari, di-
cens, *In Cęlum conſcendam, & ſuper aſtra* Iſaia 14.
*Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in mon-
te teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcẽ-
dam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero
Altiſſimo*. Nolens te, ò Deus mi, pro eo
quod

quod eras, recognoſcere; & ecce quod tu, æterne Pater, amore affectus erga tuum Vnigenitum, vnicumque Verbum, ſolummodo cum Spiritu Sancto, tanquã Deus, tuiq; ipſius capax, & in actu amoris reciproci tibi ipſi complacẽs, in perfectiſſima complacentia filij tui, qui totum cognoſcebat à te tanquam à te, per æternam generationem ei communicatum, ſimul cum Verbo tuo, & Spiritu Sãcto, Luciferum præcipitaſti in inferno, Luciferum illum, qui tam imprudenter, diuino Verbo tuo voluerat aſſimilari, quod pro noſtro amore ſeſe volebat incarnari. Cum autem ineſcrutabilẽ hanc cogitationem Angelis tuis, & præcipuè ipſi Lucifero manifeſtaſſes, qui eum tanquam Dominum ſuum recognoſcere, & adorare debuerat, *Et adorent eum omnes Angeli Dei*, ſuperbijt, & arroganter tantum bonum creaturæ rationabili inuidendo, voluit ipſe particeps fieri, & quòd naturæ Angelicæ, non humanæ communicaretur; verum tale non erat decretum, in æterno, & ſecretiſſimo Sãctiſsimæ Trinitatis Conſeſſu ſtabilitum, & in ſua mente firmatum. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*. Volebas enim cum homine, qui tanquam creaturarum omnium, à tua omnipotentia egrediendarum, compendium eſſe debebat, & nodus, qui ſimul omnia ligare debuerat, cum anima, & corpore duorum extremorum Cęli, & terræ, participaret, volebas, inquam, cum homine, hoc modo, tibi ipſi arctiſſimo, vt ita dicam, vinculo, omnes creaturas tuas vnire, ac ligare; quod efficere haud potuiſſes, naturam aſſumendo Angelicam, quæ cum de rebus corporeis haud participet, hæ, ſicuti in homine, tecum non fuiſſent vnitæ; & ſic creaturæ iſtæ ab hac perfectione, quam in homine habent, tecum vnitæ, defeciſſet. Quæ perfectio multo maior eſt, illa, quã in te habent; licet cum hac, etiam de te, qui es fons, & principium totius eſſe, participent. Proiecto ergo in infernum Lucifero, inexcogitabilem eiuſdem diuini Verbi tui clarificationem eructaſti, firmans in Deitate tua, eidem complacere Verbo, ut incarnaretur. Qui Sponſus meus, tuaque Veritas, adueniente tẽporũ plenitudine, incarnatus eſt, & poſt quam triginta tribus annis nobiſcũ hic deorſum in terris peregrinatus eſſet, ad paſſionem perrexit, & humanitati ſuæ clarificationem commemorat, eamque à te petit, dicẽdo, *Clarifica me Pater &c.* O Chriſte mi, eam petis clarificationem, quam antequam mundus eſſet habuiſti, quæ, vt dixi, illa clarificatio eſt, quam cum eſſes in Paterno ſinu recepiſti, ea condemnatione mediante, qua æternus Pater cum te Verbo, & Spiritu Sancto fecit, Luciferum cũ omnibus ſuis adhærentibus in infernale baratrum præcipitem dando: Mediante etiam illa glorificatione, quæ propter manifeſtationem tuã cæteris ſpiritibus Angelicis te adorantibus data eſt. Quandoquidem, cum ſimul cæteris Angelicis ſpiritibus, conſubſtantialitatem, qualitatem, & vnitatem tuam, cum eodem Patre, & Spiritu Sancto manifeſtares, quæ manifeſtatio illos reddidit, quantum à te conceſſum eſt, excellentiſſimi, ac diuiniſſimi tui eſſe capaces; ipſi tanquam omni gratia obedientes ſe humiliauerunt, ſeque ad te adorandum, amandum, & obediendum ſubiecerunt; ſibimet complacẽtes, quod tu hominem creare, & quod tu infallibilis Veritas carnem ſumere volueris; ſeque etiam humiliantes, & pro iuſtiſſimo, ac omni admiratione digno, quodlibet opus tuum habentes: Ideoq; mens mea capax effecta eſt, illam eſſe glorificationem: Lucifer enim eleuauit ſe, voluitque te ſimilis fieri, inuidens gloriam humanitatis tuæ: eleuauit ſe, & partim dici poteſt cecidiſſe. Tu carnem aſſumpſiſti, & clarificatus es: Petis igitur, ò Verbum Diuinum, vt clarificatio illa, quam in Patris ſinu habuiſti, ſemperque habebis, tibi cum humanitate ad dexteram tuam redeunti, tribuatur; & Lucifer, qui tot Idololatrijs, & peccatis regnabat in mundo, proijciatur cum tyrãnico ſuo dominio in infernum; nos verò creaturæ tuæ, quemadmodum ſunt Angeli in Cęlo, te tanquam Creatorem noſtrum, & Deum, Liberatorem, & Redemptorem cognoſcamus; nec amplius, à te ſemel liberati, crudeliſſimæ eius tyrannidi

Hebr. 1.

Hebr. 2.

rannidi iterum ſubijci volumus: nihil enim illi voluntas noſtra poteſt nos iterum illi ſubiectos efficere.

2 Secũda clarificatio, quã te habuiſſe intelligo, ante mundi creationem, ò Diuinum Verbum, fuit, qua æternus Pater ſibi, & in te complacuit, & tu in ipſo, & Spiritu Sancto creare hanc mundi molem, & intra eam producere creaturam ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem; & quia omnia tibi erant præſentia, ac ſi tunc eſſent, præuidebas etiam quod tu venturus eras, mediante humanitate aſſumenda, ad habitandum in ea; & magna fuit clarificatio hæc. Ideoque clarificatio fuit, propter complacentiã Patris in te Verbo, & propter communicationẽ Spiritus Sancti in cunctis operibus à Sanctiſſima Trinitate factis, non modo in maioribus, & peculiariter in producenda creatura rationali, ſed etiã in omnibus, licet minimis, ad ipſam pertinentibus. Adeo de hac communi-

Prou. 8. catione guſtabas, vt diceres, *Delitias tuas eſſe cum filijs hominum.* Et cum ipſis commorabas, & tanquam Nutrix cum paruulis ſuis, noſtro ſenſui te accomodans, paruulus effectus es. Huius igitur communicationis complacentia, indiſſolubilem in te Verbo charitatem generabat, ſummo etiam indicibili guſtu complacentiæ, quam Spiritus Sanctus habebat; concurrendo in actu amoris ad opus incarnationis, ad effuſionem ſanguinis propter noſtram redemptionem faciendam. Verum, ò antiqua, & noua veritas, quantæ iucunditatis tibi erat communicatio illa, quam Spiritus Sanctus fecerat in tot electis ſuis, in quibus tot ardentes accenderat flammas deſiderij aduentus tui in terra, propter gloriam vniuerſi, & propter hominis redemptionem? Itaque ad cęlos excla-

Iſaie 45. & 16. mauerant, dicentes. *Rorate Cæli deſuper &c.* & ad tronum tuæ Deitatis te expoſtulantes. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ*, ea abundantia gratiarum, quæ in aduentu tuo in terris effundendę erant; ea communicatione, quæ prius cum eſſet in ſpe, & deinde adueniens, facturus erat, cunctas exultare faciebat, cum quibus modo mirabili futurus eſ-

ſet *Vſque ad conſumationem ſæculi*, vt per Mat. 28.
gratiã diuiniſſima ea opera facere poſſent, quæ tu, inter nos cum eſſes, propria virtute operatus es, vt dixiſti. *Amen* Ioan. 14.
dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet &c. Et quanto plus multiplicabũtur iuſti, tanto magis aſpiratione, & reſpiratione, ac iuſtorum reflexionibus, in tua bonitate, ac Deitate, manifeſtabitur ipſa claritas, proprijque ſanguinis irrigatione, ad illius ſimilitudinem, quem pro ipſis effundes, ſponſam tuam Eccleſiam decorabunt. Ac ita, ò meum Incarnatum Verbum, tua appropinquante paſſione, eam mundi clarificationem exſpoſcebas, quæ mentem meam capacem reddidit, illam eſſe complacẽtiam totius Sanctiſsimæ Trinitatis, quæ, communicationem, à Spiritu Sancto factam, ac nobis creaturis tuis faciendam præhendebat; & volebas, vt ad omnes ſe extenderet. O quam ingens eſt amor, quo erga hanc creaturam tuam afficeris; eo quod omnia dona, & gratias à te illi impenſas, pro tua accipis clarificatione. O amoris abyſſus, ò infinitus, & incomparabilis, & inexcrutabilis amor. O amoris magnitudo. O Deus mi, bonitate ſummus, amore immenſus, pietate infinitus, fac vt ego, ac cunctæ creaturæ te agnoſcamus, perquiramus, & diligamus, quia propter hoc ad imaginem, & ſimilitudinem tuam nos creaſti.

3 Tertia clarificatio, quę in mentem venit, quamque tu Verbum humanatũ ante mundi conſtitutionem accepiſti, illa eſt, quam in Deifico illo, ac reciproco intuitu, ęternus Pater in actu amoris, in ſuo ſinu te veritatem ſuam dabat, ea complacentia, qua afficiebatur, vt tu in puriori, & immaculato, quod fuiſſet, & eſſe poſſet, vtero, incarnareris; erat enim & tibi ſuo Vnigenito, & puritati illi deificæ aptior locus, qui continetur incõprehenſibili, ineſcrutabili, & æterna Perſona ſua diuina, & ſubſtãtialiter, & eſſentialiter, abſque vlla inæqualitate, in tota Sãctiſsima Trinitate. O quam ingens fuit complacentia illa, quam habuit de incomparabili puritate, quam pręuidebat humanitatem tuam habitu-

ram, ſimul cum inenarrabili puritate illius, quæ te paritura, & lac eſſet præbitura. Tanto amore erga ſuam, ſuique Verbi, quod idem cum ipſo eſt, puritatem effectus eſt, eam in duobus ſpeculis intuendo, in Matre, quæ vera Dei Mater futura erat, & in filio, qui propriè illius, Deiq; filius futurus erat, vt propter horum duorum meritum, ad dandũ nos creaturas ſuas, in cuſtodiam puriſſimorum illorum Angelicorum ſpirituum moueretur; vt eam puritatem cuſtodiremus, quam ipſe primo homini in creatione communicaturus erat, quã amiſſa, ſanguine ſuo iterum communicauit, iugiterque nobis in Sancti Baptiſmi Sacramento communicatur. O mi candide, & rubicunde Sponſe, dicere auderem, quod clarificatio, quam ab æterno Patre expoſcis, illa ſit, quam in deitate tua recepiſti, in complacentia illius puritatis, quam humanitati tuæ futuram præuidebas. Te verò tanquam ſceleſtiorem mundi hominem, fore, non modo inter latrones damnandum, ſed etiam tanquam ſceleſtiſſimum, Barabbę viro ſeditioſo, & homicidiali, qui in ſeditione manus ſuas in alterius ſanguine maculauerat, poſtponendum; & nunc licet humanitas tua, vt dictum eſt, exinanita, flagelliſque, ſpinis, Clauis, Cruce, ac morte expoſita ſit, petis vt te clarificet, non ſolum in te eadem habens cõplacentiam, quam, antequam humanitatem aſſumeres, habebat, cum hæc ex parte diuina, mutari non poſſit, vtpotè immutabilis; nec ex parte tua, cum ſis impeccabilis; verum vt mũdo eam maniſeſtaret, vt omnes ſuum, tuumque amorem in dando Vnigenito ſuo, mundo, recognoſcerent. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Tuum, ita libenter tot pęnas pro ſalute mundi acceptando, *Et ipſe peccata omnium tulit.* Adeoque noſtro hoc amore, vt ita dicam, fatuus eras, vt nõ modo propter tuam humanitatem, ſed etiam propter omnes electos de ſanguine tuo participaturos, talem glorificationem petere volueris. Itaque puritatem pro nobis, & etiam vt in te clarificaremur, expoſcebas.

Ioan. 3.

Iſaia 53.

CAPVT XXXII.

Chriſtum in horto in agonia poſitum, & orantem contemplatur.

1 SEdete hic donec vadam illuc, & orẽ, ò Chriſte mi, quid dicis tu? quo affectuoſo amore eos intueris? quaſi confirmans, tuamque omnipotentem manum ſupponens ad peculiarẽ defenſionem, & auxilium, vt ſi cecidiſſent, ad ſalutẽ cecidiſſẽt. *Iuſtus cũ ceciderit nõ collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuã*, & nõ ſicut miſerabilis Iudas ad interitũ, Vt inopię meę miſerearis, permiſiſti, vt ouiculæ illę tuę, quę aliorũ duces, & rectores futuræ erant, caderent, & tãquã ſine Paſtore oues hinc inde diſpergerentur, *Percutiam Paſtorem, & diſpergentur oues*; Væ mihi, ſi me tuorum delicta carorum ad ſpem minimè erigerent. Verum nõ ita ſtabiles in tuo amore pro tunc cognoſcebantur, ſicuti poſtea, cum ad eos illuminaudos, & ſtabiliendos Spiritum Sãctum ſuper eos miſiſti. Et væ mihi, ſi eorum exemplo me non pęniteret, non plangerem, & de offẽſis meis, & ingratitudine erga te benigniſſimo paſtore meo, veniam non expoſcerem. *Erraui ſicut ouis quæ perijt.*

Mat. 26.

Pſal. 36.

Zach. 13.

Pſa. 118.

2 Petre, Iacobe, Ioannes, manete hic. *Triſtis eſt anima mea &c.* in fremitu amoris oraſti, Iuſtorum tuorum miſertus, omniumque tribulationum, tentationum, & perſecutionum, quas electi tui perpeſſuri erant vſque ad finem mũdi. In anguſtia tua, pro electis tuis in eorum tribulationibus, & tentationibus ſolatium obtinuiſti; Quomodo enim talis ſolatij cõmunicatio obtineri potuerat, ſi humanitas tua eam non impetraſſet? verum ita effeciſti, vt electi tui, cum tentantur, tribulantur, affliguntur, reputarent ad gloriam; & non niſi in Cruce, & in paſſionibus gloriarentur. Et, ò quã ingens fuit anguſtia tua, eo quod tot conſolationes impetraueris, vel vt melius dicam, ò quanta conſolatione teipſum pro noſtro amore priuaſti; cum

enim

enim momento mille iuſti patiuntur, quibus omnibus conſolationem tuam cõmunicas, itaut nil aliud, quam hunc conſolari, vel illum, cogitare videaris; totum illi, & alteri te communicas: ſimiliter ac diuina prouidentia circa hominũ curam, quæ ita ſe habet erga omnes, ac ſi vnus eſſet; & ita erga vnum, ac ſi omnes in illo includerentur. Totumque hoc in fremitu amoris obtinuiſti.

3 *Pater ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.*

Quid dormitis? ſic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? etiam Ioannes, qui ſupra pectus tuum requieuit, ò Verbum, dormit? ò Ieſu mi, quomodo mẽbra illa quieſcere poterunt, quorum caput, adeo anguſtiatum, anxiè patitur? O quæ anguſtia, ò quæ anguſtia, ò qui miſerandus fremitus iſte eſſe debebat, ò quæ anxia compaſſio, in qua magnus Deus meus, & afflictus homo ſimul, tot, fructum nullum à pretioſiſſimo ſuo ſanguine producturos præuidebat: ipſe tamen totaliter ſe in ſacrificiũ offerebat, licet etiam oraſſet, vt calix ille tranſiret, videretq; tot de populo ſuo electo fructum nequaquam reddituros. O quæ pęna. Si animæ nihilominus, humanitatique ſuæ fuiſſet conceſſum, pro quolibet in particulari, totam paſſionem pertuliſſet: videns enim tantam culparum multitudinem à tot millibus perſonis, in mundo futuris committendam modicumque de illis dolorem futurum, vel etiam, quod de illis, veniam, propter merita ſuæ paſſionis, eſſent impetraturi, dolore ſuo, defectui doloris ipſorum ſatisfacere voluit; eaque anguſtia affici, quam quilibet Deum mortaliter offendens ſentire deberet; ideo ſic triſtatus, tantaque angonia affectus eſt. O Diuinum Verbum, & quis anguſtiam
Pſal. 93. tuam valet explicare? *Secundum multitudinem peccatorum noſtrorum, dolores tui anguſtiauerunt animam tuam.* Quis abyſſum amoris tui erga Patrem tuũ, abyſſum noſtræ ingratitudinis erga Deum noſtrũ, qui nos creauit, & qui dum eum offendimus, nos ſubſtentat, ingentiaq; nobis impẽdit beneficia: abyſſum charitatis tuæ erga nos; abyſſum pęnarum delictis noſtris in inferno præparatarum, abyſſumque doloris debiti ad ſatisfaciendum huic Deo ſic bono, iniuſteque offenſo, penetrare poteſt? Qui tot abyſſus penetrare potuit, potuit etiã abyſſum anguſtiæ doloris tui penetrare, quippe qui ad ſatisfaciendum, & ad dolendum te exhibes, vt pro tot contrictionem impetres. Ideo Sacramentis tuis, de attritis, contriti efficimur, & in eis abſq; contrictionis actu iuſtificamur: eo quod tu cõtrictionem noſtram ſuper te aſſumpſeris. Tu pro interno dolore nobis deficiẽte ſatisfeciſti, ea anguſtia, dolore, & contrictione, qua in afflictiſſimo, ac dolẽtiſsimo corde tuo pro nobis affectus es.

4 O anima benedicta, à qua conſolationum influxus paulatim à parte ſuperiori, ad inferiorẽ, aliquo etiam modo in parte ſuperiori, à Diuinitate, pro tempore aliquo ſubtrahebatur, vt grauiora pati poſſet. Si pęnam ſibi illatam à nobis, conſideraremus, ò æternum Verbum, infernum potius, quam mortaliter peccare eligeremus. Ceſſabant paternæ communicationes, ceſſabant beneuolentiſsimi intuitus; Deitas tua, ac ſi in paterno ſinu lateret, te veluti purum hominem pati ſinebat, vt tot dolores, ac paſſiones, pro nobis pati poſſes. O quomodo ſe retinent Angeli, vt paſſioni tuæ non ſubueniant. Linguas mille habere vellem ad maledicendum peccatum, cauſam tanti doloris Deo meo. Palleſcere vultum eius cerno, qui *Specioſus eſt, præ omnibus filijs hominum.* Pſal. 44.
Oculos illos obſcuratos video, qui paradiſum ſerenant: video eum, qui vi, ac veritate tantummodo vocis ſuæ totam hanc vniuerſi molem portat, vix pedibus ſubſiſtentem. Grauiora in horto, ò Sponſe mi paſſus es, quam Daniel in lacu leonum pateretur. Super rigentes herbas permanes, & plus amore caleſcis, quã in fornace tres pueri. O Chriſte benedicte in horto eras, & ad Patrẽ orabas, qui te genuit, & generat, ab eo dilectus honoratus, & glorificatus, te tamen nõ exaudit. O ęterne Pater, exaudiſti quidem Moiſen in deſerto: de filio

Mat.17 tuo dixiſti. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Quod iubes, facere tu non vis? *ipſum audite.* Quomodo vis, vt ſeruus alius Patris audiat filium, qui Pater eumdem filium audire non vult? *ipſum audite.* Ipſe pro me orat, & ego pro illo orabo; Luc.22. ſed orabo, ſicut & ille. *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Paulo ante, ò Chriſte mi, dixeras, quod omne, quod in nomine tuo petierimus accipiemus, nunc verò tu petis. & non exaudiris. O Chriſte mi, æternum Verbum, & Sponſe mi, quomodo fiduciam me habere vis in Mat.7. illis verbis, quæ dixiſti; *Petite, & accipietis, querite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.* Si Patris tui aures pulIſa.14. ſas, & te non audit? & tamen, *Dolus nõ eſt inuentus in ore tuo?* Rem adeo iuſtam petebas, & exauditus non es, quid faciam ego tot iniquitatibus plena, & quid mecum faciẽt cæteri peccatores? verum tu exauditus non es, vt nos exaudiremur.

Vigilate: & dormiunt. Sufficit, dixiſſe Mat.26. Petrum, *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Sed nec verba factis, nec facta verbis reſpondebunt, *Simon dormis? Vigilate, & orate, ut non intretis intẽtationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: non mea voluntas, ſed tua fiat.*

Ad Angelum. 5 Ego te formaui, & tu confortas me? verum ego te creaui, vt in mea viſione de gloria mea gauderes, & tu mihi calicem offers? ò qualis communicatio? ſed ecce me promptum ad Patris voluntatem. Si non pro vobis, pro homine patior: vnus enim veſtrum, tenebrarum Angelus per ſuam ſuperbiam effectus, illum tentauit, & ego propter hominis culpam patior. *Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Ecce appropinquauit hora, in qua filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus ecce appropinquauit, qui me tradet.*

Quem quæritis? Ego ſum. Ecce potẽtiam, *ceciderunt.* O quæ poteſtas, ò quæ fortitudo telæ aranearum, quæ ad ſolius verbi flatum proſternitur: ita ſe habet omnis potentia, cum æquiparatur, vel opponitur Deo. *Quem quæritis? ſi me quæritis, ſinite hos abire.* Amor erga hominem facit eum obuiam ire, vt eum capiant; poſſet enim ipſe ſic deiectos relinquere. Hac de cauſa Maieſtatem, & gloriam ſuam reliquit, vt ouiculam hãc ſumeret, & ad te reduceret, ò æterne Pater. Nunc tempus eſt, vt eam humeris ſuis imponat, ac ita eos ad te reducat, qui à te receſſerunt. Hic Iuſtitia locum habet, ipſe verò totam ſupra ſe vult, quia pro ipſis vult Iuſtitiæ ſatisfacere; ſed ipſe miſerebitur eis: ſi ipſius potentia nollet, quomodo vos impij Iudæi manus, ac pedes mouere poteritis ad eum capiendum? Nequaquam, nequaquam. *Cibus eius, facere voluntatem Patris. Mitte gladium tuum in vagina.* Petro. O Petre, ò Petre, te decipit amor, & ſapientia te non inſtruit. Patris mei voluntatem impedire arbitraris? *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?*

Amice ad quid veniſti? Iuda oſculo filium hominis tradis? Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me. Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo, ſi autem bene, quid me cædis? Iuda.

CAPVT XXXIII.

Reliqum Paſſionis Chriſti adnectit.

1 PEtri mei promptitudo vbi es? ſi omnes me relicturi erant, ipſe ſolus ſequi volebat, & primus fuit ad me negandũ. Nec me cognoſcere, nec meum, ait, eſſe diſcipulum. Christus.

Siquidem Chriſtus meus benedictus numerabat, & notabat in corde dilecti diſcipuli ſui Petri verba, cernebat tamen quod ille, quem Apoſtolorũ principem conſtituerat, eum negat hac nocte: & ſpecioſus ille Dei mei vultus, *In quem deſiderant Angeli proſpicere,* alapas ſuſcepit propter me. Anima. 1.Petr.1.

Ego ſum, & videbitis filium hominis ſeden- Chriſtus.

ſedentē à dextris virtutis Dei. Iam *Gallus cantauit*, & iurauit, & tamen paulo ante ei meipſum dedi; nunc vero me haud cognoſcere iurat. Si me eſſe cordium ſcrutatorem agnoſcerent, nequaquam dicerent, *Profetiza quis eſt, qui te percuſſit. Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Anima 2 Regnum tuū, ò humanatum Verbum, non eſt de hoc mundo, vnde ergo? Regnum tuū eſt æternum, regnum immortale; in quo eſt ſedes tua in maieſtate, & gloria. Te adorant Angeli, tremūt dominationes, ſedem parant Troni, laudant Virtutes, inuitant Principatus, & anhelāt Cherubim, & Seraphim, vt gloriam tibi reddant, & honorem. Principium tuum deſcribi nequit, finis tuus nequaquam intelligi, cum æternus ſit. Magnus ille dux, Angelus Gabriel
Luc. 1. inquit, *Et Regni eius non erit finis*, antequam conciperēris notum facit mundo regnum tuum eſſe æternum. Æternum eſt, non quomodo hæc deorſum, miſerijs, calamitatibus, & opprobrijs plena, ſed illud eſt tranquillitate, gaudio, infinitoque iubilo plenum. Regni huius pulchritudo enarrari non poteſt. Aliquantulum dilectus Ioannes Apoſtolus
Apoc. 21. eam deſcribit, cum ait. *Muri eius ex lapide Iaſpide, ipſa verò Ciuitas aurū mundum, ſimile vitro mundo, & fundamenta muri Ciuitatis omni lapide pretioſo ornata, & platea Ciuitatis aurum mundum, tāquam vitrum perlucidum.* Fons ſpecioſus, hoc regnum irrigans, deficiebat; & ecce, quod ſāguine tuo illum initias. O fons ſpecioſus, terram, deinde cęlum irrigans, ò torrens cōfortationis, & voluptatis. Fons ille ab iſto fonte oritur. O Ieſu mi, cum deinde illa ſpinarum coronatio aduenerit, ò quem patieris dolorem.

3 *Quid eſt veritas*; eam intelligere haud dignus exiſtis, ò tu qui eam quæris: ideoque reſponſum non expectas. Nec humana poteſtas ad Ieſum meum in manibus tuis tradendum ſuffeciſſet, ſi hoc illi minime placuiſſet: O Ieſu mi, quis te bene contemplatus fuiſſet. Co-
Herodi gitas Chriſtum meum illudere, nequaquam, nequaquam; imo puritatem, innocentiamque eius oſtendis, & quod electis ſuis daturus erat, de quibus, tāquam de veris Nazaræis canitura erat Eccleſia Sancta. *Candidiores niue, nitidiores lacte.* Ah quia ſapiētia eius amore abſconditur. Fatuus es tu, & videbis, & quicumque eum tecum illudit; Tu vero, ò Ieſu mi, tanquam fatuus illudi permittis, quia tantus eſt amor tuus, vt mihi veluti fatuum te faciat apparere. Etiam, etiam, Amor Ieſus, verum eſt, te amoris, meæque ſalutis eſſe fatuum.

4 Non ita feruenter clamauerunt,
Benedictus, qui venit in Nomine Domini, *Mat. 26.* ſicuti nunc, *Tolle, tolle crucifige eum*, pro quibus verbis, Deus meus in die Iudi-
cij cogetur dicere. *Ite maledicti in ignem* *Ioan. 19.* *æternum.* Rationabiliter (vtinam ita intellexiſſent) *Barabam* noluerunt, quia ſanguis eius ad nihilum profeciſſet, hoc verò ſi ſcirent vti, infinito illis eſſet auxilio. In Cęlo etiam, ò Ieſu mi, antequā ad patiēdum pro nobis, aduenires, *Barabæ* poſtpoſitus fuiſti: ſiquidē, ò Verbū propter nos, & propter peccatū incarnandus, Tu corā diuina tua iuſtitia propoſitus fuiſti. O, non tātum peccatū differt à te Verbo, quantum ſi eſſet *Barrabas*, cum ſis Tu innocentiſſimus. Æterno Patri tuo, ò æternum Verbum, miſericordia te propoſuit, quæ petebat, vt homini parceretur; & Pater ęternus illi te conceſſit; vnde incarnatus es, & crucifixus pro nobis; & hoc modo peccatum mortuum eſt in te; & ſic diuinæ iuſtitiæ, ac miſericordiæ ſatisfeciſti. Iuſtitia propoſuit Te cum Barabba, amor, ac miſericordia fuerunt turbæ, clamantes, non iam crucifigi, quemadmodum Iudæi, ſed, miſericordia. O fęliciſſimæ miſericordiæ voces, in hoc differtis, quod Iudæi moti ſunt ab odio ad vociferandum *Tolle, tolle &c.* Miſericordia verò ab amore mota eſt. Pontifex inquit, quod expediens erat, vt Chriſtus *pro populo moreretur*, & æternus Pater etiam dixit Iuſtitiæ ſuæ, quod expediēs erat, vt tu Verbum innocentiſſimum, ad tollendam culpam moreremini: *Tolle, tolle*; verum valde differt, vt tu à Miniſtris ad colūnā, & ad Crucē: & hic à Spiritus Sācti influxu in Marię vterū trahereris.

5 Eam

Digitized by Google

Chriſtus ad Iudeos purpura indutus. 5 Eam totam ſplẽdidam vobis reddere vellem, cũ *ad dexteram Patris* collocabor, ut vos ex illis eſſetis, qui ſtola *ſequuntur me*.

Anima *Iſaia 63.* Angeli Sancti cum Iſaia exclamare poſſunt, & dicere. *Quis eſt iſte, qui venit, tinctis veſtibus de Boſrha?* Quomodo ſpinarum diademate, eum poterunt coronare, qui gloria coronatur? *Pſal. 8.* *Eccl. 45.* *Gloria, & honore coronaſti eum Domine, Corona aurea ſuper caput eius.* Verum hę ſpinæ deinde pluribus coronam gloriæ dabunt. Humanitas tua, ò Verbum, cùm ad Patris dexteram manſerit, amore nos püget, ut gratiæ copioſior pluuia in nos diſtillet. *Cant. 3.* *Egredimini filia Sion*. Quam ſapienter, *Pilato.* ſine ſapientia tua, eum vocaſti hominem, *Ecce homo*, etiám, etiam, ille *homo*, qui homines Deos facturus erat, vt Deos faceret, factus homo. *Et Homo factus eſt.* Ille *homo*, quia homines iudicandi poteſtatem habebit, eo quod ab hominibus iudicatus eſt.

Chriſtus 6 Dum de me cõſiliũ facient, ò æterne Pater, ego me offeram tibi, orabo ſpiritu, & orabo mente; video tamen, ipſos nequaquam ſanguine meo, tanto ardenti amore pro eis effuſo, participaturos. *Perijt iam filius perditionis*, ſed *pro alijs rogo*, pro eo enim nec valeo, nec debeo orare. Age, ò Pater, ut quos creaſti, mecum in regno tuo veniant: non ita pro mundo, quantum pro meis *Ioan. 17.* Apoſtolis rogo, *Pro eis rogo, non pro mũdo. Pater Sancte ſerua eos.*

Anima 7 O Deus meus clemẽs, aliud quidẽ fuit concilium, quod inter vos indiuidua Trinitas feciſtis, ut Verbum ad incarnandum mitteretur, & illud, quod tu æternus Pater ſimul cum incarnato Verbo, & Spiritu Sancto iugiter facis, de gratia creaturis tuis in peregrinatione hac, & de gloria, & fruitione in alia vita communicanda; & hoc eſt cõcilium, quod non ad vnam, vel duas perdurauit horas, ſed ſemper illud re- *Apoc. 21.* nouas. *Ecce noua facio omnia*, ſemperq; creaturam iſtam gratam habes, cum, quod operaris in vna, opereris in omnibus; cumque vnam gratam habeas, cunctas habes etiam gratas, eo quod omnes de eadem maſſa, ideſt, de nihilo, creatæ ſimus.

8 Nõ eſt in manu tua, nec eam proferre poſſes, *niſi tibi datum eſſet deſuper.* *Chriſtus Pilato* Nunc contra me, ò miſer, ſententiam profers, ut æternam deinde recipias ſẽtentiam. Mortis ſententiam in vitæ filium dediſti, ut Crucem ferret, & deinde tu ſententiam pęnæ æternæ recipies. Ita, æterne Pater, ipſe contra me Dei uiui filium ſententiam dat, ut mortem Crucis ſuper me recipiam, & ego à te accepto, quemadmodum incarnatus acceptaui, tibique, & ipſi denuo me offero.

Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & dum malè tractaretur nõ aperuit os ſuum; verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Filia Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros. *Iſaia 53.*

CAPVT XXXIV.

Quomodo ad Euchariſtiæ Sacramentum dignè accendendum ſit, ab æterno Patre edocetur.

1 O Sponſe meus, Amor meus, dilectum Verbum meũ, dic quæſo; quia diù tardas venire, ſi ardens deſiderium meum à neceſsitate ortum, te recipiendi, aſpicio, quænam tibi grata eſſet præparatio; quia minus indignè te reciperem, cum digna nunquam præparatio ad te recipiendum fieri poſſit? *Anima*

In corpore, & ſanguine Verbi tui, ò æterne Pater, à Sacerdote nobis dato, intelligo, præter diuinitatem, omnia continentem, & concomitanter aduenientem, quemadmodum anima cum ſuo corpore, & ſanguine, intelligo in quam, in humanitate animam, corpus, & ſanguinem, contineri; & etiam quod miniſter corpore, anima, & ſanguine ſit compoſitus, & ita ſimiliter, qui eum ſumit, compoſitum eiuſdem materiæ recipit: ergo ad hanc præparationem, tres conditiones, in anima, in corpore, & in ſanguine requiruntur. *Anima*

2 Etiam filia mea, curare debet anima, ne naturam ſuam, quæ in æterna *Pater* diuina

diuina puraque mente mea ſine principio eſt, amittat; debes igitur ad hoc Sacramentum, nobili tua natura, quæ in mente mea ſine principio eſt, accedere. Dico, quod non debes ad principiũ operis tui reſpicere, illud tanquam a te conſiderando, itaut aliquid, vel feciſſe, vel poſſe tanquam à te aliquod bonum opus, tibi videatur: ſi enim in te, & à te principium ſuum eſſe videtur, magna in anima tua ſuperbia oriretur, ipſumq; opus amitteres. Verum nihil eſſe à te, cognoſcendo, & quod tantũmodo peccatum, quod nihil eſt, facere poſſis; & hoc eſt proprium principium ſuum; te humiliabis: cumque bonum aliquod nunquam efficere videaris, ſemper ad maiorem aſpirabis perfectionem. Quod ſi nullum opus, cum vanæ ſuipſius cõplacentiæ principio fieri debet, hoc, ideſt ad Sãctiſſimum Sacramentum accedere, debet eſſe vnum; cognoſcendo, nullum in ſe habere bonum conueniens ad eum, qui omnia eſt recipiendum; ſed tota in eum relaxare te debes, qui eſt principium tuum, eumque exorando, ut in ſeipſo, & per ſeipſum, Maieſtati ſuæ diuinæ dignam in te faciat præparationẽ. Sine principio accedere debes, ideſt ut omne tuum deſiderium, affectus, & intentio tanquam à te ſit ſine principio, ſed totum à me proueniat, nullum aliud in me principium, ad bonum adeò magnum tibi faciendum, eſſe cognoſcendo, præter meam miſericordiam, & bonitatem, quæ creaturæ adeo indignæ, qualis es tu, ſeipſam communicare dignatur. Sciaſque quod qui ad Sanctiſſimum Sacramentum cum principio accedunt, ideſt exiſtimãtes ſe aliquid agere, propriè illi ſunt, qui in tepiditate quieſcunt; cum enim aliquibus vſu patratis operibus, magna, & omnia quæ opus erant feciſſe arbitrentur, in hoc ſibi complacent, nec alterius quærunt; & hi propriè ſunt, de quibus per dilectum

Apo. 3. meum Ioannem dixi. Quos ex ore meo euomere incipio, dum hic deorſum sũt, cum eorũ opera mihi diſpliceãt, utpotè quæ non à me, ſed ab ipſis principium habeãt: ideo curare omni ſtudio debes, ut ad me, & ad veritatem meam abſque principio accedas, non cum principio; ut iſti tales.

3 Debes inſuper aliud eſſe tuum cuſtodire, quod eſt æternitas eſſe tui in mẽte mea, ſi vis bene præparata ad hoc Sacramentum accedere. Quæ æternitas eſt in mente mea eſſe quoddam, quod nunquam reſpicit ſeipſam, tanquam alicui tempori præterito, vel præſenti, vel futuro præfixam, ac determinatam, ſed cum res facienda ſit in tẽpore, æternitatem, quæ tempus non habet, nec aliquam cognoſcit corruptionem, reſpicit. Ita non debes tu ad præſentia, vel futura præter me reſpicere, nec præſentem attendere guſtum, niſi inquantum à me prouenire cognoſcas, ſibique de mea voluntate, ac benignitate, complaceat, & poſito, quod me guſtare ſatagas, nullumque ex parte tua impedimentũ imponas, unde hæc meæ dulcedinis cõmunicatio adimpleatur. *Guſtate, & videte, quam ſuauis eſt Dominus.* *Pſal. 33* Complures ſunt in anima corruptiones; & prima peccati mortalis; verum de hoc pro nunc non agam, cum ſit corruptio faciens eam damnabilẽ; conceſſa immortalitate tamen, nõ amiſſa, & quia propter pœna durationẽ, remanet, cum anima peccatum committit. Alia eſt corruptio; & eorum eſt, qui perſiſtunt in his rebus terrenis, caduchis, & tranſeuntibus, quas ad ſuſtentandam naturam dedi eis, ut me propter illas cognoſcant, & ad eorum voluptatem; ipſi verò ſiſtũt in illis, in illis eorum finem reponendo, unde quod eis, tanquam medium ad eorum utilitatem tribui, pro fine accipiunt; meque, eodem præſtito beneficio, offendunt. Ab hac corruptione recedere debet omnis anima, Sanctiſſimum Sacramentum recipere cupiens, debetque ſine principio, ut declaraui, accedere; hoc enim propriè æternitas eſt, cum ego abſque ullo principio ſim: Sciaſq; valdè mihi gratos eſſe accedentes ad hoc Sacramẽtum, cum hac æternitate, quæ ego ſum, quia eſſe æternum animæ ego ſum, cum anima ſine me nihil ſit.

4 Deinde etiam volo, ut ad hoc Sacramentum cum tertia animæ proprietate

tate accedatis, quæ eſt, ut ſit pura: in qua puritate, ut permaneatis oportet, quantum fragilitati veſtræ poſſibile eſt, cum propriè puritas hæc, ſit imago mei eſſe, quod mea ſola bonitate vobis dedi. Quia verò dum viatores eſtis, eam haud habetis, eo modo quo ab idea mea egreſsi eſtis; opus eſt, ut eam, mediante oblatione ſanguinis Verbi mei, acquiratis; quem quoties obtuleritis, ego, Verbo meo mediante, in vobis infundo; eaque ſanguinis infuſione vos ab omni peccati macula purificamini, & ita primam acquiritis innocentiam. Adeoque pura, ac ſimplex eſſe debet anima ad tale Sacramentum accedens, ut nō modo puritate, quam in ſe habet, non contenta ſit, ſed etiam ad Angelorum, omniumque creaturarum puritatem debeat aſpirare. Quæ puritas ad animæ ornamentum eſſe debet, ut ad idem Sacramentum accedat, puro intellectu, pura memoria, pura voluntate, pura intentione, puro affectu: ita, ſolummodo ad me honorādum quis accedat, humanis reſpectibus haud attentis, nec ad ſentiendam dulcedinem, neque ut appareat, neque propter aliud quippiā, ſed ſolum propter honorem, & gloriam meam.

CAPVT XXXV.

Quid in æterni Patris ſinu, poſt glorificationē ageret Chriſtus, edocetur.

1 AGe, dic, æterne Pater, quæ opera, quæ verba, quod conſiliū, quem intuitum habebat Sanctiſſima illa anima in ſinu tuo, poſtquam à ſanctiſſimo ſuo corpore egreſſa eſt, & priuſquam illi iterum vniretur? Ad hoc ſiquidem ab initio me vocaſti; ego verò totum haud intelligens, ut cupiebā, uſque adhuc expectaui, & præ deſiderio aliud non ſentij, quam dolorem. *Anima*

Filia mea, ſanctiſſima Verbi mei anima, poſtquam conſumaſſet, ac finijſſet omnia à me impoſita opera, propter animarum, & ſpecialiter Patrum limbi liberationem, & aliorum, ut intelliges, per actiſque, quæ ego iuſſeram, ut pro mundi ſalute exequerentur: in ſinu meo manebat, & inter brachia mea, in quas, cum è corpore egrederetur, commendauerat Verbum meum, dicens: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et quamuis, ſemper eſſet, ut ſemper extitit, abſque ulla ſeparatione, diuinitati unita, non tamen pro tunc erat unita corpori, & nihilominus à corpore ſeparata, operabatur, loquebatur, conſiliabatur, & intuebatur: & operationes eius admirationis potētiæ, & ſapientiæ erāt. Admirationis opera faciebat in Angelis: reſpiciebant enim delectationem, & requiem, quam ſanctiſſima illa anima, quæ prius fuerat vnita corpori, in ſinu meo habebat, & gloriæ altitudinem, ad quam aſſumpta erat; admirabantur jubilantique melodia eam laudabant; & in hoc noua gloria dictis Angelis addebatur, licet prius eſſent glorioſi, cum eos gratia plenos creaſſem, & poſtea gloria infinita glorificaſſem, nihilominus mediante hac viſione, & ſanctiſſimæ animæ Verbi mei admiratione, amplius eorum gloria augebatur. *Pater*

2 Arbitrabamini, ò Angeli, hominem eſſe vobis inferiorem, ſicuti ſcriptum eſt, *Minuiſti eum paulominus ab Angelis*, ecce nunc tanto vobis maiorem cernitis, ut rationabiliter admiremini, ò: etiam ego credo. O admirationem: quam utinam ego etiam habere poſsē; quod ſi etiam ego glorioſa eſſem, gloriam mhi ſuperadderet: maiorem ſiquidem acquirerem gloriam, ſicuti ijdem Angeli, gloriam illius animę in ſinu Patris, & deinde gloriam carnis, eiuſque humanitatis in Chriſto ſuſcitato adeò exaltatæ, contemplando. *Anima* *Pſal. 8.*

Deinde etiā ipſa anima in ſinu meo operationes potentiæ operabatur. Potentiæ, veſtrum confundendo aduerſarium; potentiam contra potentiā operabatur, ut, ſicut poſtea fecit, comunis hoſtis veſtri potentiam deſtrueret, qui ſibi, mundi, animarumque dominium uſurpauerat; cum Verbum dominium iſtud abſtuliſſet, quod ille, peccato, tantiſque idololatris mediantibus, iamdudum poſſederat; cuius vice regnum ſuū, *Pater*

idest

ideſt Eccleſiam reliquit, cum potentia, ac ratione, ut aliud æternæ gloriæ acquireret; fecitque ſibi in Cruce ſcalam, ut ad illud aſcenderet.

Anima 3 Potentes ſiquidem ſumus, poſtquam regnum acquirendum in noſtra eſt poteſtate, eumque acquirere, & nō acquirere poſſumus, prout libet. Auxilium enim tuum minime deeſt, nos deficimus. *Perditio tua ex te Iſrael, auxiliū autem tuum à me.* O magna ſiquidem potentia nobis præſtita. Iſaia 13.

Pater Cum potentia operabatur, gloriam ſuę Reſurrectionis in carne veſtra adeò exaltando, ut Angeli de illius pulchritudine, & de totius generis humani gloria per ipſam, obſtupeſcerent, voluntatem ipſorum diuinæ voluntati conformantes, cum viderent non iam aſtu, & æmulatione ſicuti Lucifer, eiuſque aſſeclæ, ſed ſumma lætitia creaturas humanas præferri in gloria, ac ſupra ipſos ſpiritus adeo nobiles, & glorioſos, aſcēſuros. Hæc verò conformatio ab ipſorū amore erga Verbum oriebatur, à quo tāquam à capite ſuam ipſorum gloriā, & magnitudinem cognoſcebant. Magnam operatus eſt potentiam hoc meū Verbum, ſe vſq; ad eſſe cadaueris deijciens, Quod ſummum extitit humilitatis, ad quod Verbum meum in mortali carne propter vos poterat peruenire. Dormitantem quodammodo reddens iuſtitiam meam inter vos: quæ placata, & pro mūdi peccatis ſatisfacta; ob vindictam in carnem eius innocentiſſimā, & in puriſsimum ſanguinem pro culparum hominis ſatisfactione effuſum, nūc iuſtitia mea videtur in clemētiam permutata. Sciaſque, ò filia, quod ſanguis ille effuſus, non clamat, ſicut ſanguis Abel, vel quemadmodum animæ ſanctæ, ut Dilectus Verbi mei Ioannes in ſua Apocalipſi refert. *Vindica ſanguinē noſtrum,* ſed ſolummodo, miſericordiā clamitat, & pietatem; & huic voci nequit iuſtitia mea non placari, ac ſatisferi; Addo, quod ſanguis iſte manus ligat iuſtitiæ meæ, ut moueri non poſſit, ut ſic dicam, ad vlciſcendum de peccatis, ut antea in mundo faciebat, quando vocem huius non dum effuſi ſanguinis minimè audiebat: ſiquidem nunc diluuijs, nunc ignibus, & incendijs, nunc terram aperiendo, & peccatores abſorbendo, iuſtitia mea ſcæleſtos puniebat. Iam ſcis, quid aquis dilluuij, quid ignibus in nequiſſimis Vrbibus, alijſq; pęnis in deſerto, & alibi effecerit, ita ut me Deum manifeſtaret vltionum. Nūc verò videtur, quod ſe mouere neſciat, ad puniendum, tanquam ſatisfacta, in rigoroſa punitione per Verbum meum aſſumpta; vel ſi mouetur, potius veluti Mater diligens corrigit filios nō credentes, quam ut ſeuerus Iudex, impios, & delinquentes. Nunc verò quod ſcriptum fuit impletur. *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis,* propter hanc vocem effuſi ſanguinis Verbi. Abac. 3.

4 Eadem anima operationes magnæ ſapientiæ operabatur, in diuino illo intuitu, reſpiciens, & intellectum tuum, O ſponſa Vnigeniti mei, & intellectum omnium aliarum creaturarum, ab ipſo meo Verbo, In ſuas dilectas, caraſque ſponſas electarum; & in hoc intuitu ipſa Verbi anima, per eandē admirationem tantum cognitionis in intellectu veſtro infundebat, ut cum capaces eſſe non poſſitis, ſitque ab eiuſdem ſapientiæ magnitudine illuſtratus quidem intellectus, veruntamen à tanta luce, ſicut oculus à ſplendore Solis, aſtractus, in abyſſo illius lucis, immenſitatem ſapientiæ, ad quam non pertingebat, intuebatur. Ac ita, dicam filia, non intuens intuetur, & non intelligens claras intelligit tenebras; vel atoſq; cōſilij diuini ſplendores, ſpecialiter verò diuinam admiratur ſapientiam, illud medium pro mundi ſalutem applicantem, quod mundo ſtultitia videtur; cum qua ſtultitia, mundi ſapientiam confūdere voluit: eamdemque hanc regulam obſeruat cum ſimplicibus, puriſq; animabus, ut carnis prudentiam confunderet, quæ toruo, & caligante ſuo oculo, ſapientiæ diuinæ abyſſum vult metiri. O, non videtur tibi hæc magna ſapientia?

5 Inſuper non videtur tibi magna ſapientia illa, quæ in tot animabus glorificandis, ſicque exaltandis operaba-

tur? ut ita eas deificaret, ſicuti & ipſa fuit, ut Deus idem vobiſcum fieret eidem carni veſtræ coniunctus, mediante Sanctiſſimo Altaris Sacramento, quod, ut ſcis, poſt Reſurrectionem ſuã Diſcipulis ſuis tradidit, fuitque in primitiua Eccleſia adeo à fidelibus frequentatum: ut per hanc vnionem non modo caro ipſius, ſed etiam omnis caro, vel naturæ humanæ maſſa, in tot, & tot dignè recipientibus, quoddammodo deificetur. Gratiam animæ communicando per hanc vnionem, per quam tempore ſuo reſuſcitata corpora deificentur, & in eadem carnis Chriſti claritate traſformentur. Sciaſque, maiorẽ gloriam in carne ſua glorificata habitura eſſe eorum corpora, qui dignè hũc cibum frequentarunt, eoque nutriti ſunt, quam qui etiam in gloria beatitudinis, & immortalitatis ſtola fuerint induti: maiorem, inquam, gloriam, non eſſentialem, ſed accidentalem, licet in reliquo pares eſſent illis, qui hoc cibo nutriri, & paſci nequaquam meruerũt. Et, ut hoc modo Verbum meum carnẽ etiam ſuam glorificaret, in vltima cęna ſeipſum ſacramẽtaliter ſumpſit, vt eriã hac via, eaque communione, carni ſuę gloriam tot alijs titulis debitam, communicaret. Et hoc erat conſilium quod Verbi anima, antequã corpori coniungeretur, faciebat in ſinu meo.

6 Non videtur tibi magna quædam ſapientia ò filia, eo quod nemo poſſit efficere, ut Deus fiat creatura, & creatura hoc modo ineſplicabili, duplici hac comunione, Deus fiat? certè, quidem, nemo, nemo, ad hoc valet; Res ſunt quæ nimium intelligentiæ, vel Angelicæ, vel humanæ capacitatem ſuper excedunt. Magna inſuper ſapientia operatur, ut patiatur ab vna impuritate, à nihilo, offendi ſapientia illa, quæ perfectione adeò plena eſt; & hoc nihilum, illam tanquam vilem reputet. Et operatio hæc oblatione ſanguinis oritur, in huius offenſę reconpenſationem, qui puritatem, innocentiam, & charitatem Verbi mei ipſum tãto amore effundentis, repræſentando, facit, ut iuſtitia, ad vltionem, & dedignationem propter offenſam cõtra ſapientiam moueri nequeat, ut dixi.

CAPVT XXXVI.

Intelligit verba, quæ in triduo mortis Verbum ad Patrẽ loquebatur.

1 DIc, ò Pater, quæ verba tecum loquebatur, hoc Verbum tuũ? *Anima.* O Filia quæ verba loquebatur? verba vitæ loquebatur, eo quod eſſet mecum eadem vita; & tanquam vita, quã primum corpori ſuo mortuo, iterum vitam communicaturus erat, illi innocentiſſimæ, & puriſſimæ carni debitam, quæ nullo modo erat obnoxia morti, eo quod nullam cum peccato partem habuiſſet, à quo mors orta eſt. *Et per peccatũ mors*, Loquebatur inſuper verba nutrimenti, verba conſolationis, & verba æternitatis, cum diuinum in ſinu meo colloquium haberet. O non audiſtis vos hic deorſum? omnia ſiquidem pro vobis erant. O vobis ignota? ignota quidem, cum nota vobis eſſe nequeant, niſi per gratiam gratis datam. O nõ vitę verba erant illa, quibus idem Verbum meum affectu adeo ſuaui, vos mihi offerebat, faciens, ut ego vos per gratiæ vnionem attraherem ad gloriæ participationem, & vnionem, per viſionẽ, & fruitionẽ meæ diuinitatis; ut ita vos ex humanis diuinas; ex mortalibus immortales, ex temporalibus æternas, ex ſubiectis miſeris, beatas, fęliciſſimas, & glorioſas efficeret? Non tibi nutrimenti verba videntur ea, quæ in ſinu meo loquebatur, mihi, veſtro intelligẽdi modo, commemorans, quod idem Verbum mihi ipſi loquebatur, priuſquã incarnaretur, cum diſponeret, in Maria, veſtram aſſumere humanitatem, ut aptiores eſſetis ad eius diuinitatem recipiendam, cum homo inobedičtiæ peccatum commiſiſſet? Cum enim homo mãdatum mecum tranſgreſſus eſſet, in mortem incurrit, ideoque de paradiſo electus, non amplius vitæ arbore poterat enutriri, vnde opus fuit, ut Verbum meum,

Pater

Rom. 5.

Digitized by Google

meum, veſtram aſſumeret humanitatē, vobis vitæ arbor factum, ut eo enutriti, minimè deficeretis. Quæ verò nutrimēti verba loqui poterat filia mea? verba nutrimenti, ſeipſum iugiter in cibū dare diſponens, ut in vobis diuinitatem eius reciperetis, qua mediante, mei capacitas, in vobis generatur: vnde in ſua incarnatione veſtram aſſumpſit humanitatem, & morti proximus modo quodam ſpeciali in Eccleſiæ Sacramento, ſuam vobis communicauit diuinitatē. Et inſuper voluit, ut corpus mortuum iaceret in ſepulcro, ut oſtenderet, quod vobis volebat relinquere, quod de veſtro aſſumpſerat, ſed diuinitati coniunctum: & quod anima eius poſtquam fuiſſet in limbo ad liberandos detentos, antequā corpori vniretur, in ſinu meo aduentaret cum diuinitate ſua, nec humanitate relicta, qua mediante eiuſdem ſuæ diuinitatis, & conſequenter mei ipſius capacitatem impetrauit.

Anima. 2 O nutrimenti verba, quæ Verbi anima, in ſinu tuo, ò æterne Pater, loquebatur. Verba quæ vitam præſtant, quæ nos tui capaces faciunt. Intelligo etiam, ò Pater, quod Verbi humanitas, iacens in ſepulcro, nunquam à diuinitate fuerit ſeparata, ad demonſtrādum, quod quemadmodū ſanctum illud corpus in candida illa ſindone inuolutum in ſepulcro relinquebat, ita ſub ſpeciebus ſacramentalibus, in Altari, quod ſepulcrum figurabat, corpus ſuum coopertum, & abſconditum, in cibum, pro noſtro nutrimento diuinitati vnitum, relinquebat. Ac ita intelligo, quod eodem tempore, anima erat in ſinu tuo diuinitati vnita, nec humanitatem noſtram aſſumptam reliquerat, ibique capacitatem lumine gloriæ communicatā impetrabat, per quam capaces fruendi diuinitate tua efficimur, ſine quo impoſſibile erat, ut tāti boni capaces redderemur.

Pater Inſuper, ò dilecta mea, verba cōfortantia loquebatur, rogans ut ſpiritum Conſolatorem, quem vobis promiſerat, mitterem, dicens, *Ego rogabo Patrē, & ſpiritum paraclitum dabit vobis*, mecum ſimul, & cum ſpiritu meo venire *Ioan. 14.*

diſponens, ad faciendam vobiſcum māſionem. Attractiua etiam verba loquebatur, gratiam pro vobis attrahendo, & deorſum vobis infundendo, & loquendo, eam attrahebat. Quod totum ut clarius explicem, hoc exemplo. Cū tu attrahis ad te flatum ad refrigerandum apprimè cor, os aperis; apertoque ore, aerem ad te attrahis; licet enim per nares Frigidus aer attrahatur ad cor, quando nihilominus ad plenum refrigerandum eſt, os aperitur, cum modicus ille flatus, & aer attractus non ſufficiat. Ita pariter cum res aliqua halitanda eſt, aperitur os, quo aperto, idem in ſufflatur halitus, cerniſque tunc, quod diuerſimodè cōmunicatur halitus: cum enim hunc cōmunicare, & aliquid calefacere volumus, aperitur apprimè os, & flatus, tanquam à corde procedens, calidus exit, cum verò frigefaciēda eſt, ſtringitur os, & à labijs egreditur halitus, & flatus refrigerans; Ita igitur Verbi anima in ſinu meo faciebat. A pectore meo, & ab amante meo corde, halitum, poſtea Eccleſiæ ſuæ communicandum attrahebat: & ita à me attrahere voluit. Et ſcias quod omnes eius plagæ erant veluti tot ora, eundem trahentia halitum, ſpecialiter verò illa lateris, ſuique cordis: hæc erat beneuolum os, quo hunc amoris flatum Eccleſiæ ſuæ comunicandum trahebat. Quia verò amori, ſuique cordis calori, inſufficiens quodammodo videbatur ordinaria, ut ita dicam, meritorum ſuorum attractio, vna cum operibus ante mortem ſuam pro vobis peractis, ut poſtea vobis ea diſpēſaret, aperta habere voluit ora plagarum, & ſpecialiter illius ſui cordis, ut plures attraheret gratias, & hoc donum Spiritus Sancti impetraret. Ac ita plagæ illæ ad trahendum inſeruiebant. Et attēde, quod licet anima non eſſet tunc corpori iuncta, erant nihilominus anima, & corpus Diuinitati coniuncta. Plagarumque merita hunc præſtabant effectum: anima enim vulnera corporis in ſepulcro iacentis, mihi oſtendebat, & ita plagarum meritis habitum gratiæ, quam, ut meum Verbum, & Eccleſiæ caput à me recepit,

pit, attrahebat. Quid autem? Hoc poſtea plagarum merito, iterum voluit huius doni, huiuſque haliti diſpenſationem obtinere: & hoc fecit, quando poſt Reſurrectionem fuit in medio Diſcipulorum, & in ſufflando ſpiritum illum, halitumque calidum, & vitalem, Ioa. 20. inſufflauit, & dixit. *Accipite Spiritum Sanctum*, vt oſtenderet, quod prius attraxerat, & ita cõmunicabat: & inſufflauit, halitauit: fuit enim exceſſiuũ amoris effectum, cum paſſione ſua meruerit, auctoritatem hanc poſſe alijs tribuere, delendi ſe peccata, in pęnitentię Sacramento; quemadmodum ille, quantum ad ſatisfactionem, & ſolutionem iam in Cruce deleuerat. Hæc autem gratia, ò qualem gloriam Eccleſiæ communicatura erat, hominibus hane poteſtatẽ delendi peccata tradẽdo; quæ poteſtas mea ſolummodo eſt, ut Phariſei dicebãt. Luc. 5. *Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* Anima igitur Verbi in ſinu meo attrahebat, & influebat, licet non loquendo loqueretur, neque os aperiẽdo, eam gratiam, & gloriam à me attrahebat, quam dixi, ut vobis infunderet.

3 Confortantia inſuper verba loquebatur: eam enim gloriam vobis impetrabat, quæ æternam allatura erat confortationem, quemadmodum dixerat cum inter vos cõuerſaretur, dicens, Ioan. 16. quod *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini, & triſtitia veſtra conuertetur in gaudium*. Hoc autem duobus modis. Prius enim ille in pęnis veſtris tantam impetrauit gratiam, ut vos maius ſolatium in eadem pęna ſentiatis, quam alij in gaudio experiãtur, quemadmodum de meis Apoſtolis ſcriptum Act. 5. eſt *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Inſuper plurimi Martires dum in patibulis, & tormẽtis verſarentur, lętum oſtendebant vultum eo quod ita in corde confortarentur, ut non niſi confortatiuum exiſtimarẽt tormentum; ac ita poſtmodum ab eodem liberati tormento, & à patibulo iam ſoluti, triſtitiam oſtendebant. Ita verũ eſt, quod ea, quæ in ſe triſtitia eſt, reſpectu veſtræ naturæ, quæ ex ſe tormẽta, tanquam ſibi repugnantia abhorret, conuerteretur in gaudium. Etenim ab ea triſtitia oriebatur gaudium, non poſtea, ſed interdum tempore tormentorum; ac ita atrociſſima tormenta, quæ martires ſentire debuerant, in ipſis tortoribus transire videbantur, qui in rabiam, & indignationem agebantur; cernentes ſæpius perſonas ſexu fragiles, corpore teneras, ætate acerba, carneas tandem, ac mortales, tantum habere robur, tantamque conſtantiam, ut de tormentis riderent, tortoreſque illuderent. Et hanc vim impetrauit eis, hoc confortatiuum colloquium. Ita etiam compluribus accidit animabus, in brachijs voluntatis meæ relaxatis, quæ in medio tribulationum, & anguſtiarum cõfortationem inueniunt, vel ſi ad modicum temporis eas in tenebris relinquo, ſtatim triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Nollentque non paſſas fuiſſe, pro quot dulcedinibus poſſet iam mundus impendere. Nec in præſenti ſæculo gaudium hoc perſiſtit, tranſit ad verum gaudium, quia quod *Momentaneum eſt tribulationis veſtrę, æternũ gloriæ pondus operatur in vobis*. 2. Cor. 4. Gaudium erit ęternum, quia gaudium erit gloria; & gloria, quam dabo, erit æterna, eodem meo Verbo mediante; ò quis cognoſceret hoc? O quam perfectum eſt gaudiũ hoc, ò quam plenum? O quam durabile? Cognoſci nequaquã poteſt, quia *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit*, plus dicã neque aſcendere poteſt. 1. Cor. 2. Veſter enim finitus intellectus, rei infinitæ capax nõ eſt. Huius mundi gaudium citò deficit, gloria verò à vobis acquirẽda eſt æterna. *Intra in gaudium Domini tui*. Mat. 25. Cerne filia differentiam inter hominem, ciathum aquæ bibentem, & eum, qui in flumen, vel in mare ad ſe lauandum ingreditur. Qui aquam bibit, in eum dicitur aquam intrare, eo quod aqua per os tranſit ad ſtomacum, ut ſitis ardorẽ, qui intus eſt, refrigeret. Qui verò intrat in mari, non dicitur, quod mare intrat in eum, ſed ipſe in mare: adeò enim magna eſt quantitas illa aquarum, ut in ea armatorum integra acies ingredi poſſit

poſſit, & minime videatur. Recipit in hoc mundo anima conſolationes, quæ in ea, veluti per modicum, anguſtiſſimumque vas, per paruum ciathum ingrediuntur, itaut anima nec poſſit in anguſto vaſe recipere. Hinc Ille hoc repletus gaudio, & de paruitate, & anguſtia vaſis lamentabatur, eo quod tãtum recipere non poſſet, quantum cupiebat, aiebatque; Sufficit, ſufficit Domine: in Cęlo autem. *Intra in gaudium Domini tui.* Vos in illis dulcedinibus, in illis delectationibus, in illis conſolationibus inexplicabilibus intratis, eo quod Deus qui eſt inexauſtus dulcedinis pelagus eſt ille, in quo vos intratis. *Erit Deus omnia in omnibus.* Intra vos, extra vos, ſuper vos, à lateribus veſtris, antrorsũ, retrorſum; totus erit iubilus, lætitia, gaudium, conſolatio explicabilis, quia ubiq; reperietur Deus. Erit Deus omnia in omnibus, in quo, ingreſſa in gloriam anima, cõſolationis abyſſum, gaudijque inexplicabilis ubique inueniet; ſed de hoc ſatis.

S. Frãciſcus. *1. Cor. 15.*

4 Æternitatis etiam verba conferebat, vobis iam dictam æternitatem, acquirens, dico, quod Vnigenitum Verbum meum æternitatis verba loquebatur, ipſamque æternitatem vobis conſeruabat, quam licet prius haberetis, eo quod eam vobis dederam, quando vos creaui, faciens vos in futuro æternos corpore, non quidem naturâ, ſicut ego, ſed gratia, qua in vita longiſſimo tempore vos conſeruare potueratis, & poſtea Cęlum cupientes, ad gloriam vobis præparatam tranſire, nullo mortis perſoluto tributo; eo quod abſque peccato, tributum nec ſolutum fuiſſet, nec exitum, *Et per peccatum mors.* Cum autem poſtea propter peccatũ, in mortem incurriſſetis, opusfuit, ut idem Verbum, quod æternum erat, in Cruce moreretur, ad hanc æternitatem acquirendam.

Rom. 5.

CAPVT XXXVII.

Quæ conſilia habuerit Anima Verbi eodem tempore apud Patrem.

1 O Quantũ nobis cõtulit ſacratiſſima Verbi tui anima, ò æterne Pater, permanens in ſinu tuo? omnia tamen erant verba, an conſilia, & opera ſimul? *Anima*

Etiam filia, & ſponſa Vnigeniti mei cõſilia erant, & opera ſimul; dum enim in ſinu meo permaneret anima Verbi mei, non modo colloquium, ſed etiam conſilium magnorum conſiliorum faciebat. Conſilium pacis, Vnionis, ſummæ liberalitatis, Miſericordiæ, Potentiæ, Iuſtitiæ, Conſolationis, Fortitudinis, & Comunicationis amoris. *Pater.*

Conſilium pacis: tunc enim anima Verbi mei in ſinu meo, cum prius Verbum meũ pro homine ſatisfeciſſet, antiquum illud conſiliũ aſtrinxit, iterum beneuolentiſſima pace hominem mecũ uniendi, eam mihi offerens ſatisfactionem, quam corpore ſatisfecerat pro homine; egitque oblatio hæc, ut ego firmiter homini promitterem, eum in gratiam meam recipere, nec amplius, ut antea, punire, ſed in ſinum meum apertis cęli portis, recipere; in cuius ſignum, clarius pacis ſignum dedi, quia Chriſtis meis auctoritatem tribui delẽdi peccata, ac trahendi, ut ita dicam, in conſecratione Verbum à ſinu meo, ut pro pace hac, illud mihi offerant. Tibi etiam, & cuicumque fideli offerendi auctoritatem tribui, ſolummodo tamen Chriſtis meis trahendi ſimul, & offerẽdi. Tu ergo ſæpe illud offer, cunctas mihi ipſi pacificando creaturas medio iſto, valde mihi grato.

Conſilium vnionis: tunc habuit conſilium, perpetuo, & in perpetuum ſacrificium offerendi ſanguinem, quem pro vobis effunderat: quæ oblatio adeò efficax eſt, ut cum eo quodlibet mihi vnire poteſtis. Si hominem Deo vultis vnire, eodẽ ſanguine facite, quia vnietur:

tur: ſi Deum homini vnire vultis, eumdem offerte ſanguinem, & Deus vobiſcum vnietur: ſi quid aliud vultis vnire, ſanguis iſte hanc efficiet vnionē. Quod ſi dæmon poſſet eiuſdem ſanguinis eſſe particeps, hoc ſanguine mediante mihi vniretur; ſed propter ſuam ſuperbiam renuit, nec poteſt modo aliquo aptum eſſe ad eum recipiendum; & quia aptū nunquam eſſe poteſt, nunquam in eo fieri poterit iſta vnio.

Conſilium ſummæ libetalitatis totaliter inexcogitabilis, & amabilis cum animabus beatis in cęlo, cum morantibus, & viuentibus in terra, & cum detentis in Purgatorio, qui per ſanguinē Verbi de effectu liberalitatis participant.

Anima O liberalitas immenſa, liberalitas à dexteris, & à ſiniſtris; tu es tota inexcogitabilis, ò liberalitas immenſa. Cerno in cęlo Angelos tibi gratias agentes, cunctoſque beatos ſpiritus, te propter hanc liberalitatem adorantes, cum pluſquam alij de ea ſint participes, & procidentes adorauerunt liberalitatem Verbi, dicentes, iſti ſunt digni accipere vnitatem liberalitatis tuæ, quia pro liberalitate creaſti eos, & pro immenſa liberalitate tua recreaſti eos. Conſilium miſericordiæ.

Pater 3 Conſilium inauditę miſericordię. Poſtquam enim Verbum meum ſanguinem ſuum tradidit, cumque corpus ſuum in ſepultura iaceret anima collauit ſe in ſinu meo: & hæc collocatione effecit, ut non modo ſinus meus erga vos placabilior redderetur, ſed etiam vos aptos effecit, ut in eodem ſāctiſſimo ſinu meo vos collocare poſſitis, & quieſcere; ſed & cunctæ animæ, quæ voluerint, ò quomodo canere poterunt. *Miſericordias Domini in æternū cantabo.*

4 Conſilium potentiæ; fecit enim ut illius potentiæ, quam habebat diuinitas, modo peculiari humanitas, & anima participaret; tunc enim ſceptrū ſuper omnes creaturas illi conceſſum eſt; & quamuis tanquam Deus habuiſſet, etiam tanquam homo propter meritum ſui effuſi ſanguinis habuit. Eiuſdem etiam potentiæ participationem vobis promeritus eſt, ut eadem Verbi mei potentia operari valeatis, unde inquit, *maiora* vos operaturos, *quam ipſe* fuerit operatus; *maiora* apparenter, & quo ad humanum iudicium, non *maiora*, quo ad virtutem: eum omnis virtus ab eo procedat. *Ioan. 14.*

Anima Et quid ex nobis agimus, Pater tanquam ex nobis? nullum, nullum bonū; totum à te, totum à comunicatione tua prouenit. *Vt non glorietur omnis caro* niſi in te, eo quod tu propriè opereris in nobis. *1. Cor. 1.* Magnum quid etiam ex parte noſtra facimus, ſi operationem tuam non impedimus, nec operas quæ in nobis facis deſtruimus; ſi verò defectus ex parte noſtra non eſſet, quid efficeres? O Deus meus, ò me miſeram; quantum te impedio.

CAPVT XXXVIII.

Iuſtitiæ conſilium à Patre intelligit.

Pater 1 Conſilium iuſtitiæ fecit etiā anima Verbi in ſinu meo. Videturque res valdè cōtraria, quod cum tantam vobiſcum miſericordiam fecerit, iuſtitiæ tunc conſilium habere voluit. Audi dilecta filia, non videbatur tunc Verbum meum iuſtitię conſilium habiturum; cum enim ſupra ſe totū poſuerit, in totum, & totaliter eam conſumauerat: & quod magis alienum videtur, in ipſo ita erat iuſtitia cooperta, ut non amplius iuſti, ſed in totum miſericordes videremur; non propter hoc nihilominus iuſtitia ipſa deſierat, imò maiori puritate, ac perfectione exercenda erat: cum enim in Cruce Verbum omnem conſumpſiſſet culpam, non poteſt, ut ita dicam, ferre, ut minimum in creatura defectum inſpiciat. Puta diſtortam intentionem, cogitationem impuram, verbum otioſum, & plenè non puniatur, & per pęnitentiam vel in hac vita, vel poſt mortem purgetur. Vnde rectū magnopere extitit hoc iuſtitiæ conſiliū, quod habuit anima Verbi mei in meo ſinu. Siquidem in eodem inſtanti, quo

corpus

Digitized by Google

corpus ſuum, ſupra quod eadem iuſtitia, ſimiliter & culpa conſumata fuerat, in ſepulcro quieſcebat, anima eius in ſinu meo permanebat, nouas in purgatorio pęnas ordinando, eaſdem pęnas dupliciter augendo, & quoad pęnam damni, & quoad pęnas ſenſus. Auxit pęnam damni: videns enim anima purgans cęlum apertum, & gloriam quam ſine illis imperfectionibus poſſideret, & quod iam in Cęlo inter beatos ſpiritus reciperetur, maiorem experitur pęnam damni, quam alij, qui de purgatorio ad ſanctiſſimum Patrum limbum, in quo etiam gloria priuabātur, tranſituri erāt: & ita hæc gloriæ dilatio ipſis eſt maiori damno, tantum, quantum, maius, eſt bonum amiſſum, vel dilatum: maius etiam eſt, quoad pęnam ſenſus: ſiquidē nunc maiores ſunt purgatorij pęnę, quā prius eſſent! auctis enim pęnis ad menſuram culparum, vbi maior eſt culpa, ibi maior eſt pęna: cum autem nunc ſāguine, ac morte Verbi mei tot bona creatura receperit, cumque infinitè creuerit eius obligatio, ad ſeruiendum nobis, & ad amandum, ut delectioni noſtræ, qua eam creauimus, & recreauimus, ſatis faciat; ſequitur quod culpæ, & defectus, qui nunc committit, propter ingratitudinem ad tot beneficia, ſint maiores, & conſequenter augeri etiam debent punitiones. Verumtamen eſt, ò filia, quod virtus ſanguinis, & meritorum Verbi, pro vobis in Cruce mortui, quæ in Altaris ſacrificio, & ad animarum purgantium beneficium applicantur, tollunt magna ex parte rigorem pęnatum, purgantibus animabus debitarum, eo quod illius ſanguinis intuitus eſt mihi adeò carus, ut me faciliter placatum reddar, omnem tollat indignationem quid habeam aduerſus creaturam. Præter quam quod, etiam clauiū auctoritas, qua valor pęnitētiæ creſcit, multum de punitione culpis debita minuat; & Sacramenta, gratiam, & virtutem, per quam mihi ſatisfaciunt, in animam infundēdo, ſpecialiter Euchariſtia, in qua meo Verbo, mihiq; vniuntur, magna etiam ex parte eas auferunt pęnas. Verum, ut dico tibi, purgatorij pęnas ad conſumendam quamuis minimam culpam, & peccatum ordinabam: licet enim omnia ſuper ſe prius purgaſſet, opus etiam erat, ut in anima veſtra eadē iuſtitia adimpleretur, quālibet, vel minimam imperfectionis ſcoriam auferendo.

2 O æterne Pater, mihi videtur, quod *Dilexiſti iuſtitiam ſuper benignitatem*; licet enim proprium tuum ſit miſericordia, magnopere nihilominus, iuſtitiam diligis, ac mirabiliter vnam cum altera innectis, ita ut ſemper iuſta ſit miſericors, & miſericordia iuſtita, ſemperque pari paſſu vna cum altera ambulet. Non ita, non ita ſe habent creaturæ: aliquæ enim miſericordiā faciunt, verum cum nō ſit miſericordia illa iuſtè facta, (nimia enim miſericordia, ſuas perferunt offenſas) non eſt illa vera miſericordia, ſed manifeſta iniuſtitia. Etiam, etiam; quia deinde ad plenum in nouiſſimo die iuſtitiæ tuæ cōſilium adimplebitur, in quo die cuncti cum timore, & tremore, vltimam ſententiam à Verbo, ſumma iuſtitia prolatam expectabimus. Væ, væ ei, qui pro tali die prouiſione caruerit. Quibus autem anima prouidere ſe debet, niſi conformitate, & vnione tua, promiſſa tibi facta ſeruādo, mandata tua adimplendo, totumq; ſe conſumendo, & in te pro ſalute, & auxilio proximorum ſuorum dilatādo? Quantoque anima præuenit, & ad futura ſe pręparat, tanto magis Deus dona, & gratias illi præparat. Magna ſunt iudicia tua. *Iudicia Dei abyſſus multa*.

Anima

Pſal. 51.

Pſal. 31.

CAPVT XXXIX.

De conſilio conſolationis, & fortitudinis loquitur.

1 CONſiliū cōſolationis: & ò quam magnum, ò quam intrinſecum, & inenarrabile, cum non ſolum homines, ſed etiam magnoperè Angelos cōſolarentur. Etem ſi ipſi Angeli dolere potuiſſent, intensè doluiſſent, cum vacuas in cęlo ſedes, proter lapſum apoſtatarum Angelorum, inſpicerent: quas ſedes

Pater

ſedes, ipſis in me, tanquam in ſpeculo, intuentibus, exornādas fore videbant, ijs animabus, quæ per merita ſanguinis Verbi mei eas impleturæ erāt, & poſtea corporibus, ſuo tempore. O quomodo in cōtemplatione tot ſociorum in gloria lætabantur: ſiquidem in cęlo, filia, quilibet beatus nō minus de ſua, quam de ſocij gloria gaudet, cum cœlum ſit perfectæ charitatis, ſincerique, ac perfectiſſimi amoris habitaculū; unde beata anima tātum de alterius gloria, quātum de propria gaudet; amare enim, ut ſcis, omnia facit comunia. Imò inſuper dicam, tātam eſſe huius charitatis perfectionem, & alterutrius boni comunicationem, ut cum anima beata, alteram magis gaudere intueatur, eo quod in Cęlo maiorem habeat gloriam, cum in terra maiorem habuerit charitatem, magis de alterius maiori gloria gaudet, quam de ſua. Et ita cuiuſcumque gloria in ſummo augetur, cum ita amplè charitas dilatetur, & tantæ gloriæ particeps fiat, quātam habeāt tot Beati, qui ſunt in Cęlo, totque Angeli, ac beati ſpiritus à me glorificati. Vides filia, quænam gloriæ abyſſus ſit in Cęlo?

2 Conſolabatur deinde etiam creaturas in terra, illas, inquam, quæ parum habebāt luminis, huiuſque amoris magnitudinem cognoſcebant. Fuit etiam magnæ conſolationi animabus limbi, quas ſecum in Cęlo aſſumere diſponebat, ut ad ſpecioſas illas ſedes conduceret, ut exaltatione, & glorificatione adeo magna exaltarentur, & glorificarentur, quam nec Dauid, nec Propheta alius unquam intellexit. Fuit conſolationi animabus purgatorij, eo quod eas viſitando, ab illis flammis, quas patiebantur, & à pęnis debitis liberauit. Licet enim pro tunc, illarum plurimæ quantum erat ex ſe haud ſatisfaciſſent iuſtitiæ meæ, eo quod minimè perſoluiſſent totum id, quod pati debuerant, ſi Verbum ad eas inuiſendas nō acceſſiſſet; nihilominus iuſtitiæ meæ ſatisfecerunt in Verbo meo, quod peculiariter pro ipſis in paſſione ſua ſatisfecit, ut deinde eas poſſet, ut fecit, liberare, iuſtitię meę peculiarem ſatisfactionem pro ipſis applicando. Et conſentaneum erat, ò filia, ut in Vnigeniti mei triumpho, tantæque lætitiæ tempore carceres aperirentur, & liberarentur detenti, ut inter vos in terra fieri ſolet feſtiuis diebus, triumphiſque Principum. Et ò, quam gloriam attulit animabus, in tot pęnis detentis, quam capere nequis, cū liberas ſe eſſe viderent, ac Verbi viſione, ſummi boni participes.

3 Conſilium etiam fortitudinis fecit anima Verbi mei in ſinu meo, ſe vos armando, & tanquam ſtrenuos milites armis ſuis veſtiendo; & quænam arma ſunt hæc? Noua, noua, ſicuti non ordinarium eſt bellum veſtrum, vnius hominis aduerſus aliū hominem. Audi filia, gratiaſque age eodem Verbo, quod ijſdem te induit. O quam ſecura, es, ſi illis veſtieris à cunctis offenſis, à quacumque mundi creatura poſſibilibus. Sanguinem ſuum dedit vobis pro veſtimento, ac thorace, ut tanquam præcipua armatura vos tegeret. Lāceā, quæ pectus ſuum aperuit pro pugione, Crucē pro gladio, ſpōgeæ arundinē pro lancea curſus; malleum, & forcipes, pro ſcuto, & parma; Taxillos pro chirotecis, ſpineam coronam pro capitis armatura, ideſt clipeo. Funes, quibus ligatus fuit pro equo; claues pro habenis, & ornamentis, columnam pro Tētorio; Hortum, in quo orauit, tantaque angonia ſudauit ſanguinem, pro Ciuitate refugij; Cænaculum montis Sion, pro lecto ſuauiſſimo ad quieſcendum. Ecce habes, in quo pugnes, quieſcas, & delitieris.

4 Non eſt forte veſtimētum, digniſſimuſque cultus varius, ſanguis eius? ſiquidem; quia ſolo nomine facit dæmones contremiſcere; & anima quę veſte ſanguinis huius induta eſt, magno animo, ac valore contra hoſtes ſuos ire poteſt. Et quinam fortior, & acutior gladius Cruce, quo Redemptor, ſerpētis caput recidit? Qui acutior pugio, quam lancea, quæ ſacrum illius latus aperuit, & cor eius diuinum penetrauit? & vos huius aperturæ oblatione non modo creaturarum corda, ſed etiā ſinum meum penetratis. Quæ fortiores,

&

& commodæ chirothecæ, quam Taxilli,
quibus (ò incomprehenſibilis miſeri-
cordia , & patientia) deriſa, ac deluſa
fuit gloria, & paradiſi voluptas? Memo-
ria illius,quod his Taxillis factũ eſt,vos
armamini puritate . Quæ fortior parma,
& ſcutum, quam malleus , ac forcipes?
adeo fortes ſunt, ut conſiderante anima
ictus clauis affixi Verbi , maximos pro
Galat. 6. illius amoris ictus ferre cogatur. *Nos au-
tem gloriari oportet in Cruce Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti.* Quis fortiorem clipeum,
armaturamque vult capiti ſuo, quam
acutam ſpinarum coronã? quolibet enim
ictu vndecumque , & à quocumque ad-
ueniente, nunquam ſuperabitur. & quis
ſe non humiliabit, Verbum meum aſpi-
ciens ſpinis coronatum ? Arundo cum
ſpongea aliud non eſt , quam fortis lan-
cea, ut curramus. Quæratur hoc ab Ere-
mitis, qui ad intrinſecam Verbi opera-
tionem apti ſeſe reddidere. Quis fortior
equus, quam funis illa , quæ Verbum
meum Vnigenitum filium , tuũque vni-
cum ſponſum pertraxit ? Quę anima erit
quæ non ſit dæmone peior , ſi non mo-
ueatur , dulcem ſuum cernens amorem
de loco tractum ad locum ; nec currat,
non ut illudatur, non , ſed ut ad locum
refrigerij, & conſolationis conducatur?
Quæ aptior habena , quam Verbi mei
claui , qui trahentem amorem tractum
retinebant? faciuntq, ut aliquando amor
ille adeo feruens, & calidus, qui in amã-
te anima curreret , retineretur ; ijſque
clauis Verbum in Cruce retinentibus ,
illaque pęna , ab immoderato feruore ,
qui potius eſſet noxius, retrahitur. Quod
accomodatius Tentorium, quam colum-
na, in qua idem Verbum meum, fuit pro
vobis ligatum , & crudeliter verberatũ?
ad quod recurſum habere poteſtis, quo-
ties inimicos pertimeſcitis: eſt enim for-
tiſſima , cum ſuper eam tantum ſangui-
nis effuderit Verbum meum. Quis verò
ſub vmbra illius permanere noluerit, &
ſuper ſe eumdem recipere ſanguinem?
Quæ ſecurior refugij Ciuitas , quã Hor-
tus, in quo Verbum meum orauit , ſan-
guinemque effudit? In quo fugiat qui-
cumque tentatus , quia omnem habebit
conſolationem . Qui ſe infirmum agno-
ſcit, huc etiam veniat, quia roborabitur.
Quis ſuauior, & amænior lectus , quam
cænaculum, in quo Verbum meum vlti-
mam fecit Cęnam cum ſuis Sãctis Apo-
ſtolis, inſtituitque ſanctiſſimum corpo-
ris , & ſanguinis ſui Sacramentum? in
quo ineffabile donum pręſtitum cogno-
ſcitis, illaque dulcia verba, quæ locutus
eſt , quæ tantum ſuauem ſaporem præ-
bent, & quietem, maximè verò illa cõ-
ſecrationis , quæ tantæ ſubſtantiæ ſunt .
Hoc eſt corpus meũ. O rem magnam, *Qui* Ioan. 6.
*manducat meam carnem, & bibit meũ ſan-
guinem in me manet, & ego in eo.* Vbi fra-
ternam etiam docuit dilectionem.

CAPVT XXXX.

Conſilium Comunicationis explicatur, & Amoris.

1 MOdo, ò Pater, eſt conſilium cõ- Anima
municationis, & fęlicitatis tui-
ipſius Dei , com nunicatio incompreheñ-
ſibilis, inexcrutabilis, & à nobis inexco-
gitabilis.

Cõſilium, quod modo mirabili affert Pater.
creaturis communicationem meæ diui-
nitatis , non quidem per vnionem natu-
ræ, ſicuti in incarnatione Verbi , non ;
hoc enim priuilegium naturę illi ſolum-
modo factum eſt , licet per infinitam di-
uinæ Perſonæ virtutem, complura, & in-
finita indiuidua, vel naturas , ſi tot fuiſ-
ſent à me productæ valeat ſuſtentare ;
ſed loquor de cõmunicatione per gra-
tiam, quæ amore, ac beneuola cognitio-
ne facit vos in iſtanti ſinum meum pe-
netrare. Vbi anima non quieſcit, ſed in-
terius penetrare vult, beneuolaſque cor-
dis mei cogitationes intelligere. Intuſq;
perueniens, nec ibi perſiſtere poteſt , eo
quod tantum charitatis ardorem , tan-
tamque amoris ſentit dulcedinem, ut ip-
ſa charitate ebria, cunctas , quæ ſunt in
mundo , animas participes efficere vel-
let. Vnde conſiſtere nequit, quouſque
alias ſecum aſſumat animas , ſecumque
in ſinu meo conducat ; ut ibi vna cum
Verbo meo quieſcant , & collocentur .
Vbi de agilitate, quæ eſt propria Beato-

rum,quæque corporibus cũ animæ gloria comunicatur, adeò participant, ut beatis ſimiles efficiantur, quemadmodum Beati Deo ſimiles hac dote reddũtur. Sicuti enim beatus in iſtanti poteſt eſſe, quo vult, ita anima, quæ hanc acquiſiuit agilitatem, quo vult poteſt eodem tempore eſſe. Si in ſinu meo, eſſe poteſt; ſi in profundo inferni, in profũdo inferni; ſi in horto pulcherrimo conſiderationis attributorum meorum, Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis meæ paſci vult, etiam hic eſſe, paſci, & quieſcere ipſa poteſt, & ſi vult etiam in conſideratione eſſentiæ Trinitatis ingredi, licet hoc non niſi obſcurè fidei lumine intelligere valeat, communicatio hæc nihilominus, certa quadam luce, & charitate eam eleuat, ut euidentia luminis cognoſcere videatur, fideique luce intelligat, quod propter hanc etiam communicationem pro ſuo libito eſſe poteſt. Hoc etiam conſilium anima Verbi mei ordinauit in ſinu meo, dum corpus eius in ſepulcro quieſcebat.

2 Vltimum conſilium amoris, conſilium, conſiliorum compendium, quod ſacratiſſima illa Verbi anima in meo ſinu habuit, in quo ipſa diſpoſuit, ut Amor, ab æterno in corde meo ardens, antiquitus, nouiterque operans, æternè conſiderans, anxiè deſiderans, & deinde manifeſtè oſtenſus, pęnaliter conſumptus, glorioſè, magnaque complacentia in ipſo delectatus, nouo etiam communicationis modo Eccleſię infunderetur, ſicut in Spiritus Sācti aduentu ſuper diſcipulos, & ſuper totam Eccleſiam, tārò amoris igne viſus eſt. O quod amoris conſiliũ, ò quæ res eſt, proferre Amorem? & quid eſt Amor? ſolummodo dicere Amor, ita deberet anima fariari, ut vlterius intelligere, non ſatageret: & quinā maior Verbi mei erga vos amor, quam proprio ſanguine pro veſtra redemptione exibito, reſurgere etiam pro veſtra iuſtificatione, & ſanctificatione voluerit? & quid amplius? vobiſcũ *per quadraginta dies*, tanta ſua benignitate conuerſare. Neque hoc contentus, diſcedens à terra, loco ſui, ſpiritum illum paraclitum, qui eſt totus amor, mittere, & ſub externis ſignis flammæ, & ignis, quæ internum amòris ignem, quem veniebat in terram mittere, quique totus ardens veniebat de Cęlo, oſtendebant. Fuit ſiquidem hæc quædam amoris ſublimitas, quæ in admirationem etiam Angelos trahit, & de qua cunctæ ſimul creaturæ admirantur. O quodnam magnum conſilium fuit hoc Verbi mei.

Anima Certe quidem, Pater, fuit, eſtque ram magnus Verbi amor erga nos, ut ad aperiẽdum Cęlum promptius ſit, quam dæmon ad infernum, promptiuſque ſit ad offerendum, & dandum, quam ſimus nos ad recipiendum, & ſumendum. & quæ dona? Dona, quæ alius non intelligit, niſi qui recipit, & quæ bonitate infinita, immenſaque donatoris liberalitate digna ſunt. O Amor ſic pęnaliter cõſumptus, tamque anxio deſiderio cõcupitus, eia penetra gelida noſtra corda.

Pater Anima, Filia mea, quæ ab hoc amore poſſidetur, tota pulcra, ac iucũda eſt, eo quod cunctis ſit ornata virtutibus, cũ tota in dilecto ſuo, qui cuiuſcumq; virtutis immenſum eſt Mare, traſformetur. Dic, quænam eſt virtus, quam non habeat anima ab hoc amore poſſeſſa? Humilitatem forſitan non habebit? imò humillima. Eo quod humilitatis fontẽ, qui eſt Verbum meũ diligat, quod adeò humile fuit, ut in eius perſona dixerit Profera meus, *Ego ſum vermis, & non homo*. *Pſal. 21.* Forſitan charitate carebit? O, Dilectus eius ille eſt, de quo ſcriptum eſt, *Ignis conſumens eſt*. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. *Deut. 4. Ioan. 4.* Vel miſericordiam non habebit? Nequaquam, imò dico habere, cum ſponſus eius Verbum, totum ſit miſericors, imò miſericordia ipſa, Sponſaque illius anima mille quotidie profunderet vitas propter amorem illius. Carebit forſitan patientia? Imò patientiſſima eſt, quia tribulationes, veluti pretioſiſſimas recipit gẽmas, magiſque affligitur, cum aliquam non patitur tribulationem, & pęnam, quam, cum patitur; & anima diligens tota pura eſt, tota pulcra, tota bene ornata, & *Omnis gloria eius eſt ab intus*. *Pſal. 44.* Vnde Sponſus in ſecreto ſuo eam vocat, dicens. *Veni colũba mea, veni for-*

Cant.2. *formoſa mea, ſurge propera amica mea, & veni*. Veni, veni ad me, quia amo te, quia *Macula non eſt in te*; ipſa verò ad eum perueniens tota lucida, & ſplendida efficitur, ſplendorem gloriæ à ſua diuinitate procedentis, recipiens; & ſic veſte nuptiali ſui ſanguinis induta, palmis circumdata, coronata Columbis, duas manſuetas ouiculas ſub pedibus retinet, ipſaque vna cum Verbo affectu abſconditur in ſinu meo, hoc conſilio mediante; adeo magnus eſt hic amor, quem poſſidet.

Anima 4 O Verbum æternum, magna quidē eſt differentia inter cibum in te guſtatū, & hunc corporalem. Cur guſtare facis, ſi poſtea nos priuare vis? ſi tecū vniri deſideraui, hora eſt in qua deſidero; cum tamen rogātem me audias, ut te ſubtrahas. Etenim propter magnam gratiæ copiam, eſſe ubi ego ſum, amplius ferre nequeo. Eia illam cerniris animā, quam bene ſe habet in illo ſinu? ſi parumper poſſem eam accipere: ſed quid ego dico? Tu es æternum Verbum, Patri conſubſtantiale, vna ex tribus Perſonis. ò æternū Verbum, ò æterne Pater redeamus nunc ad primam vocationem, ad quam me vocaſti, dico ad intuitum tuū. Et quinam intuitus?

Pater Anima Verbi mei in ſinu meo permanens, reſpicit, & ego in ipſo reſpicio, intuitu viſionis, intuitu Admirationis, intuitu Amoris, Annihilationis, Puritatis, Pacis, Cōſilij, Pietatis, Liberalitatis, Miſericordiæ, Iuſtitiæ, Bonitatis, Sapientiæ, Potentiæ; intuitu Communicationis, Veritatis, Vnionis, Æternitatis, Clarificationis, Traſformationis, & Glorificationis.

Anima 5 Semper autem in Patris ſinu? Nequaquam, nequaquam, contenta non ſum, licet altius aſcendere nequeam: iugiter enim in hac altitudine permanere, pęnam deinde generat; & præterita pęna, quod ibi iugiter permanere non expediat, facit me cognoſcere: Deinde nec debeo, eo quod prius certare oportet, quam præmium acquiratur. (2 Tim.2.) *Nō coronabitur, niſi qui legitimè certauerit*. Et quoſnam intuitus habebat anima Verbi in ſinu Patris? Admirabor ego ſuper admirationem iſtam.

CAPVT XXXXI.

Varios animæ Verbi intuitus in Patris ſinu contemplatur.

1 Reſpicit intuitu viſionis, oculos ſuos, Patris oculis conformando, imò & coaptando; ambo vobis ineffabiles. Vnde immenſus ille, inexcogitabilis, & incomprehenſibilis Amor, Partus, ut ita dicam, illius æqualitatis, quæ eſt inter Patrem, & Verbum, cum diuinitatis ſplendore, & cum magno illo calore amoris ipſius Verbi erga creaturam, & cum ſplendore clarificationis impenſæ à Patre, propter ſanguinis effuſionem, opuſque Redemptionis, Adeo magnam efficiunt caloris, ac ſplendoris redundantiam, in huius viſionis intuitu Verbi in Patre, ac Patris in Verbo, ut ab inuiſibilibus illis oculis copioſiſſimam deſcendere faciant inſtillationem, veluti cuiuſdam liquoris, veſtro dicēdi modo, lactis, & ſanguinis ſpirantis gratiā, virtutem, & charitatem; magnoque deinde influxu deorſum diſcurrens diſtillatio illa, dilectiſque ſibi animabus ſe infundens, ac refundens, duos oriri facit fontes, lactis vnum, ſanguinis alterum; duaſque irrigat ſponſas, & ſponſam animā, & ſponſam Eccleſiam; fructus duos producere faciēs, Abnegationis vnum, Cōfortationis alterum; intuitus quidem viſionis, quem habet Verbi anima in ſinu Patris. *Pater*

Dic quæſo, ò æterne Pater, quid eſt inſtillatio illa, & quinam eſt intuitus ille, quem habuit Verbum meum in te; & ille, quem tu Pater in ipſo habuiſti, quomodo te intuitus eſt? eia dic. *Anima*

O Filia, & Sponſa Vnigeniti mei, attentè intende, ſi quod nunc dicam capere vis. Intuetur hoc meum Verbum, ſed intuitu immenſo, à vobis incomprehenſibili, & inexcogitabili: & in eo inſtanti in quo illius anima in ſinu meo ingreſſa eſt, in me intuendo, immenſa quadam clarificatione clarificata eſt: non quod prius etiam glorificata non eſſet, ſed hęc *Pater*

fuit clarificatio quædam claritatis gloriæ ſpecialioris, quam ego dedi propter illatum mihi triumphum, & victoriam habitam contra mortem, & contra peccatum. Et quia veſtræ redẽptionis opus obedientiæ conſumauerat tanto ardenti, inflammato,& immenſo erga creaturam amore ,ut ab aliqua creatura nullo modo poſſit intelligi, neque comprehẽdi; In ipſius animæ pulcritudine propter receptæ clarificationis ſplendorem, & propter intenſum Vnigeniti mei viſum amorem erga creaturam, adeò mihi cõplacui, ut in eo inſtanti, in quo anima illa ſinum meum ingreſſa eſt,fixè in oculis meis intuente Verbo, motus fuerim ad intuendum idem Verbum meum;Ac ita ex intuitu Verbi in me, meique in ipſo, tunc propter magnam ingentis illius caloris amoris redundantiam, gloriæq; diuinitatis ſplẽdorem, copioſiſſima illa, & admirabilis proceſſit inſtillatio,quam intellexiſti, quæ deinde tẽpore ſuo ſpeciali gratia in ſponſa anima, & in ſponſa Eccleſia, in qua ſponſa anima includitur, ſeſe infundente,futurum cognoui, ut in ipſis, duo illi fontes orirẽtur,lactis vnum, ſanguinis alterum, ut modo veſtro loquar; ille lactis à mea diuinitate procedens eiuſdem Verbi mei eſt, quæ eſt puritas,de qua ſæpius dixi.Et ille ſãguinis ab eo intenſo humanitatis Verbi amore erga creaturam procedens. Qui duo fontes,duas illas irrigant ſponſas.

Anima Dic oro, Pater, quid in ſinu tuo intuetur,Idem Verbum tuum? Quo ad me non intelligo, percipio tamen quod tu, ò æterne Pater, motus es ad intuendum in eum à complacentia amoris, qui eſt inter te, & Diuinum Verbum, in equalitate diuinitatis,& amoris,quo Verbum, humanatũ tibi in redemptione obedierat, & per quem adeo creaturam tuam diligebat, eumdemque amorem operibus, factiſque oſtenderat; & à complacentia illius clarificationis, quam in eo inſtanti, quo venit ad quieſcendum in ſinu tuo, animæ illius dediſti. Verum illud non percipio, quod propriè idem Verbum intuetur in te.

Pater Scis, Filia, quid anima Verbi mei in ſinu meo intuetur? Imò dico, intuitum, quem in me faciebat? intuebatur Verbũ diuinitatem,& æqualitatem, quam habet à me, qui tanquam Pater, principiũ ſum, & fons vitalis, & æternus Sanctiſſimæ Trinitatis, cui in me Patre,ipſa vnita erat, perfectiſsimaque complacentia hoc eſſe reſpiciebat diuinum,quod à me receperat; deinde in me etiam reſpiciẽs ipſa anima, immenſas intuebatur gratias,Theſauroſq; infinitos,qui per vnionem hanc ipſi communicati fuerant,nouoque titulo propter hunc intuitum recipiebat. Intelligis tu nunc?

4 Etiam,ò æterne Pater.Verum quid *Anima* ſit ille Fons lactis,quem dicis puritatem tuam eſſe, quæ à te in nobis diſtillat, nõ intelligo . Parum de hac puritate , quid ſit,intelligere vellem.Tam multa de hac puritate loqueris, & ego ex me haud percipio; alias tam multa dixiſti,& tunc neque intellexi; nunc verò, ſi libet, eam intelligere vellem.

O Filia,& ſpõſa Vnigeniti Verbi mei, *Pater* rem à me petis adeo altam,& ſublimem, ut plenè eam intelligere nunquam eris capax.Puritas enim mea res eſt adeo intrinſeca,ut nec tu,nec alij,licet ſãcti ſint, vel ſapientes, vel potentes, omniq; virtute, ac ſcientia decorati, nunquam intelligere,nec plenè potuerint capere.Ad tuam nihilominus lætitiam modicum illud dicam,cuius pro nunc poteris eſſe capax.Cum verò ab hoc eris ſoluta corpore,& ad me venies,tunc aliquãto melius intelliges,cum nunquam ad plenum intelligi poſſit, etiam hic ſurſum in Cęlo. Siquidem ſolus, ſolus ego,à meipſo, & per meipſum comprehendi, & capi poſſum. Puritas hæc propriè eſt propriũ meum eſſe,quod ſicut oſtendi tibi,eſt veluti copioſiſſima illa diſtillatio, quam fons ille lactis faciebat oriri,& à me,& à Verbo meo diuino deriuabat, & procedebat . Et quamuis puritatem meam lacti vobis aſſimilem, cum delicatior,candidiorque res, cuius poſſitis eſſe capaces, non exiſtat; Lac nihilominus propriè non eſt , ſed verè meum proprium, & purum eſſe,quod eſt diuinitas.Et ita fons non eſt,licet bene fonti aſsimiletur propter influxum, quem, gratia mea, in vobis facio, cuiuſdam doni eiuſdẽ meæ diui-

Digitized by Google

diuinitatis, quod eſt ipſa puritas, eam comunicando. Puritas hæc filia mea eſt, vt dixi, res adeo intrinſeca, adeoq; immenſa, vt nequeat ab humana creatura intelligi,nec integrè capi,quamuis gratia, ac liberalitate mea valeas quid cognitionis de ea habere,vel minimam conſequi,vel acquirere particulã,plus, minuſue, ſecundum cuiuſcumque animæ diſpoſitionem,prout magis ſatagitis,vt meis ſimiles ſitis; & prout magis, vel minus de hoc eſſe meo participatis; quod vobis tribui, quando ad imaginem, & ſimilitudinem meam in eo puro innocentiæ ſtatu vos creaui, ea iuſtitiæ originalis rectitudine, quam,vt in vobis mihi complacerem, & delectarer, impendi. Verum peccante primo homine, mihique ſe rebellante, innocentiam,& puritatem cum omnibus alijs donis gratiſque datis,perdidiſtis, & quaſi totaliter puro eſſe meo, quo in mente mea ab æterno vos videram, priuati fuiſtis.

5 Talis erat puritas ò filia, & Sponſa Vnigeniti mei. Quod ſi creatura eam innocentiam, in qua creata fuit minimè amiſiſſet, non modo cæleſtes ſpiritus, ſed eadem Verbi mei humanitas, quæ diuina non eſt, ſed diuinitati vnita, admiraretur, vt ita dicã,& admirata remaneret. Verum prima innocentia amiſſa, nullum aliud erat remedium ad eamdem iterum puritatem habendam, niſi alluere ſe, & in ſecundo ſanguinis fonte, ab humanato Verbo procedente imergere, Sancto Baptiſmo, penitentiæque Sacramento mediantibus,quæ virtutem habent ab ipſo ſanguinis fonte.

Anima. 6 Æterne Pater, ſi huius puritatis huiuſq; donitui poſſem particeps eſſe; Scio quod nõ pro me vellem, ſed creaturis tuis comunicare,cuperemque earum eſſe diſtortum poſſe tollere, ac dirigere,vt ita tibi placerent; earũ enim intentiones dirigerem, magiſque ad te conuerſas efficerem, vt vel minimum quid puritatis tuæ recipere, redderentur capaces.

Pater. Scias filia, & Sponſa Vnigeniti mei, quod ſi vna inueniretur anima adeo diſpoſita, vt per gratiam valeat à me, vel minimum quid participationis (eo tamen modo, quo creatura in ſuo eſſe remanens, habere poteſt,) eiuſdẽ meæ puritatis obtinere, ipſa tantam vim, & efficaciam,& virtutem mecum haberet, vt ſi poſtea, me rogaret, vt parcerem dæmoni, dummodo ipſe penitere vellet, ſuamque obſtinationem relinquere,credo,quod obtineret,& ego illi parcerem, propter amorem illius animæ, quæ minimum illum puritatis gradum haberet; adeo grata eſt mihi. Inſuper dico tibi, quòd adeò mihi complaceo, in anima intuendo anxium hoc deſiderium in ſe habendi, ac poſsidendi puritatis meæ participationem, quod ſi rogare mihi eſſet poſsibile, imò, vt ego rogarem conſentaneum eſſet, ab ea expeterem, & exorarem, vt à me peteret, redderetque ſe aptam ad eam recipiẽdam; quamuis eam deſiderare, petere, ac velle, ſit(inſpecta creaturæ,cui communicaretur, imperfectione) quodamodo eam inficere, prout ipſa eſt res mihi adeo intrinſeca,vt nunquam,nunquam,nunquam creatura, valeat, qualis eſt in me,acquirere,nec recipere; ſed ſolummodo ſolummodo per quamdam participationem poteſt à me habere, qui proprium eſſe ſum, imò origo, & fons ipſius puritatis.

7 O Æterne Pater. Quid faciã ad hãc puritatem habendam? ego ex me, nec te intelligo, neque ſcio. Tu tam magnus, ego res adeò minima, adeò parua,vt nihil ſim, & tamen vt tibi magis placerem,eam vellem. Tu dicis, eam ſine te haberi non poſſe; velle te vt deſideretur, eamq; petere,ac velle,eſſe eam quodammodo inficere. Scio quid faciam; à te non petam. Verbum meũ adibo,dicamque vt pro me petat; ipsũ enim adeo diligis,vt nunquam eam negaturus eris: deinde de illius ſanguine ſumam, ponamque ante oculos tuos; cumque ſim ipſo contecta, tamquam ego petierim,non reſpicies me petijſſe, ſed eum ſanguinem, qui tam bene cum tua vnitur puritate: eo quod ipſe etiam dealbet,vt Verbi tui Dilectus ait,de animabus Sanctis, tuæ puritatis domeſti- *Anima.*

cis,

cis, quod *dealbauerunt Stolas ſuas in ſanguine Agni.* Et in Tronum illum ingredi poſſem, in illum ſanguinis fontem me immergerē, & in aliquo ipſius Angulo me abſconderem, vel in eo ſanguine iuxta Verbum meum manerem, ac ita minimè cerneres, quod tanta mea paruitas recepiſſet, vel debeam, ego, vt ſic dicam, te ita volente, eamdē tuam recipere puritatem.

8 O Filia & Sponſa Vnigeniti Verbi mei, ſi vis bene intelligere, oportet vt valde intenta ſis ad audiendū, quod nunc dicam, memoria fixa, intellectu abſorto, voluntate motua, affectuque inepto, valde tamen ſolerti ad intelligendum id, quod tibi cupio dicere, videbiſque quomodo puritas hæc acquiri poſſit, eo modo, quo capaces eſſe poteſtis. Dixi iam, quod ab eo intuitu Verbi in me, meque in ipſo, inſtillatio valdè copioſa proceſſit, ex qua fontes duo, & lactis, & ſanguinis emanarunt, qui duo fontes, duas ſponſas, ideſt ſpōſam Animam, & ſponſam Eccleſiam irrigabant, in ipſis non modo duos illos fructus, Abnegationis, & Confortationis fructificantes, vt tibi oxtendi, ſed etiam hos duos alios, quos tibi nunc dicam; ſuntque vnus Nutrimenti, & alter Fructificans: Siquidem adeo copioſa eſt irrigatio iſta, vt duabus ſponſis, duos alios fontes, ſingulis faciat generare, vnum pariter lactis, alterum ſanguinis, qui fontes reddunt eas fecundas, ad filios plurimos generandos. Attende nunc quomodo ab hac irrigatione fructificante, duo hi fontes iam dicti in ſponſa anima, & in ſponſa Eccleſia oriuntur. Ad primum habendū, qui eſt lactis, quemque puritatem meam eſſe dixi, non oportet in aliquo ſiſtere, non in cælo, non in terra, non in creatura, quæ habeat eſſe, imò nec in Verbi mei humanitate creata, vt creata eſt, licet glorioſa ſit per vnionem deitatis, ſed ſolummodo in Deitate, Eſſentia diuina, æternaque ſubſtantia mea ſiſtere debes; à te omni alia re, omni alia cogitatione, omnique affectu ſublato: ſiquidem vel minimum quid, ab ipſius puritatis conſecutione impedire poſſet, eamque inficere, ac deformare, cum eam haberes.

CAP. XXXXII.

Quomodo diuina Puritas à fontibus lactis, & ſanguinis habeatur, intelligit.

1 O Æterne Pater, te intelligo quidem, quod ſi anima vult à te hanc puritatem habere, non ei opus eſt in aliquo ſiſtere, ſed purè tantum modo in te. Verum ſcire etiam vellē, quomodo anima ipſa valet, quantum eſt in ſe, hanc puritatem acquirere, quia hoc non intelligo. *Anima*

O filia, & Sponſa Vnigeniti Verbi mei. Dixi, & replico: tu verò memoria bene retine, quod nō oportet in aliquo ſiſtere, eo quod puritas ipſa, in nihil eſſe, in nihil intelligere, in nihil ſcire, in nihil ſiſtere, in nihilo, nihil velle, niſi quod ego volo; & quia ego volo, acquiratur. Verū, vt bene intelligas, vt cæcā te reddam oportet, quia puritas nihil videt, nihil agnoſcit, nihil ſcit. Sapientiam prout ſapientiam neſcit, vt iam initio dixi, fidē prout fidem non agnoſcit, non potentiam, tanquam potentiam, non virtutem, tanquam virtutem, non humilitatem, prout humilitatē, non patientiam, vt patientiam, non aliud tāquā tale agnoſcit, quia à vobis acquiri nequit, niſi per hoc nihil eſſe, nihil ſapere, nihil velle; ſed ad ea conformiter, bene operatur, eumque meum intrinſecū iſtum ſequitur, quo omnia, abque eo quod diſtinctè intelligat, quod operatur; & hoc modo, apta effici poteſt anima, pro ſuo poſſe, ad recipiendam in ſe hanc puritatem; licet à vobis, dū eſtis in hac mortali vita, nunquam valeat integrè poſſideri, ſed tantum à pura bonitate, & liberalitate mea habere poteſtis.

2 O Æterne Pater. Puritas hæc res adeo digna, adeo excellens, adeoq; intrinſeca videtur mihi; ego verò adeo infirma, adeo fragilis, ac vilis, vt cognoſcam, me nec ſcire, nec poſſe eam con- *Anima*

conſeruare. Hoc de cauſa eam à te minimè peto, habe eam pro te, quia tu ſolus ipſe per teipſum, à teipſo, & in teipſo potes conſeruare, digneque poſſidere; ego eam inficerem, cum enim poſtea ibi deorſum ſum, ſicuti & alij etiam ſum, imò alijs peior. Solum eam peto pro eo inſtanti, quando anima e corpore ſeparabitur. Pro nunc eam non peto, nec volo, eo quod eam inficerem, nec ſcirem, nec polsé cuſtodire, ò, ò, ea res eſt valdè intrinſeca, ingentique valoris.

Pater Certè eam tibi dare volo, ò filia, & ſponſa Vnigeniti Verbi mei, non modo pro mortis inſtanti, quando ventura es ad me perfectè poſſidendum, ſed etiam pro vna tantũ vice, dum eris in hac mortali vita, dũmodo ad eam recipiendam te præpares, aptamque reddas. Nunc de ſecundo fonte loquamur, qui eſt ſanguinis, ab humanato Verbo, ideſt de amore, procedente; & hic anxio, ac mortuo acquiritur deſiderio, amboque iſti fontes, lactis nimirũ, & ſanguinis à me, & ab humanato Verbo in ſponſa anima, & in ſponſa Eccleſia infunduntur. In ſpõſa anima prius ille fons puritatis infunditur, quam ego mediante eodem Verbo meo tribuo, ipſa intrinſecum purumque ictum meum ſequente. Ipſa verò puritas generat poſtea in anima anxiũ illud, & mortuũ deſiderium, quod deinde eam ad fontem ſanguinis humanati Verbi mei conducit. In quo ſanguinis fonte ipſa ſeſe immergit, itaut aliud quã ſanguinem non guſtet, aliud non cernat, quam ſanguinem, aliud non deſideret, nec velit quam ſanguinem; nõ paſcatur, nec nutriatur niſi ſanguine. In ſponſa Eccleſia pro omnibus filijs ſuis à me electis fons infundit ſanguinis, cuiuſcumque amoris proprij, propriæ volũtatis, & cuiuſcumque mortuæ fidei expolitione mediante: & cum abnegatione, quam cuncti fideles in ipſo ſanguinis fonte amplectuntur: accedunt poſtea ad fontem puritatis, qui ſecularibus, eſt obſeruantia Euangelicę legis, meorumque mandatorum; ex quibus octo beatitudines, ipſarumque acquirunt præmium, ut inquit Verbum meum humanatum. Spõ-

Matt. 5. ſa anima ex his duobus fõtibus duo acquirit; à puritatis fonte, mei, Dei ſui, poſſeſſionem; & à fonte ſanguinis anxium, ſpatimatumque deſiderium conducendi animas ad me.

Anima Haud intelligo Pater quomodo in ſponſa anima poſſint hi duo fontes generari. Bene aliquanrum percipio, quod fons ille lactis poſſit in ea generari ea puritate à te Patre præſtita, dico eodem lactis fonte, qui à te in ipſa deriuat, poſſe in ſe fontem lactis generare. Non eſt ita ò Pater?

Pater Bene intellexiſti ſpõſa Vnigeniti Verbi mei.

Anima Verum non intelligo quomodo ille ſanguinis poſſit in anima generari, eia dic quæſo.

Pater Scis quomodo filia mea? Eo anxio mortuoque deſiderio, ut iam dixi, quod ipſa poſt meum intrinſecũ ictum abiens acquirit, mediante eo ſanguinis fonte ab humanato Verbo in ea infuſo; à quo fõte ſalutis proximi anxium, ſpatimatumque acquirit deſiderium: Hoc enim ſanguinis fonte magis pro proximo, quam pro ſe vtitur, eo quod anxio illo, ac ſpaſimato deſiderio mediante creaturas ad eiuſdem ſanguinis fontem cõducit, quo deinde mediante, creaturæ ad me conducuntur. Intellexiſti nunc filiola mea?

Anima Etiam, ò æterne Pater?

CAPVT XXXXIII.

Fructus à fontibus lactis, & ſanguinis emanatos intelligit.

1 *Pater* SEquamur nunc fructum, quem ipſi fontes lactis, & ſanguinis faciunt in ſponſa anima, & in ſponſa Eccleſia generare, faciunt, inquam, adeò fęcundare, ut complures parturiant filios. Plures parturit ſponſa anima, aliquos in ſapientia, alios in potentia, alios in bonitate, alios in iuſtitia, & hi à fonte lactis, qui poſtea in ſapientia filij ſapientiſsimi ſunt, in potentia filij potentes ad omnẽ ingẽtem magnamque operationem faciendam; in bonitate cuncti filij boni, dulces, ac manſueti; in iuſtitia filij iuſti in

Digitized by Google

in omni virtute,& operationibus eorum, ſuntque de illis,de quibus Verbum meũ
Mat.5. inquit. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*: ex his tu generabis, ex his inquam, qui in bonitate, & iuſtitia generantur. Non ex illis de ſapientia, & potentia generabis, ſed ex ijs de bonitate; qui erunt filij manſuetudinis, bonoque ſuo exemplo, alios ad manſuetudinem trahent. Alios etiam in iuſtitia generabis, qui erunt filij in via mea cum rectitudine ambulantes; quantitas verò, ac tempus,mihi ſolummodo nota ſunt.

A fonte ſanguinis plures alias parturit filios Anima; in miſericordia, in bonitate, in liberalitate, & in humilitate. In miſericordia parturit filios omnes miſericordia plenos, & hi ſunt, de quibus dixit Verbum meum.
Mat.5. *Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*. In bonitate filios ſine malitia,& ſine dolo, de quibus ſcriptum
1.Petr.2. eſt. *Quaſi modo geniti infantes rationabiles ſine dolo,lac concupiſcite*. In liberalitate filios, qui ex ſe amore mei, non modo rem, ſed propriam impenderent facultatem;& in humilitate filios humillimos abſque vlla oſtentatione ſuperbiæ. Tu ex his ſolum in bonitate, & liberalitate generabis.

2 Sponſa etiam Eccleſia à ſuis fontibus lactis,& ſanguinis plures generat, & parturit filios, eo quod omnes tui,illius etiam ſunt; verum peculiariter etiam ex ſe parturit primo in charitate filios omnes dulces, & beneuolos. Alios deinde producit,& parturit, qui meę liberalitatis filij ſunt;alios etiam producit in mea fortitudine, qui ſanguine armati ſunt. Plures alios in temperantia, & hi ſunt, qui per viam pænitentiæ ambulant, & inſuper alios hæc ſponſa Eccleſia producit filios,quos enarrare longum eſſet.

Anima 3 O æterne Pater, Tu dixiſti mihi duos etiam eſſe fructus; memini te mihi dixiſſe, qui tamen ſint neſcio. Nutrimẽti vnus eſt, alterum neſcio, an confortans vel fructificans ſit.

Pater Etiam filiola mea, & ſponſa Vnigeniti mei, vnus nutrimenti, & alter fructificans. Ille nutrimenti, ſponſæ animæ eſt: ille fructificans,ſponſæ Eccleſiæ.Ille ſponſæ animę,eſt ſi ſinceritatis,cuius fructus producti, vel ab hoc arbore procedentes, ſunt ſeptem Spiritus Sancti dona,quæ eum circumdant,& coronant,ſicuti flores faciunt plantis ſuis; & alius fructificans, qui eſt ſponſæ Eccleſiæ, fides eſt, cuius fructus non modo ſeptem Spiritus Sãcti dona ſunt, ſed etiam duodecim ipſius Spiritus Sancti fructus, qui eum circumdant, ſicuti lampades in Eccleſijs veſtris.

CAPVT XXXXIV.

Admirationis, & amoris intuitum animæ Chriſti, & quomodo corpori iterum ſit vnita contemplatur.

1 SEcũdus intuitus ſacratiſsimæ animæ Verbi in ſinu Patris fuit admirationis, eo quod ſacratiſsima illa anima de infinita diuinitatis magnitudine admirabatur;& hic intuitus dilectis ſuis animabus amoris ignem infundebat,eaſque veluti fornaces efficiebat, in quibus Verbum, flammis amoris, vaſa diuerſa fabricat.

Tertius intuitus ſacratiſſimæ animæ in ſinu Patris,amoris eſt,& vnitiui amoris. Verum, ò Verbum,hic facere oportet quemadmodum in teipſo facis, qui capi non potes: ita, & nos eum te capere non valeamus, melius eſt ut dicamus, ut nobis eum non communices; Siquidem,ſiquidem Verbum nimium magnũ eſt. O quis videre, & intelligere poſſet illos adeò ſpecioſos oculos, qui nos reſpiciunt, & intuentur, & tamen totus es incomprehenſibilis.Intuitus tui tot ſunt, quos omnes in teipſo relinquo. Verum pro temporis varietate intellexero.Sed, ò anima mea, quæ ſic tibi in Verbo cõplaces, recordare quod ſacrum corpus ſuum habeat in ſepulcro.

2 Certè, anima, pergere debes ad glorificandum corpus in ſepulcro,& ipſe deinde Patribus in lymbo ſe oſtẽdet: ò Verbi anima ad glorificandum corpus quod eſt in ſepulcro redis: ò ſanctiſsima caro, quæ tantam gloriam recepiſti, ut

poſtea

vt poſtea nos glorificares;ſub terra eramus permanſuri,ideoq;etiam tu ſubtus terrã manere voluiſti,ſubtus terrã poni, vt nos à terra eriperes. O felix guſtare ſine guſtare. O Anima ſacratiſſima,iterũ te vniendo,licet in eadem eſſes vnione, corpus reaſſumpſiſti, illudque ea gloria glorificaſti, quæ benedictis Limbi animabus fuiſſet ex parte inuiſibilis,niſi tu beatifico lumine confortaſſes;ſi enim eam vidiſſent, ſtatim totaliter luce tanta defeciſſent; ſic te habes cum electis tuis,vt non guſtent,quantum ipſi poſtea non intelligunt, ſed neque totum id, quod ad guſtandum præbere vales: ſi enim guſtarent, omninò reſoluerentur, nec tam ingentẽ poſſent ſuſtinere dulcedinem. In ſinu quidem Patris ò Verbum eras, fuiſti, eriſque in æternum, prout Verbum, animam verò tuam ab illo ſinu deſcendentem, corpori iterum vniſti, corporique vnita, iterum cũ corpore deorſum totus glorificatus ad benedictas illas animas,quæ te adeò expectauerant deſcendiſti. Sacrum hoc corpus iterum animæ vnitum eſt, nec ita velox eſt oculi ictus, quàm inſtantanea vnio hæc fuerit;quia verò in ea erat etiã Diuinitatis vnio,anima illa ita pura,corpuſque illud adeò caſtum, ò quam dulci ſuauique nodo iterum ſe ſtrinxerunt, quam lætè amplexi ſunt, quantaq; gloria ſeſe vniuère. Ac ita quemadmodum animam tuam, ita & animas noſtras glorificas, eaſq; in ſinum Patris conducis, in quo colloquium habes.

3 Ibi tres video emanare fontes; ab vno vinum,quod inebriat,procedit; ab alio oleũ,quod condit; & à tertio aqua, quæ purificat. Oleũ hoc condiens,aliud non eſt, niſi quodam gloriæ inſtillamẽtum ab oculis Verbi, qui, ſicut oleum tempeſtates,omne anxium, & anguſtiatum cor placare poſſent. Surſum verò aliud nõ eſt, quam perpetua quies,quia priora tranſierunt. Itaque oculi illi veluti duæ oliuæ ſunt, in quibus nonniſi Columbæ nidificare,ac morari queunt, pupillæ eorum ſunt rami, in quibus beneficia germinant,eaque germina à Columbis ſumuntur,& ad Eccleſiæ Arcam deferuntur: ibique exprimuntur, eam totam illo diſtillamẽto,ideſt oleo, adimplentes. Inſuper etiam Columbæ eunt, roſtroque ita in fructibus,& illarum oliuarum baccis percutiunt, vt totum eliciant ſuccum,qui vitæ ſuccus eſt, eoque nutriuntur. Vinum quod ſponſam lætificat, à vite exprimitur. Vitis eſt Verbi os,palmites verba ſunt ipſius Verbi.Botrus eſt perſona,& gratia diuinæ perſonæ,quæ humanitatem ſuſtentat. Acini labijs deſiderij accipiuntur,fideiq; dentibus ſtringuntur, & ſuccus elicitur; & hoc quilibet efficere poteſt.Verũ oportet,vt homo ſit, qui eum accipit, & non beſtia, ideſt vt in ſe Dei imaginem per gratiam habeat; ſiquidem beſtia racemum ſumit, ſubſtantiam non elicit, eò quod non diſcernat; homines verò qui uiuam fidem per charitatẽ habent,bene diſcernunt. Beſtiæ, ideſt infideles, licet Dei imaginem habeant, non tamen diſcernunt,cum ueræ fidei lumine careãt: nec ad premendam hanc vuam, prodeſt mortua fides ſine charitate, eo quod gratiæ liquor non niſi ab eis guſtatur, qui fidem cum animata, & uiua charitate habent.

4 Eſt etiam anima hæc fons aquæ nutrientis, & purgatiuæ, à Diuinitate trahens gloriam ſuam, quæ eſt glorificatio,quam prius habebat, nouoque titulo poſſidet ipſa anima. Verbi anima diuinitati coniuncta corpori unitur, aſſumit,nouumque dat nomen, quod non niſi ab eo, qui ſequitur Agnum, vel ab Agno recipit, nominari poteſt: & cum hoc tantam ei confert excellentiam, vt de eo dici poſſit: *Domini eſt terra,& plenitudo eius. Deus Deorum, Rex Regum,& Dominus Dominantium,* traditque poteſtatem in Cælo,& in terra. Poteſtatem prius datam,& poſtea poſſeſſam. Reaſſumit anima Verbi carnem ſuam, eique gloriam tribuit glorificantem, & communicantem,ita vt de ea dici poſſit. *Glorioſus apparuiſti in conſpectu Dei.* Iterum Spiritus Sanctus eidem corpori vnitur, licet fuerit ſemper vnitus,tribuit lumen ſuper omne lumen, ita vt de ipſa humanitate dici poſſit. *In lumine videbimus lumen.* Oculi noſtri ſint ſemper in lumine humanitatis Verbi. Certum quidem

Pſal. 23.
Apoc. 10.

eſt nos in humanitate lumen videre.

5 De vultu tuo video procedentem ſplendorem gloriæ tuæ. Ac ita Verbi mei humanitas ſit veluti Diuinitatis corona, ſit Virginitatis annulus, Martirũ ſertum, Apoſtolorum ſplendor, ſpeculum confeſſorum, Doctorum liber, Sol, & lux omnium Creaturarum. O humanitas, tu id quod volumus es. Quis autem de tanto humanitatis tuæ dono poterit tibi gratias agere? Eo quod in humanitate tua, noſtram adeo exaltaueris. Quod ſi tua eſt Corona tuæ diuinitatis, noſtra erit corona tui, Verbum; ſi tu es Martirum ſertum, & nos erimus tui ſertum. Tu es Virginitatis annulus, & nos manus erimus, quæ eum tenebit. Quid dignius eſſe poteſt? Tu es ſplendor Apoſtolorũ, & nos erimus tui gaudium, eo quod Virgines adeo diligantur, & amentur à te. Tu es Doctorum liber, & nos erimus liber, in quo ſcribãtur dona, & gratiæ, quas dilectis tuis animabus confers. Tu es ſpeculum Cõfeſſorum, & nos tibi erimus purum ſpeculum, in quo pulcritudinem videbis puritatis, quam animæ largitus es. Et Puritas hæc in totum donum tuum eſt. Tu Sol es cũctas calefaciens creaturas, & nos ſi non operibus, deſiderio ſaltem ardenti aliqua ex parte creaturas calefaciemus. Tu es Angelorum gloria, & nos erimus eorumdem Angelorum iucunditas; & nos erimus, quia in Cælo nos in ſocios cupiunt, ſicuti gaudent in terra, te ſimiles in puritate nos aſpiciẽtes. Et quid cupere poſſumus, quod in hac humanitate non ſit? Ipſi gratiarum actio erit. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

FINIS.

Ad maiorem Dei, eiuſque feruentiſſimæ Sponſæ Gloriam.

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM
Et eorum quæ in hoc opere continentur.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

ANno 1585. die 21. Maij in eſtaſim rapta in hæc verba prorupit.

CAP. II.

Diurnas recitans Horas raptis, in Cælum oculis, ſic fatur.

CAP. III.

Vocata à Chriſto his verbis. Veni ſponſa mea &c., rapitur, hæc in perſona Verbi pronuncians.

CAP. IV.

Amoris igne ſuccenſa, altiſſimis fixa intelligentijs clamitat.

CAP. V.

Ardentius inflammata, aqua frigida ſinũ infundens, clamitat, Nequeo tantam ſufficere flammam: indè rapitur, & alloquitur.

CAP. VI.

Genuflexa, recitatis Pſalmis. Domine quid multiplicati ſunt &c. Qui habitat in adiutorio Altiſſimi. Spiritu rapta, in ſui examen, ſic fatur.

CAP. VII.

Deo vocante: Veni ſponſa mea, quies, & ſtimulus mei ſpiritus, ipſaq; reſpondente, ecce venio, venio citò, cito venio, in perſona Verbi ſic fatur in raptu

CAP. VIII.

Sequitur in perſona Verbi eodẽ raptu.

CAP. IX.

Lacum vidit Leonum eò breui ingreſſura, dæmonumque multitudine rugiẽtium territa ſic proclamat.

CAP. X.

Sponſum triſti vultu conſpiciens, cum Apoſtolo clamat.

CAP. XI.

Dæmonibus reſiſtit intrepida.

CAP. XII.

A Leonum, ideſt tentationum lacu liberata, Chriſto, & Sanctis aduocatis alloquitur.

CAP. XIII.

Paruulum, ſed pulcherrimum videt Ieſum, quem ſic alloquitur.

CAP. XIV.

Animarum zelatur ſalutem; ità vt ſanguinem pro illis effundere vellet.

CAP. XV.

Varios propalat virtutum affectus.

CAP. XVI.

In Dei voluntatem, & in paupertatis, & caſtitatis votum aſpirat.

CAP. XVII.

Nouitias informat, & inſtruit ad virtutis profectum.

CAP. XVIII.

Beatum Aloyſium Gonzaga Societatis Ieſu in gloria intuetur.

LIBER SECVNDVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum.

CAP. I.

Amori ſuo iacula emittit amoris.

CAP. II.

Poſt raptum hac ex obedientia refert.

CAP. III.

Poſt communionẽ ſibi reddita, hæc iuſſa enunciat.

CAP. IV.

Verbum caro factum eſt contemplans rapitur, & eructat.

CAP. V.

Verbum caro factum, cordi inſcriptum ab Auguſtino fatetur, & quomodo idem Verbum mirabile ſit, in ſe, in Patre, & in Spiritu Sancto.

CAP. VI.

Chriſti intenta paſſionibus affligitur, iiſdemque Diuinitus conformatur.

CAP. VII.

Ieſum diuerſimodè patientem ſtupens

intuetur,& lachrymatur,ab eoque ſacra ſtigmata recepiſſe enunciat.
CAP. VIII.
Viginti ſex horarum ſpatio rapta, Chriſti paſsiones deguſtat.
CAP. IX.
Ieſum in horto ſudantem, traditum contemplatur.
CAP. X.
Coram Pilato,& Herode Sponſum ſuum compatitur.
CAP. XI.
Viſa culparum deformitate affligitur,indè à Chriſto annulo deſponſatur.
CAP. XII.
Spineam à Chriſto recipit coronam, à quo & plurimæ intelligentiæ communicantur.
CAP. XIII.
Rapitur,Sponſi mortem contemplatura.
CAP. XIV.
Ieſu corde digna efficitur, ſicque alloquitur Mariæ,Chriſtum è mortuis expectanti.
CAP. XV.
Chriſto alloquitur à mortuis reſuſcitato
CAP. XVI.
Ad intelligenda media ad puritatẽ conducentia eleuatur.
CAP. XVII.
Plura de Chriſto in Cælos aſcenſuro, de Maria, & de Virginitate intelligit,ſic à Patre vocata.
CAP. XVIII.
Sacramentali refecta pabulo,ad intuendum Sponſum in Cælos aſcendentem rapitur.
CAP. XIX.
Plura de Diuina bonitate erga creaturas intelligit.
CAP. XX.
A S. Ignatio Societatis Ieſu Fundatore, Virgine præſente, de humilitate inſtruitur.
CAP. XXI.
A Sancto Angelo Carmelita coram Dei Matre de paupertate edocetur.
CAP. XXII.
Purgatorij pœnas, in quibus & fratris animam contemplatur.
CAP. XXIII.
Plura de Virginis Aſſumptione intelligit, & enarrat.
CAP. XXIV.
Alia plura de Virginis gloria, & coronatione proſequitur.
CAP. XXV.
Ad Religionem, tanquam Virginem ab ea viſam, complura valdè proficua edocet.
CAP. XXVI.
Spirituale exercitium ab ipſa compoſitum,& quotidiè executioni mandatũ.
CAP. XXVII.
Humiliationis actus ad Deum, ab ipſa conſcripti.
CAP. XXVIII.
Amoris affectus erga Deum ab eadem exercentur, & adnotantur.

LIBER TERTIVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenę de Pazzis Ordinis Carmelitarum.
CAP. I.
Plura de anima, & Eccleſia intelligit,& eloquitur.
CAP. II.
Iterum ab æterno Patre vocata, & edocta reſpondet.
CAP. III.
Diuinum Verbum horto comparatur.
CAP. IV.
Spiritum Sanctum in Throno ſublimi contemplatur, & de illius operationibus plura eloquitur.
CAP. V.
De eodem Sancto Spiritu cum Verbo ratiocinatur.
CAP. VI.
Reciprocam Spiritus Sancti, ac Verbi exaltationem proloquitur.
CAP. VII.
Sub figura fontis, & aquæ,de Spiritus S. gratia fatur.
CAP. VIII.
Verbum Diuinum,velut alterum fontem contemplatur,& laudat.
CAP. IX.
A Verbo Creaturam excitari ad Spiritum Sanctum recipiendum, & vndè impediatur,nè recipiat,edocemur.
CAP. X.
Quomodo Maria Spiritum Sanctum expecta-

peccauerit, habueritque multoties.

CAP. XI.

In illa verba. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, Pacem relinquo vobis &c.ſic profundè diſcurrit.

CAP. XII.

Enarrat in Perſona Patris, eloquia Dei Scalæ Iacob comparari.

CAP. XIII.

Sequitur in perſona Patris de pluribus aſcendentibus, & deſcendentibus per eandem Scalam.

CAP. XIV.

Alij per eamdem Scalam aſcendentes enumerantur.

CAP. XV.

Hæc de pace ſubnectit in ſua,& in Patris perſona.

CAP. XVI.

Pax inter Mariã, & Verbum exprimitur.

CAP. XVII.

Alijs excellentioribus modis Mariam ad pacẽ cum Deo concurriſſe eloquitur.

CAP. XVIII.

Diſtinctius in perſona Patris,quæ de pace dicta,ſunt dilucidantur.

CAP. XIX.

De multiplici adhuc pace ratiocinatur.

CAP. XX.

Quomodo in varijs tẽtationibus debeat ſe gerere, admonetur.

CAP. XXI.

Sub varijs figuris,de Spiritu Sãcto,eiuſque proprietatibus diſſerit.

CAP. XXII.

Spiritum Sanctum Eccleſiæ, & animarum cultorem deſignat.

CAP. XXIII.

Sub obſcuris figuris tria vitæ tempora exprimit.

CAP. XXIV.

Ad incepta de Spiritu Sancto, eiuſque operationibus redit.

CAP. XXV.

Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem in hæc verba ſic fatur.

CAP. XXVI.

Lumen multiplex eſſe Verbũ deſcribit.

CAP. XXVII.

De Verbi Diuini multiformi operatione ratiocinatur.

CAP. XXVIII.

Alias Diuini Verbi operationes exprimit.

CAP. XXIX.

Crucem,arborem deſcribit pomiferam, & de proximi amore pertractat.

CAP. XXX.

Admirandas Spiritus Sancti operationes in animabus intelligit.

CAP. XXXI.

Spiritu Sancto accepto, mirabilia Diuini amoris opera exprimit.

CAP. XXXII.

In ea verba; Ecce noua facio omnia; Verbi humanitate, omnia per gratiã renouari intelligit.

CAP. XXXIII.

Diuinam veritatem in Eccleſia, ſub maris figura intelligit.

LIBER QVARTVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum.

CAP. I.

In illa verba Euangelij: Amen, amen dico vobis: qui non intrat per oſtiũ in ouile ouium, ille fur eſt, & latro,de tribus ouilibus,& de primo ouili; ideſt ſinu Patris, hæc fatur.

CAP. II.

De ſecundo ouili, ideſt Eccleſia.

CAP. III.

De tertio ouili,quod eſt Anima.

CAP. IV.

In Verbo Diuino Paſcua animarum reperiri intelligit.

CAP. V.

De efficacibus fatur medijs, quibus anima Deo vnitur.

CAP. VI.

Spiritum Sanctum cum donis ſuis recipere, poſtmodũ à tribus Diuinis Perſonis aliqualiter relinqui inſinuat.

CAP. VII.

In perſona Patris,per duodecim canales Beatorum glorificationem in animabus effundi, mirabiliter explicat.

CAP. VIII.

De ſecundo, & ſeptem alijs canalibus agit.

CAP.

CAP. IX.
Nonum canalem Verbi petitionem exprimit.
CAP. X.
Decimum, vndecimum,& duodecimum canalem explicat.
CAP. XI.
De duodecim alijs canalibus mirabiliter loquitur.
CAP. XII.
In illa verba: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me traxerit eum &c. mira videt, & fatur.
CAP. XIII.
Verbum Diuinum veluti gigantem, humanitatem veluti Agnum videt.
CAP. XIV.
Verbum,& Agnum,& Paſtorē indigitat.
CAP. XV.
In illa Euangelij verba: Conuocatis Ieſus duodecim Diſcipulus: miſtica pluta, & moralia explicat.
CAP. XVI.
In ea verba: Neque duas tunicas habeatis, hæc addit.
CAP. XVII.
Ad intelligentiam verborum illorum; In quācumque domum intraueritis,manete in ea,& Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam, hæc ſubnectit.
CAP. XVIII.
De quinque gradibus gratitudinis Dei ergà creaturas,ſubdit.
CAP. XIX.
Quinque alias Sponſæ gratitudines adnectit.
CAP. XX.
De Angelorum amore erga animas,ita fatur.
CAP. XXI.
Incarnati Verbi locutionem, arborum similitudine tangit.
CAP. XXII.
Eamdem animam duplicem in contemplando,& in patiēdo intelligit: Patris vnam, Sponſi alteram vocitans.
CAP. XXIII.
Spiritum Sanctum, veluti fontem ſe ſe in animam diffundentem intelligit.
CAP. XXIV.
Denuò rapitur, & ad arborum plenam intelligentiam enarrandam redit.
CAP. XXV.
Varios amoris effectus nobis Beatis impetrare intelligit.
CAP. XXVI.
Plures alios amores, Prophetas Virginibus impetrare docet.
CAP. XXVII.
Plura videt, quæ Verbó, & animæ mirabiliter applicat.
CAP. XXVIII.
Ieſu in Cruce operationes, cum ijs, quæ in ventre Matris operatus eſt, operaturq; in ſinu Patris, mirabiliter comparat.
CAP. XXIX.
Iterúm de reliquis verbis à Chriſto in Cruce prolatis,ſic fatur.
CAP. XXX.
Mundi realem creationem, ad miſticam gratiæ mirabiliter applicat.
CAP. XXXI.
Miſticam volatilium animalium creationem proſequitur.
CAP. XXXII.
Triplicem hominis ſtatum, veteriſque teſtamenti figuras ſubnectit.
CAP. XXXIII.
Quæ in mundi propagatione figurata ſunt; necnon & Chriſti opera ad animæ perfectionem miſticè,& mirabiliter applicat.
CAP. XXXIV.
Paſſionis miſteria ad mores applicata proſequitur.
CAP. XXXV.
His Diuinitus declaratis, Spiritum Sanctum accipit, ſicque fatur.
CAP. XXXVI.
De increata ſimul,& creata Trinitate ſublimiter loquitur.

LIBER QVINTVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum.

CAP. I.
Multiformiter animam à Sponſo Verbo amari intelligit.
CAP. II.
Actiones ad intra, & ad extra Sanctiſsimæ

mæ Trinitatis ad creatam animæ Trinitatem traducit.

CAP. III.

De Verbi veritate, ac poteſtate in illis verbis. Data eſt mihi omnis poteſtas &c. ratiocinatur.

CAP. IV.

De Verbi deſponſatione cum anima, in votorum emiſsione celebrata.

CAP. V.

In ea Euangelij verba: Ego ſum Paſtor bonus, Deum animarum Paſtorem oſtendit.

CAP. VI.

Boni Paſtoris officia proſequitur, & enarrat.

CAP. VII.

In ea Prophetæ verba. Confeſsio,& pulchritudo in conſpectu eius, quomodo homines in terra, & Beati in Cælo Deum confitentur edocet.

CAP. VIII.

Ad ea Chriſti verba: Vado parare vobis locum, hæc addit.

CAP. IX.

In illa Euangelij verba: Simile eſt regnũ Cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo &c.hæc fatur.

CAP. X.

Ieſum aperto lateris fõte videt: Animas veluti ſitientes ceruas eſſe debere admonet.

CAP. XI.

Chriſti verba,Cõſummatum eſt, ab anima Euchariſtiæ Sacramento refecta, & de eiuſdem ſãguine, Viſitaſti terrã, & inebriaſti eam,poſſe dici, intelligit.

CAP. XII.

In ea Canticorum verba. Introduxit me Rex in cellam vinariam,de Chriſti latere, hæc eructat.

CAP. XIII.

Sanctum Didacum, S. Franciſci alumnũ ſpeciali gloria ornatum cernit, cuius virtutes imitari ardenter cupit.

CAP. XIV.

Reciprocas inter Deum,& animas complacentias enarrat.

CAP. XV.

Deum animæ iuſtæ viſionem diligere propter ſimilitudinem,quam cum illa habet, intelligit.

CAP. XVI.

Sanctos Innocentes cum bonis Religioſis in puritate, & in martirio cõparat.

CAP. XVII.

Præcipuas S. Ioannis Euangeliſtæ virtutes commendat.

CAP. XVIII.

Fluminis effectibus, animæ puritatem aſsimilat.

CAP. XIX.

Colloquitur Æterno Patri, à quo hominum malitia oſtenditur.

CAP. XX.

De multiplici Verbi oſculo, hæc in eodẽ colloquio addit.

CAP. XXI.

Prophetæ verbis. Qui habitat in adiutorio Altiſsimi, inceptum complet colloquium.

CAP. XXII.

Varijs ſub figuris cernit, declaratq; Religionum ſtatum.

CAP. XXIII.

Quinque ad Deum petitiones,ad obſeruantiam Regularem neceſſarias eſſe declarat.

CAP. XXIV.

In Diuæ Agnetis laudem, ſpiritu eleuata,ſic eloquitur.

CAP. XXV.

Spiritualia quædam media ad Spiritum Sanctũ recipiẽdum,ſibi ipſi proponit.

CAP. XXVI.

Suauiſsimo amoris affectu de Ieſu paruulo,& de Maria paruula fatur.

CAP. XXVII.

Varias cernit figuras,ex quibus complura ſpiritualia attrahit documenta.

CAP. XXVIII.

Complura deteſtatur vitia, quibus virtutes oppoſitas in remediũ adhibet.

CAP. XXIX.

Spiritum Sanctum,æternumq; Patrem,vt in faciem Chriſti, & in animam aſpiciat, enixè rogat.

CAP. XXX.

De puritate,& ſimplicitate,quã Sponſus in Religioſis animabus requirit, & quomodo acquiri poſsint.

CAP. XXXI.

In ſpiritu intelligit, monita hæc obſeruanda eſſe, vt Religioſi nouas à Deo obtineant gratias. CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXII.
Nonnullas virtutes ad ſtatum Religioſum requiſitas recenſet.
CAP. XXXIII.
Chriſti ſanguinem Deo Patri pro hominibus offert, propter quòd dæmonis ſuſtinet, repellitq; inſultus.
CAP. XXXIV.
Nonnullas videt animas ad Deum conuerſas, vndè plura de Verbi ſanguine fatur.
CAP. XXXV.
Diaboli iterum repellit inſultus, oblationemque proſequitur.
CAP. XXXVI.
Diaboli denuò tentationes propulſat, & candidum Mariæ lac pro animabus purgatorij Diuino Verbo offert.

LIBER SEXTVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum.
CAP. I.
Sponſum Ieſum, vt nomen ſuum in cordibus ſponſarum imprimat, enixè deprecatur.
CAP. II.
De Sanctiſſimo Altaris Sacramento deuotos exprimit cõceptus; deindè quomodo Verbum in anima quieſcat, & in Eccleſia, intelligit.
CAP. III.
Verbi Incarnationem Paſſioni illius miro comparat modo.
CAP. IV.
Cæleſtes Beatorum plauſus in conſpectu Altiſsimi enarrat. Vias, ac ſemitas, quibus ad Deũ peruenitur recenſet.
CAP. V.
Admirabilem intelligit Diuini amoris diſpoſitionem in anima deſponſanda, ſub figura ſpiritualis ædificij.
CAP. VI.
Sponſi ſui pulchritudinem cernens, lætabunda exclamat.
CAP. VII.
Verbi latus veluti aquæ, & ſanguinis fontem, in quo anima purificatur, intelligit.
CAP. VIII.
Beatam Virginem cernit, vas dulcis liquoris, id eſt diuini amoris, hæc enunciat.
CAP. IX.
Spiritualia præbet documenta, ad perfectionem Religioſam accipiendam.
CAP. X.
Sex alia documenta, veræ Religioſæ neceſſaria recenſet.
CAP. XI.
Contrà vitium proprietatis inuehitur, paupertatemq; Religioſã cõmendat.
CAP. XII.
Complura perfectionis documenta Diſcipulis præbet.
CAP. XIII.
Vanam gloriam cum humilitate præliantem cernit.
CAP. XIV.
A S. Catharina Senenſi de ſupradicta humilitatis intelligentia inſtruitur.
CAP. XV.
Ad intelligendam altercationem charitatis cum amore proprio, ſic extatica tranſit.
CAP. XVI.
Poſt ſecundam victoriam, quæ ſequuntur cernere edocetur.
CAP. XVII.
Dei, ac proximi amorem cum ſenſuali amore altercantem intelligit; de quo plura, ſed mira ſibi proponit, aliiſque enarrat.
CAP. XVIII.
Videt Spiritum Sanctum in Verbi humanitate quieſcentem, & vnà cum ipſo Verbo omnia operantem.
CAP. XIX.
Eamdem proſequitur intelligentiam de Spiritu Sancto, Verbi humanitatem ad omnia opera conducente.
CAP. XX.
Eamdem reaſſumit intelligentiam de Spiritu Sancto, Chriſtum ad pariendum, & reſurgendum conducente.
CAP. XXI.
Vilem ſuipſius exiſtimationem coram Deo demonſtrat.
CAP. XXII.
Verbi proprietates enarrat, & primo pulchritudinem collaudat.

Digitized by Google

CAP. XXIII.
Deũ eſſe mirabilẽ multipliciter probat.
CAP. XXIV.
Tertiam Diuini Verbi proprietatẽ, ideſt ſapientiam declarat.
CAP. XXV.
Quantam Æterni Verbi proprietatem, ideſt ſcientiam explicat.
CAP. XXVI.
Quintam Verbi proprietatem, ideſt potentiam commendat.
CAP. XXVII.
Diuini Verbi Æternitatem intelligit, & enunciat.
CAP. XXVIII.
Verbi Diuini impaſſibilitatem enarrat.
CAP. XXIX.
Humanati Verbi vnionem ad intra, & cum creaturis enucleat.
CAP. XXX.
De Verbi Diuini cõmunicatione fatur.

LIBER SEPTIMVS.

INtelligentiarum Diuinarum Beatæ Mariæ Magdalenę de Pazzis Ordinis Carmelitarum.

CAP. I.
Se in Æterni Patris voluntate relaxat, à quo dulci colloquio plura de Diuinis proprietatibus intelligit.
CAP. II.
De puritate, & quantum Deo placeat, cum Æterno Patre colloquiũ habet.
CAP. III.
Charitatem eſſe Diuinæ æqualitatis fructum intelligit.
CAP. IV.
Sapientiam eſſe alium Diuinæ æqualitatis fructum agnoſcit.
CAP. V.
Solum Deum eſſe humanorum cordium pacem, & quomodò vbicunque dari poſſit intelligit.
CAP. VI.
Iuſtitiam eſſe Diuinæ æqualitatis fructum intelligit.
CAP. VII.
De Diuina communicatione cum Patre Æterno colloquium habet.
CAP. VIII.
De complacentia inter Verbum, & animam edocetur.
CAP. IX.
Multorum Beatorum gloriam lætabunda conſpicit, & exclamat.
CAP. X.
De fructu Diuinæ laudis edocetur, & quomodo Deus laudari debeat ab hominibus.
CAP. XI.
Quòd diuerſimodè Deus à creaturis laudetur, & puri cordis laudem magni faciat.
CAP. XII.
Chriſtum eſſe viam, & per eam ambulãtes, currentes, ac volantes intelligit.
CAP. XIII.
Alterum Diuinæ communicationis fructum, tutiſſimam eſſe fortitudinem, ideſt intimam Diuini, ac noſtri eſſe cognitionem intelligit.
CAP. XIV.
Stultam prudentiam, ac fideliſsimam infidelitatem intelligit.
CAP. XV.
A Diuina communicatione locupletem paupertatem oriri.
CAP. XVI.
Æterni Patris ideam, & gratiæ bona pèr Chriſti ſanguinis effuſionem obtenta, contemplatur, & exprimit.
CAP. XVII.
Diuinam cum anima intelligit transformationem.
CAP. XVIII.
Varios Diuinę vnionis effectus per Chriſtum promeritos recenſet.
CAP. XIX.
De animæ rectitudine, & glorificatione per Chriſtum edocetur.
CAP. XX.
Totam Chriſti vitam, & primo hominẽ factum, ac latentem contemplatur.
CAP. XXI.
Chriſti circumciſionem, & Deo Patri oblationem contemplatur, vbi plura de obedientia fatur.
CAP. XXII.
Chriſtum in Ægyptum fugientem, & indè Nazareth redeuntem contẽplatur.
CAP. XXIII.
Chriſtum in Templo, in medio Doctorũ domum redeuntem, & in Iordane baptizatum deſcribit.

CA-

Digitized by Google

CAP. XXIV.
Chriſtum in deſerto de Diabolo triumphantem commendat.
CAP. XXV.
Sponſum ſuum, Eccleſiæ Sacramentum inſtituentem, & Diſcipulorum pedes lauantem intelligit.
CAP. XXVI.
Chriſtum Ieſum, in horto, triſtitiam, & agoniam patientem contemplatur.
CAP. XXVII.
Ieſum à Iudæis apprehenſum, Pontificibus ductum, & in columna flagellatum intelligit.
CAP. XXVIII.
Sponſum ſpinis coronatum, crucifixum, ſitientem, in Cruce contemplatur.
CAP. XXIX.
Paſsionis Chriſti miſteria recenſet, & primo quomodò de his cum Matre ſua loquutus ſit.
CAP. XXX.
Quæ in cænaculo Chriſtus geſsit, mirabiliter exprimit.
CAP. XXXI.
Triplicem Chriſti clarificationem explanat.
CAP. XXXII.
Chriſtum in horto in agonia poſitum, & orantem contemplatur.
CAP. XXXIII.
Reliquum Paſsionis Chriſti adnectit.
CAP. XXXIV.
Quomodò ad Euchariſtię Sacramentum dignè accedendum ſit, ab Æterno Patre edocetur.
CAP. XXXV.
Quid in Æterni Patris ſinu poſt glorificationem ageret Chriſtus edocetur.
CAP. XXXVI.
Intelligit verba, quæ in triduo mortis Verbum ad Patrem loquebatur.
CAP. XXXVII.
Quæ conſilia habuerit anima Verbi eodem tempore apud Patrem.
CAP. XXXVIII.
Iuſtitiæ conſilium à Patre intelligit.
CAP. XXXIX.
De conſilio conſolationis, & fortitudinis loquitur.
CAP. XL.
Conſilium communicationis explicatur, & amoris.
CAP. XLI.
Varios animæ Verbi intuitus in Patris ſinu contemplatur.
CAP. XLII.
Quomodo Diuina puritas à fontibus lactis, & ſanguinis habeatur intelligit.
CAP. XLIII.
Fructus à fontibus lactis, & ſanguinis emanatos intelligit.

CAP. XLIV.

Admirationis, & amoris intuitum animę Chriſti, & quomodò corpori iterum ſit vnita contemplatur.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc Opere continentur.

A

Abraham.

ABraham filium; ſic animam, quod habet carius ſacrificet: Nihil autem carius Verbo lib. 4.c.23.n.5.pag.131

Abrahæ Deus Angelũ mittit; & animæ ſupernam inſpirationem, vt non Verbum, ſed Victimam, ideſt ſeipſam, cultro mortificationis ſacrificet. Ibidem.

Abrahæ ſeruus, ſponſam prò Iſaac quærit, & Chriſtus genus humanum, vel Mariam, quæ dedit aquæ potum, ideſt, conformitatem, vt pateretur. Hæc aqua paſſionis filij anguſtiã refocillauit. lib.7.c.29.n.1.p.298.

Abyſſus humilitatis Chriſti in lotione pedum, abyſſo oſtenſi amoris correſpondet. lib 7. c.25.n.2.p.291.

Adam.

Adam ſi non peccaſſet, Verbum incarnatum fuiſſet: Et tunc non Triumphator, ſed Glorificator extitiſſet. lib.3.c.18.nu.4.p.61. & lib.7.c.6.n.6.p.264

Adam ſuam conſiderans magnitudinem, conſilium, Dei conſilio oppoſitum iniјt. lib.4. cap.10.n.3.p.97

Adam, quia in propoſito ſuo non fuit adeo tenax ſicuti Lucifer, capax remedij extitit. Ibidem.

S. Agnes.

S. Agnes, mare, in cuius corde diuina ſe tranſtulit ſapientia. lib.5.c.24.p.172

Quomodo mel, & lac ex ore Chriſti ſuſceperit, non autem ab vberibus. Ibidem.

S. Agnes in arcanis Dei ingrediendi poteſtatem habebat. Ibidem.

B. Aloyſius.

B. Aloyſius ſocietatis Ieſu vir fuit magnæ ſanctitatis; & martyr incognitus. l.c.18.p.12

B. Aloyſius cum mortalis eſſet, Verbi cor iaculabatur. Ibidem.

Amor diuinus.

Amoris diuini proprietates. l.1. c.4. p.31. & l.3.cap.32.p.77

Amore diuino priuatus, ſi ſeipſum agnoſceret, in puluerem, & in puluere vilius côuerteretur. l.2.c.3.n.2.p.14

Amoris diuini complacentia erga creaturas talis fuit, vt ſui eum faceret obliuiſci. l.3. c.16.n.1.p.57.

Amor diuinus ſi non ab alio, à plagis vnigeniti Dei, veluti à tot feneſtris manifeſtatur, & inſpicitur. l.3.c.18.n.4.p.61.

Amor fecit Verbum latronem, deduxitque, vt tamquam latro inter latrones moreretur. Imo latronem Chriſto ſimilem nec vidit, nec cognouit, nec audiuit Virgo eſtatica. l.4.c.1.n.2.& 2.p 82.83

Propria bonitas conſtituit Chriſtum dilectioue latronem. Ibidem.

Creaturam adeo diligit Deus, vt nequeat illi ſui paricipationem non communicare. l.4. c.9.n.1.p.95.

Quanto plus diligimus, tanto nobiliorem ſedẽ Deo in corde noſtro præparamus. l.5.c.5. n.5.p.155.

Amor cum maximum habeat motum, in momento ad diuini lateris cellam vinariã nos conducit. l.5.c.12. n.4.p.156.

Amor via, qua nulla facilior, ad aſcendendum ad Cor. l.7.c.28.n.7.p.298

Amor ita luminoſus, ac flammiger eſt, vt ſol, quaſi carbo extinctus contra eum videatur. l.7.c.27.n.2.p.194.

In manu vexillum flammis intextum auercis tenet, in quo ſcriptũ eſt. Fortis eſt vt mors dilectio. In altera omnia paſſionis inſtrumenra, clamans, &c. Ibidem.

Cum Anima ſpirat à corpore, Chriſtus ait. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. l.4.c.29.n.3.p.121

Verbum adeo diligit animam, vt ſeipſum in cibum dederit, & in nutrimentum. l.4.c.33. n.15.p.135.

Si Chriſti humanitati fuiſſet conceſſum prò quolibet in particulari paſſionem pertuliſſet. l.7.c.32.n.3.p.307

Ab amore diuino poſſeſſa anima, lucida, ac ſplendida efficitur: Et veſte nuptiali ſanguinis Chriſti induta, palmis circumdata, & coronata columbis, duas auiculas ſub pedibus habet. l.7.c.40.n.3.p.323.

Amor proprius.

Amor proprius Spiritum Sanctum ne ſe communicet impedit. Et væ animæ cum proprio amore ſecure viuenti. l.3.c.5.nu.1.2. pag.45.

Amor proprius, veluti vermiculus plantæ radices corrodit, & exicceat. Ibidem n.2.
Eodem amoris vocabulo, Verbum ſpernitur, exaltatur. Ibidem n.3.p.46
Amor proprius, paruulus viſu, potentia maximus l.3.c.7.n.3.p.47
Diuina veritas omnem proprium abhorret amorem. lib.7.c.2.n.1.p.252
Proprius amor veluti tinea, animã paulatim conſumit, ſuaque corroſione, conducit ad nihilum. l.5.c.19.n.8.p.168
Proprius amor vndique expellendus; cognitu difficilis, & ſub boni colore operitur. lib.6. c.8.n.5.p.206
Proprius amor à faſcijs, vſquequo vultus operiatur nobis eum adeſt. l.6.c.15. n.1.p.217
Si à te proprium non abſtuleris amorem, Dæmon te in abomiuationem habebit, lib.6. c.21.n.2.p.233
Amor proprius verè odium eſt, & ab eo omne oritur malum. lib.7.c.4.n.2.p.257
Proprius amor veluti Iudas ſe habet nos tradendo, &c. l.7.c,27.n.1.p.294

Angelus.

Angelorum Chori, Mariæ expectabant reſpõſum, l.2.c.4.n.2.p.15
Angeli deprecandi ſunt, vt humanati Verbi ſanguinem ad Thronum offerant Sanctiſsimæ Trinitatis, l.2.c.28.n.1.p.39
Angeli poſt incarnationem peculiari amore, ac reuerentia homines proſequuntur. lib.3. c.17.n.1.p.58
Magni exiſtimãt, ac hominum cuſtodiam eſſe conſtitutos. ibidem
In veſte candida apparentes, reſtitutam in homine innocentiam, & ſuam ipſorum lætitiam ſignificant. Ibid.n.2.p.59
Angeli in ſumma puritate creati, ſtatim in gratia confirmati ſunt. l.3.c.18.n.3.p.60
Angeli Beati ſunt Deiformes ſpeculi, & lucidiſsimæ diuinarum perfectionum imagines l.3.c.20.n.3.p.75
Angeli in Cœlo, Deum ipſi Deo, Verbi humanitatem, & creaturas cum donis communicatis iugiter offerunt. l.4.c.9.n.7.p.84
Creauit Deus hominem, vt complacentiam, quam de Angelorum gloria habebat, haberet etiam homo. l.4.c.10.n.2.p.96
Angeli immobiliter in ſua determinatione inituntur. ibidem p.97
Tot perfectionibus Deus naturam creauit Angelicam, vt in præſenti comprehendi non poſsint. Ibidem p.96
Angeli, multiplici amore diligunt creaturas. l.4.c.20.n.1.p.109
Si quilibet attentè proprij Angeli voces audiret, sẽper Verbi paſsioné cogitaret. Ibid.n.2
Angelorum Hierarchia, ſecunda arbor in Cœlo. l.4.c.24.n.2.p.112
Angeli magnum diem feſtum agunt de complacentia, quam Deus habet in Beatis. l.7. c.8.n.1.p.266
Angeli, Chriſto miniſtrantes in deſerto, mercedem acceperunt de eo quod in incarnatione fecerant. l.7.c.24.n.2.p.290
Angeli creati fuerunt in gratia, & poſtea glorificati. l.7.c.35.n.1.p.312
Angeli ſi capaces eſſent doloris, intensè doluiſſent, vacuas ſedes aſpicientes. l.7.c.39. num.1.p.319.
Videntes in Dẽo tamquam in ſpeculo, vacuas illorum ſedes ab hominibus ornandos, valde letabantur. Ibidem.

S. Angelus Carmelit.

S. Angelus Carmelita habitum tenuit Genitricis Verbi. l.2.c:22.n.1.p.32
S. Angelus Carmelita eſtaticam Virginem de paupertate diuinitus inſtruit. Ibidem.
Eidem Virgini, quando ſpineam Coronam recepit a Chriſto aſtitit, l.2.c.12.nu.3.p.23
S. Angelus Carmelita prò veritate mortuus eſt l.5.c.2.n.5.p.146

Anima.

Anima dici poteſt fons, ex quo gratiæ aqua egreditur connaturaliter, in quo ſenſu l.3. c.7.n.1.p.46
Anima Mare, in quo piſces purarum cogitationum, prætioſos virtutum producunt lapides. l.3.c.8.n.2.p.48
Anima Verbum cibat, Patris volũtatem faciẽdo. Ibidem n.4
Anima, quæ alijs dona communicat, aſsimilatur Verbo, omnia quæ in ſe habet communicanti. l.3.c.25.n.3.p.69
Anima Soli fixis Syderibus, & Lunæ ſimilis eſſe debet, ad inſtar Mariæ electæ, vt Sol, &c. l.4.c.33.n.9.p.133
In Anima humili Verbum ſicut in Maria deſcendit, puritatem, & charitatem aſſumendo. Ibidem.
Parit Anima opus ſuum, ſicut Maria peperit Verbum, & reclinat in præſepio, &c. ibid.
In Anima vox diuinæ expreſsionis canit Gloria in Excelſis Deo, ſicut Angeli nato Verbo. Ibidẽm n.10
Tres Magi venerunt ad Chriſtum, & Sanctiſsima Trinitas ad Animam, cui dona, & Cæleſtes affert gratias. ibid.n.11
Ducit Anima opus ſuum, vt circumcidatur. Ibidem n.12
Anima quomodo cum Maria in Ægyptum fugiat. Ibidem.
Animæ opus quomodo baptizetur. lib.4.c.33. num.13.p.133
Verbum in Anima ſæpè aquam in vinum cõmutat. Ibidem n.14.p.134
Prædicat Chriſtus; quomodo prædicat Anima lapidatur, ducitur in deſertum, dat ſeipsũ in Cibum; ità Anima, &c. ibid.n.14.& 15
Animæ magnitudo quãta ſit, Deus ſolus intelligit, & qui peculiari dono habet, vt intelligat.

Digitized by Google

ligat. lib.7.cap.13.num.1.pag.272
Anima,quæ à diuino poſsidetur amore cunctis eſt ornata virtutibus, cum in virtutum Mare transformetur.|l.7.c.4.n.3.p.322
Anima veſte nuptiali ſanguinis Chriſti induta, palmis circumdata eſt, & coronata Columbis. l.7.c.40.n.3.p.323
Anima Chriſti in triduo,in ſinu Patris ingreſſa, ſpecialiter glorificata eſt,ratione Triumphi, & victoriç de peccato.l.7.c.41.num.2. pag.324
Ibi cum eam Angeli intuerentur,eorum gloria augebatur, l.7.c.35.n.1.p.312.
Anima Chriſti iterum corpori vnita, iterum deſcendit ad Limbum. l.7.c.44.n.2.p.328

Apoſtoli.

Apoſtoli, Chriſti colloquio confirmatur, quia Eccleſiæ columnæ erant, l.2.c.18.n.5.p.29
Apoſtoli cur accuratius Mariæ, quam Chriſti Corpus cuſtodiebant. l.2.c.24.n.6.p.35
Apoſtoli,non in forma columnæ,ſed ignis Spiritus Sanctus apparuit,ad eorum tepiditatē conſumendam.l.3.c.21.n.2.p.65
Apoſtoli cur iubentur nec baculum,nec panem ſecum ferre? l.4.c.15.n.2.p.104
Apoſtoli in quacumque domo intrantes, ibi manere debebant. Et anima firma, & ſtabilis in cunctis virtutibus, & in reprehendendis debilibus eſſe debet. l.4.c.17.n.1.p.107
Tres Apoſtolos ſecum ducit Chriſtus in hortum. Quid hoc ſignificet. l.4.c.33.num.16 pag.113
Apoſtoli, mundi lumen, & Charitatis fornaces. l.5.c.31.n.2.p.185
Apoſtoli,Chriſto relicto,ad alium cibum quęrendum abientur; ſed mæſti paſsionis tempore non inueniebant. l.7.c 28.n.2.p.297
Apoſtolo Petro,qui peccauerat, traditur, ſunt claues, vt facilius aliorum miſereatur, qui peccatis eſſet irretitus. Ibid.n.5.p.298
Apoſtoli defectibus oboluti fuerunt, vt cum pietate nos ſoluere addiſcerent. l.7.cap.30. num.2.p.302
Apoſtolis quærentibus Quis eorum eſſet maior? Reſpondendum. Qui magis Chriſtum dilexiſſet,non qui in animo tales cogitationes haberet. Ibidem.

Aqua.

Aqua in paruo hominis mundo Gratia: Piſces in hac, beneuoli affectus. l.4.c.30.n.1. pag.123
Quòd Aquæ modicum, Paradiſum aperiat, Magnum profundumque Myſterium eſt. Ibidem n.5.p.124
Non ſic velociter Aqua ſuper capita noſtra deſcendit, ſicuti Spiritus Sanctus, & Dei gloria ſuper nos aduenit, vt in Columbæ ſpecie viſus eſt. l.6.c.18.n.2.p.122
Ex Aquis, aues, & piſces producti ſunt. ibid.
Aqua à ſinu Patris per canales Sacramentorū ad nos deſcedens, varios producit effectus. Ibidem n.6.p.224
Aquis pœnitentiæ ſæpius immergi debemus, vt puritatem acquiramus. l.7.c.23. num.4. pag.289.

Aquila.

Aquila, natura ſua fructuum corticem non ſumit, ſed medullam: Et ſingulariter Cedri.l.4 c.31.n.4.p.126
Velut Aquila volans Spiritus Sanctus viſus eſt, ſuper ſe animas peccatis emortuas aſſumere, & ad vitā reuocare.l.6.c.18.n.6.p.224

Arbor.

Arbores aquis viciniores, altiores, & fæcundiores eſſe ſolent; Ita animæ potentię. lib.3 c.8.n.3.p.48
Prima Arbor,in qua Deus ad extra,& per gratiam,& per gloriam ſe communicat. lib.4. c.24.n.1.p.102
Secunda Arbor Angelorum Hierarchiæ. Tertia mundi machina. Quarta totum genus humanum.Quinta eſt homo ad gratiam reclinatus,&c. Ibidem per totum.

Arca.

Arca Noè Verbum humanatum, in qua octo animæ,ideſt octo Beatitudines, Foras emiſit Columbam,& conſumatis pœnis, emiſit ſpiritum, &c. l.7.c.28.n.8.p.297
In arca erant munda, & in munda animalia, ideſt iuſti, & iniuſti;illi, vt coronentur, Hi, vt iuſtificentur. Ibidem p.298

Aue.

Vita noſtra, & mors Chriſti ab Aue initium ſumpſit; illa per Aue Angelicum, hæc per Aue, quaſi Diabolicum,ideſt Iudæ.l.6.c.3. n.2.p.197

Auaritia.

Auaritia, denſiſsimæ nebulæ, Cœlum obſcurāti aſsimilatur. l.5.c.28.n.2.p.179
Auari, quo magis diuitijs abundant,eo magis in habendi deſiderio creſcunt. Ibidem.
Sicut Nebula circa flumen reducitur;Ita Auari ſopet ſenſualitatum flumina gradiuntur. Ibidem.

Auſteritas.

Auſteritas magno auxilio eſt ad perfectionem citius acquirendam. l.5.c.30.n.8.p.184
Auſteritatem vnuſquiſque pertimeſcit,ne ſanitatem amittat, aut nequeat perdurare; ſed fallitur. Ibidem n.9
Qui delicatis vtitur cibis,cum infirmatur, nec cibos nec medicamenta ad ſe reſtaurandū inuenit. Ibidem
Res delicatæ multoties infirmitatem inducūt, ſæpiuſque vitam decurtant. Ibidem.
Qui iugiter requieſcit, quid ſit requies guſtare non poteſt. Ibidem.

Auſteritas Eremitarum Thebaidæ, Nitriȩ,&c. maior fuit, quam literis demandata, Deo tamen nota. l.7.c.3.n.2.p.254

B

Beatitudo.

Beatitudo in viſione conſiſtit. lib.3.c.17. n.3.p.59

Beati in Cœlo ſplendidiorem Dei Gloriam reddunt, ipſius Dei liberalitatem oſtendẽtes, l.2.c.11.n.5.p.22

Beati in Cœlo quamplures nobis impetrant amores. l.4.c.25.n.1.p.114

Beati in Cœlo ſuauem inſtillationem à Verbi humanitate recipiunt. l.6.c.4.n.1.p.199

Beatus in inſtanti poteſt eſſe quocumq; vult, l.7.c.40.n.1.p.322

Beati ſunt in membris Chriſti: In oculis contemplatiui, Doctores in ore, Miſericordes in ſinu, Virgines in latere. l.3.c.18.n.2.p.72

Benedictio

Benedictionem dedit Chriſtus Mariæ, & Maria Chriſto antequam ad patiendum pergeret. l.7.c.29.n.8.p.301

Benedictionem Matri tribuit Chriſtus, in qua omnes gratias, & dona infundit,&c. Ibid.

Beneficium.

Beneficiorum memoria ornat, magnamque delectationem animæ offert. l.4 c.30. nu.3. pag.124.

Benignitas non debet excedere grauitatem, nec grauitas humilitatem. l.1.c.3.n.6.p.2

Brachia in Cruce Chriſtus extendit ad amplexandam Sponſam, vt ſimul cum ipſo gratius aliquid fiat Patri. l.6.c.20.n.6. p.232

C

Capillos eſſe à Deo numeratos, quid ſignificet. l.4.c.17.n.2.p.107

Caro Chriſti non modo vitam gratiæ, ſed etiã gloriæ tribuit, per quam caro noſtra viuet in æternum Beata. l.4.c.3.n.2.p.85

Carnem ſuam dando, diuinitatem, & ſi quid maius eſſet, daret, efficeretque nos, ſi poſſibile eſſet, ipſo donatore maiores. Ibid.

S. Catharina, ſubſtẽtabat manus Extaticæ Virginis, cum annulo diſpenſaretur à Chriſto. l.2.c.11.n.2.p.21

Cauſæ, quæ mouent Verbum, vt animæ vniatur, quinque. l.4.c.5.n.1.p.88.

Caſu viuentes, nec Dei honorem, nec animarum ſalutem curant. l.5.c.10.n.1.p.157

Charitas.

Charitas diuina, Deo ipſo oblata, velut ignis noſtram tepiditatem incendit. lib.3.cap.9 num.7.pag.49

Charitas ſpeculum Dei eſt, in quo anima omnem maculam ſuam, & pulchritudinem videre poteſt, l.4.c.24.n.12.p.114

Charitas in ſinu Patris ingreditur, & à Patris ſinu, ad verbi latus, & à latere ad cor, vbi nutritur. l.4.c.31.n.4.p.126

Charitas Aquilæ comparata, tam magna eſt, quam Deus ipſe. Ibidem.

Charitas tanquam Aquila, non corticem, ſed Medullam in creaturis ſumit, & veſcitur. Ibidem.

Charitas Theriaca quædam eſt, animam nutriens, & conſeruans, l.5.c.13.n.4.p.160

Charitas adeo ingens eſt, vt cunctæ Angelorũ linguæ ad eam enarrandam non ſufficiant. l.5.c.13.n.4.p.161

Charitas ad inſtar amantis Pellicani, ſanguinẽ proprium pro filijs, & inimicis effundit l.5. c.28.n.7.p.180

Charitas arbor: quo ſublimior, eo ſuauior eius vmbra, Verbo intus in anima quieſcente. l.6.c.2.n.2.p.196

Cum charitati deſideria noſtra ſubijciuntur, nihil de proprio amore timendum, lib.6: c.15.n.1.p.217

Charitatis arbor, dulciſſimos producit fructus. Ibidem.

Charitatem triſti cordis, Chriſtus pro nihilo reputat. l.6.c.17.n.1.p:219

Ignita Stephani Charitas, qua pro lapidantibus orabat, fecit, vt intuitu ſuo, Cœlos penetraret. l.6.c.22.n.3.p.235

Charitas ligamen aureum, à Deo procedens, animas inter ſe, & cum Deo vnit, ſicut in vna eſſentia, tres Perſonæ vniuntur, l.7.c 3. n.1.p.253

Sicut ignis in parua ſtipula, magnum nequit facere effectum, efficit tamen in puluere tormentario; ſic diuina charitas in Martyribus tanquam in palea. Quid erit in diuinis? Ibidem.

Diuina charitas facit, vt quanto Magis Deus offenditur, tanto magis nobis auxilietur. Ibidem n.3

Tanta eſt Verbi diuini charitas, vt quantũ Pro omnibus fecit, tantum pro qualibet anima efficeret. l.7.c.26.n.3.p 293

Chataractæ Cœli, iugiter ad gratiam deorſum emittendam aperiuntur; Nos vero deſiderij os, non aperimus, ad eam recipiendam. l.3.c.11. n.5 p.66

Quam clarificationem petijt à Patre Chriſtus in Cœnaculo, l.7.c.31.n.1.p.303

Tres clarificationes habuit Verbum diuinum. Ibidem.

Clarificationem ſuam exiſtimat Chriſtus, dona, & gratias nobis tribuendo. Ibid

Claui Chriſti, ſtellæ ſunt, quibus Eccleſia in mundi mare dirigit curſum ſuum. lib.4. c.29.n.8.p.122

In Circumciſione tria oſtendit Chriſtus, obedien-

Digitized by Google

dientiam, manſuetudinem, & iuſtitiam. l 7.c.21.n.1.p.284

Chriſtus.

Chriſtus cur Iudam vocauit Amicum, l.2.c.9. n.1.p.18

Cur barbæ pilos, & capillos, vt euellerent, pertulit. l.2.c.10.n.3.p.19

Annulis ornatus in manibus, & lateræ B. Mariæ Magdalenæ apparuit l.2.c.11.n.2.p.21

Ad Chriſti præſentiam, opprobrij locus Paradiſus euaſit. l.2.c.13.n.3. p.25

Chriſtus in Cruce pſalterium fuit decem cordarum, l.2.c.14.n.2.p.25

Chriſtus à nobis, amoris arca ſagittatus, velut arcis vulneratus cadit, & capitur. ib.n.3p.26

Chriſtus, cum in terris eſſet, nec tẽporis pertranſiuit momentum, in quo die, ac nocte ad reducendam ad ſe creaturam non laboraret. l.2.c.20.n.1.p.30

Chriſtus à terra exaltatus, omnia, & quod erat ſuper ſe, ideſt Spiritum Sanctum traxit. l.3. c.10.n.3.p.50

Chriſtus veluti Pellicanus, ſanguine ſuo viuificante nos filios enutriuit. l 4.c.31.p.127

Per Chriſti plagas, paterna viſcera cognoſcũtur. l.4.c.1 n.1.p.85

Chriſtus quaſi latro, quia quod accepit à Patre, ac ſi ſurripuiſſet, dedit nobis. Ibid.n.2

Chriſtus in vtero, Virginum obſequium Matri ſitiebat. l.4.c.28.n.7.p.120

Chriſtus in horto ſuper rigentes herbas, plus amore caleſcit, quam in fornace tres pueri l.7.c.32.n.4.p.307

Chriſtus octauo die, ſanguinem effundere voluit, quaſi diu expectare impatiens. lib.4. c.10.n.4.p.97

Chriſtus paſtor, cuius canes prædicatores, ſonus Spiritus Sanctus, nõ niſi de ouibus, ideſt nobis, & de noſtra ſalute loquæbatur. lib.5. c.5.n.2.p.150

Chriſtus paſtor, oues, ideſt nos prius in domo, ideſt in idea ſua, nos habet, deinde ad mundi paſcua emittit, vt lac ei præbere poſſimus. Ibidem.

Chriſtus, vt paſtor, lectulum ſuum in loco gregis habet: lectulus vero cor noſtrum eſt. Ibidem.

Chriſtus vt paſtor, funda, non armis, ideſt ſua paſſione, & verbis in Cruce, rugienti Leoni caput contriuit. Ibid.n 3

Chriſtus in vtero Virginis ſuauem liquorem à corde Matris diſtillantem guſtabat. lib.6. c.3.n.1.p.197

Ad paſcua, ideſt dona Spiritus Sãcti, oues ſuas ducit, imò ſuo corpore paſcit, l.5.c.5. nu.4. pag.151

Baculum ſemper in manibus habuit, ideſt crucem, quam ab inſtanti Conceptionis aſsũpſit. Ibidem.

Lauit oues ſanguine ſuo. Totondit, ideſt tollit affectus. lib.5.cap.6.n.1.p.151

Chriſtus cum in Caluario nudaretur, riuulos ſanguinis à vulneribus in columna receptis effundebat l.5.c.35.n.8.p.193

Chriſtus eſt nobis refugij ciuitas, l.7.c.28.n.6 pag.298

Cœnaculum in quo Chriſtus corporis ſui, & ſanguinis Sacramentum inſtituit, lèctus omni alio ſuauior, & amenior eſt. l.7.c;39.n.4 pag.321

Confeſſio

Ad Confeſſionis Sacramentum potius ad excuſandum quam ad accuſandum nos videmur accedere. l.5.c.19.n.4.p.167

Confeſſio mortua quid ſit.l.3.c.14.n.5.p.56

Cognitio.

Homo per ea, quæ propter ipſum creata ſunt poteſt in aliquam Dei Cognitionem venire. l.6.c.6.n.2.p.204

Sicut ſol cognoſci non poteſt, niſi radijs ab ipſo præcedentibus; Ita diuina lux, non alia luce, quam ſua, intelligi poteſt. lib.3.c.25. n.2.p.69

Accenſa facula, in vanum quis ſolem curaret aſpicere; Sic Deum cognoſcere ſcientia humana. Ibidem.

In Cognitione humanitatis Chriſti, creaturæ omnes ideſt earum magnitudo conſpicitur. l.3.c.26.n.2.p.71

Populus, qui Dei ſplendorem ferre non poterat, ſunt affectus, qui infimis aſſueti, capere diuina non valeat. l.4.c.33.n.8.p.132

Deum à pueritia cognoſcere, magna gratia eſt. l.5.c.35.n.9.p.193

Qui non cognoſcit à Deo amari, nec à Deo amari dignus eſt. l.2.c.20.n.2.p.30

Qui Dei, ſuique cognitionem relinquunt, de defectu, in defectum labuntur. lib.5.c.35. num.9.pag.193

Diuinus amor duabus cognitionibus, ſenſuali amori caput obtruncat. l.6.cap.17.num.1. pag.219

A veritatis diuinæ cognitione, gloriæ appretiatio oritur. l.7.c.3.n.6.p.256

Anima, diabolo reſiſtere nequit, ſi Dei cognitionem non aſſumit. lib.7.cap.13.num.1. pag.272

Cogitatio.

Cogitationes in ſede cordis perſiſtunt, & verba per aures tranſeunt. l.7.c.20.n.1.p.283

Contra diabolum, mundum, & carnem, ſapientiæ, puritatis, & veritatis, cogitationes verbum præparauit. Ibid. n.3

In Virginis vtero Chriſtus cogitationes amoris præparauit. Ibidem n.4

Si benè cogitaretur, quod concipitur, firmius eſſet, & ſtabilius. Eua enim concepit, & protulit, ſed non conſiderauit.lib.7.cap.22 n.5.p.287

Cogitationes præparauit Deus, non verba 1.

R:g.

Reg.2.quia nimis loquaces eramus ad præparanda verba. Ibidem.
Tantum pati voluit Chriſtus, vt ſola cogitatione ſanguinem fuderit. lib.7.c.26.num.3. pag.292

Conſilium

Conſilium non dandum,niſi Ieſu Chriſto Crucifixo notum fiat. l.1.c.3.n.3.p.2
Eſſentialis Deitas, & ſcientia conuenerunt in vnum,dederuntque conſilium, vt verbum incarnaretur. l.7.c.20.n.2.p.283
Conſilium hoc qualibet hora renouatur, quādo in dilectis ſuis animabus iterum redit ad præparandas amoris cogitationes. Ibid.
Conſolationem renuiſſet anima in Deo traſformata, ſi Chriſtus in horto, ab Angelo conſolari reſpuiſſet. l.6.c.19.n.5.p.228
Cōcupiſcibilis eſt homini maxime vtilitati l.4.c.30.n.6.p.124
Contriti ex attritis efficimur in Sacramento, eo quod contritionem noſtram Chriſtus aſſumpſerit ſuper ſe: ac ita pro noſtro deficienti dolore ſatisfecit. l.7.c.32.n.3.p.307
Conſilium à fol. 317. ad fol. 322

Columba.

Columba Spiritus Sancti ramos offert, & in eccleſia plantat,ibique fructus reddere facit. l.3.c.21.n.1.p.64
Columbæ,iiſdem veſcuntur cibis, qui ab habitatoribus dantur: & vt proficuæ ſint,domeſticæ eſſe debent. l.4.c.31.n.1. p.125
Columba cantando gemit, & gemendo canit, ſic anima. Ibidem.
In Columbæ ore ramuſculus,confeſsionem diuinæ puritatis, ſignificat.lib.4.c.33.num.4. pag.131
Pura Columba per relaxationē,in manu Chriſti ſiniſtra tanquam in nido quieſcit. lib 6. c.29.n.4.p.244
Columba,intima manſuetudo eſt. Ibidem.

Columna.

In Columna,primis verberibus Chriſtus obiiſſet,niſi diuina virtute non fuiſſet ſuſtentatus l.2.c.10.n.4.p.19
Columnam ignis,filij Iſrael,non præcedere, ſed ſequi debebant; Sic anima lumē à Deo acceptum, l.4.c.24.n.15.p.114
In Columna Chriſtum Iudei flagellantes, ad ſuām ipſorum laſſitudinem non attendebāt ne Chriſtus quieſceret.l.6.c.3.n.2.p.198
Si in Columna nubis Deus aliquando loquebatur, multò magis tacitè loquebatur flagellatus. l.7.c.27.n.4.p.295
Tres voces in Columna emiſit Chriſtus. Ibid.
Columna, commodius animæ Tentorium,cum inimicos pertimeſcimus. lib.7.c.39.num.4. pag.321

Cœlum.

Cœlùm empireum arbor eſt,folia nobis ignota, fructus diſtillamentum gloriæ, l.4. c.24. num.1. p.112
Cœleſtia cogitans, pœnam prò gloria amplexatur. l.4.c.30.n.3.p.124
Cœlum Creaturæ, libera voluntas eſt, diuinæ voluntati conformis: Quænam Stellæ,Sol, & Luna. l.4.c.30.p.123
In Cœlum cur aſcendit Chriſtus, ad parādum nobis locum; Si iam parauerat ab origine mundi? l.5.c.8.n.1.p.155

Cor.

Cor pacificum, & humile,vnionem ſemper intuetur. l.2.c.18.n.6.p.28
Nullum cor eſt adeo congelatum, quod à diuinis inſpectum oculis, ab intima Dei non calefiat charitate. l.2.c.20.n.2.p.30
Cordis cæcitas, virtute flammigerantis ignis diuini,media Verbi Humanitate diſſoluenda eſt. Ibidem n.3
In corde puro,ſplendido, & robuſto, poteſt Maria ſua dona, & gratias infundere, lib.2. c.24.n.1.p.34
Maius donum Mariæ offerri non poteſt, quam cor vnigeniti ſui. Ibidem n.2
Cor Sanctiſſimæ Trinitati oblatum,non cogitabit, nec proferet Verbum,quod in diuinæ Maieſtatis honorem, proximique vtilitatem non cedat. Ibidem n.4
Corda creaturarum emollienda, vt ad recipiendum Spiritum Sanctum apta reddantur. l.3.c.9.n.6.p.49
Cor Spiritum Sanctum recipiens,ſimile eſt Rubo à Mayſi viſo, ardente, non autem cōſumente. Ibidem n.8.p.50
Cor Verbi ſicut vaſculum, amore erga nos ebulliens, & foras diſtillamentum emittens. l.3.c.16. n.1.p.57
Cordis Mariæ ſanguinem, Verbum attraxit, vt ſibi corpus formaret. Ibidem nu. 1
A corde Verbi Spiritus Sanctus intrinſecam attrahit puritatem, limpidiſſima aqua lucidiorem. l.3.c.21.n.6.p.66
Sanguine cordis Agni,anima dealbatur, lib.3. c.28.n.3.p.73
Cor noſtrum ad inſtar lampadis eſſe debet i Ibidem n.4
Cor Cchriſti in horto, quaſi in amoris torculari ſtrictum, iteratas ſanguinis dedit guttas. l.4.c.10.n.5.p.98
Chriſtus in vtero, cor Mariæ iugiter perſtringebat manibus, in illo ſibi complacens. l.4. c.28.n.8.p.120
Cor humiliate plenum,ſemper eſt amore ſuperplenum, l.5.c.17.n.3.p.164
Cor feruens quodnam ſit lib.5.cap.28.nu.8. pag. 180

Cor-

Corde dilatato, Spiritus Sanctus dilatari videtur, & quomodo, l.6.c.18.n.4.p.322
Non verbis, ſed affectibus corda loquãtur.l.6. c.20.n.7.p.323
Quemadmodum Cor in pectore reſidet, ſic in humanato Verbo eſſe miſericors Patris. l.3 cap.33.num.4.pap.80

Corallus.

Corallus in anima quid ſignificet. l.4.cap.20. num.2.p.123
Corallus clareſcit, & obſcuratur iuxta geſtantis ſanitatem, ſic Sapientia, &c. Ibidem.

Corona.

Vt coronetur cum Maria, apta redditur anima, ſi creaturarum gloriam, & beneuolentiam contemnit. l.2.c.25.n.2.p.35
Coronat Mariam, qui gloriam illius cupit accreſcere. Ibidem.
Coronam geſtat ſponſus in capite, vt ſuam oſtendat magnitudinem. l.5.c.1.n.2.p.142
Animæ, Chriſti ſanguine ornatæ, Verbi Corona efficiuntur l.6.c.7.n.1.p.240

Creatura.

Creatura amanda eſt ſolummodo, quia illam diligit Deus. l.2.c.29.n.12.p.40
Creaturas ad Deum reducere, gratius illi eſt, quam ſi omnia, quæ in Mundo ſunt recreaſſes. l.3.c.2.n.3.p.42
Creaturas ad Deum reducẽdo, ſi propter hoc infernum acquireres, abſque Dei offenſa gloriari deberes. Ibidem.
Creatura cum ſit Verbi theſaurus, in illa cor Verbi eſt, quia vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum, Ibidem p.43
De conceptu Creaturæ rationalis eſt eſſe intellectiuum, l.3.c.12.n.3.p.53
Creaturæ ſunt voces, Dei ſapientiam, potentiam, & bonitatem celebrantes. lib.7. c.10. num.1.p.267
Quælibet creatura Dei radius eſt, l.3.cap.31. num.3.p.76
Creatura de rigore iuſtitiæ nõ poteſt Deo ſatisfacere pro peccato, l.7.c.27.n.5.p. 295

Crux.

Crux arbor pomifera cum tribus pomis, lib.3 c.29.n.1.p.73
Cum Cruce venit Verbum ad ſananda inimicorum vulnera, Ibidem.
Magna amoris ſublimitas fuit in Chriſto, vt etiam à Mariæ vtero Crucem ſubire voluerit l.4.c.10.n.4.p.97
Tres clauis retinent in Cruce Verbum, tres in Mariæ vtero, & tres alij in ſinu Patris, l.4. c.28.n.1.p,119
Claui, qui Chriſtum in Cruce retinent ſtellæ ſunt, Eccleſiam in Mundi huius mare dirigentes, l.4.c.29.n.8.p.122
Verbum loquitur animæ, aitque, quam ſuauis Crux mea rectis corde? l.5.cap.26.num.1. pag.175
In Cruce, in ſinu Patris, & in Matris vtero, quomodo derelictus erat Chriſtus, l.4.c.29 n.4.& 5.p.121
In Cruce, in Mariæ vtero, & in ſinu Patris cõſumatum eſt, Ibidem n.6.& 7.p.122
Crucifixũ prò magiſtro ſibi aſſumat, qui vult breui ad perfectionem peruenire, l.1.c.17. n.2.p.11
Manus Verbi in Cruce, crucis amatoribus Mel, ab illa vero diſtantibus, Myrrham diſtillãt, l.5.c.26.n 1.p.175
Durum eſt nullam ferre Crucem ſine Chriſto Crucifixo, Ibidem n.2
Crux magna, vel parua à Deo data, ſtatim ſuſcipienda, Zacchei exemplo; qui ſe puſillum non conſiderauit. lib.5. cap.27.nu.1. pag.176
In Cruce libentius nè, an in Matris vtero Chriſtus quieſcebat? lib.6. cap.3. n.1.p.197
Nulla Crux maior, quam Crucem non habere: Et qui ſine cruce viuit, vel à Dæmone, vel alio crucifigitur, l.6.c.29.n.8.p,245
In vilitate Crucis, diuinitatis potentia mõſtrata eſt, l.7.c.13.n.1.p.273
Attenta cuius vtilitate, Crux adeo leuis viſa eſt Chriſto, vt maiorem concupiſceret, & quaſi pro nihilo duceret illam ferre. lib. 7. cap.28.num.2.pag.297

Culpa.

Culpa quomodo potuit Redemptorem mereri, l.7.c.27.n.4.& 5.p.295
Culpas ſuas qui oſtendit, Chriſti ſanguine cooperitur, l.5.c.30.n.2.p.181
Melius eſt grauiorem culpam, mortali excepta, tacere, quam leuiorem cum excuſatione palliatam dicere, Ibidem n.3.p.182
Qui culpas ſuas excuſat, Verbo poteſtatẽ aufert, vt eum apud Patrem excuſet. Ibidem.

D

Defectus.

Defectus, qui parui videntur, & non ſunt ſicuti arenæ Maris vndas, gratiæ rapidũ impediunt curſum. l.3.c.7.n.2.p.47
Aliorum defectus libenter ferre debemus, l.4. c.24.n.12.p.114
Qui ſub miſericordiæ pallio, proprios ſuorũrumque ſubditorum defectus impunes relinquunt, magno inferni periculo ſe exponunt. l.5.c.12.n.2.p.159

Deificatio.

Deificatio effuſione ſanguinis Verbi acquiritur.l.7.c.13.n.2.p.273

Anima ad Deificationem perueniens, velut alter Deus efficitur, Ibidem.

Deſertus.

Deſertus, Chriſti præſentia,paradiſus effectus eſt. l.6.c.18.n.3.p.223

In Deſertis Nitriæ,eremitarum auſteritas latè deſcripta. Ibidem.

In Deſerto Verbum morabatur, Patrem laudans, & glorificans, & pro peccatoribus orans. l.7.c.24.n.1.p.289

Deſiderium.

Magnum Deſiderium,magna dona conſequũtur magnumque amorem, magna delectatio, l.7.c.22.n.2.286

Deus.

Deus à nobis ita ſolet experiri, ſicut ad eum recipiendum diſpoſiti ſumus. l.7.c.22.nu.2 pag.296

Dei potentiam negamus,cum ad opus bonum nos ipſos excuſamus. l.2.c.9.n.4.p.19

Dei dona cuſtodit, & ſeruat, qui in iuſtitia permanet, & charitate, l.3.c.1.n.2.p.41

Deo non placent mortua, cum ſit viuentium Dominus: & ſolummodo viuit,qui Deo viuit, l.3.c.8.n.1.p.48

In Dei eſſe, prius eſt, modo noſtro intelligendi,eſſe intellectiuum, quam volutiuum, l.3. c.12.n.4.p.53

Deum aliquando quærere, & non inuenire videmur,& tamen illum in nobis per gratiam poſſidemus, l.3.c.33.n.3.p.80

Sicut impoſſibile eſt, vt ignis, remanens ignis conuertatur in aquam; Ita creaturam, Deũ compræhendere, l.4.c.4.n.9.p.87

Deus viſus eſt in Nauicula, pedes in ſtatera habens: Et quid hoc ſignificet. l.4.cap.12. n.2.p.101

Deum recuſare, eſt Deum apprehendere. l.4. c.19.n.2.p.108

Deus eſt nobis bonus,propter tria, l.5.cap.5. n.1.p.150

Deus eſt in Inferno, non infernus in Deo, l.5. c.8.n.2.p.155

Quanto magis anima de Deo gaudet, tanto maiorem complacentiam in eo cauſat, l.5. c.14.n.1.p.161

Infinitam Dei mãgnitudinem, nec iuſti omnes quacumque ſcientia,ac reuelatione,capere poſſent. Ibidem n.2

Deus in peccatoribus, & in inferno poſitis quomodo per iuſtitiam, & miſericordiam ſibi complaceat, Ibidem n.3.p.162

Deum quomodo pro noſtro arbitrio diſponamus, l.5.c.20.n.4.p.169

Eſſe Dei veluti Mare, quod omnium fluminũ aquas aſſumens, nomen eis amittere facit, l.6.c.23.n.3.p.236

Dei maternitas eſt infinita. lib.4.c.5.num.6. pag.89

Deus non amplius Deus vultionum, ſed miſericordiarum, l.7.c.20.n.1.p.282

Quoties nos ipſos à Deo, quod Dei eſt tollimus: Dei enim ſumus, à Deo empti, lib.6. c.25.n.2.p.238

In eſſe diuini mare iugiter nauigamus, magno ſummeſtionis periculo, niſi fidei Aquilo nos reſpiciat, l.6.c.23.n.3.p.236

Diabolus.

Diabolus ter Chriſtum tentando, SS. Trinitatis adorationem conculcare, & annihilare volebat, l.7.c.24.n.1.p.289

Si Chriſtum Dei filium putaſſet, tentare auſus non eſſet, Ibidem.

Diabolo dicente, Hæc omnia tibi dabo, magnam tulit moleſtiam Chriſtus, propter amorem erga Patrem ſuum. Ibidem.

Diabolus pro nihilo æſtimandus eſt, Ibid.n.2.

S. Didacus.

S. Didacus in medio quatuor Reginarum viſus eſt, Aquilam ſub pedibus habens, lib. 5. c.13.n.1.p.160

Pater fuit, mater,frater,ſponſus, & ſoror humilitatis, Ibidem n.3.

S. Didacus,propter charitatem loquebatur, aſpiciebat, & omnia operabatur. Ibid. n.4.

Diſcretio.

Diſcretio, Accipitri propter pulchritudinem comparata, propriè nõ virtus, ſed virtutum omnium regula eſt, l.4.c.31.n.7.p.127

Sicuti Accipiter,alijs paſcitur auibus, ita Diſcretio proximorum virtutes ad ſe attrahit imitando. Ibidem.

Diſcretio in manibus teneri debet. Ibidem pag.128

Diſcretio gratitudinem appræhendit, creaturas gratas aſpiciens Deo. Ibid.

Correctionis Diſſimulatio valde odioſa eſt Deo. l.5.c.10.n.2.p.157

Si in Deo inquietitudo cadere poſſet, in hoc inquietus videretur,quod non poſſet in ſua creatura quieſcere,lib.3.c.31.n.1.p.75.

Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me, quo ſenſu dictum ſit. l.4.c.19.n.4.p.121

Diuitiæ.

Diuites, ſtultè tamquam beati extimantur à Mundo, lib.3.c.31.n.1.p.76
Diuitijs Dei ſic plena debet eſſe Anima vt punctum loci non habeat, in quo tranſitorium ponat, l.4.c.16.n.3.p.106
Diuitiarum memoria noxia eſt, & offenſiua: vtilis tamen reddi poteſt, ſi in valle cognitionis noſtræ tranſplantetur. lib.4.cap.30. num.3.p.124
Diuitiæ Dei ſunt complacentia Patris in Verbo, Verbi in Patre, & Spiritus Sancti in vtroque, l.4.c.36.n.3.p.140
Diuitiæ increatę Trinitatis ſunt, animas ad ſe aſſumerę: & creaturarum diuitiæ ſunt, Verbum per gratiam in ſeipſis attrahere. ibid.

Dolor.

Dolor de offenſis oriri non poteſt, niſi ab amore. lib.6.c.7.n.1.p.250
Dolor Martyrij ſpecies. Ibidem.

Dormiens

Dormiens nec clamanti reſpondit, niſi clamãtis vox vehemens fit: & Anima Chriſti ſanguine ebria, non niſi à diuina voce poterit excitari. l.7.c.26.n.4.p.293
Dormiens nec retro conuertitur ad videndum vocantem, ſic Anima in Chriſto dormiens. Ibidem.

E

EBrietates duæ, proprij amoris vna, diuini amoris altera: lib.6.c.14.n.4.p.216.

Eccleſia.

Romana ſedes, totius Eccleſiæ caput, &c. l.4. c.24.p.114
Eccleſia hortus, in quo ſenſu. lib.4.c.33. n.16 pag.135
Eccleſia in medio vndarum, tamquam ſolida Petra credentes ad portum æternæ vitæ dirigit. l.5.c.8.n.3.p.155
Væ Eccleſiæ, in qua tot ſuperbi morantur: ſed væ maius, ſi ſuperbia in Eccleſia à ſeruorũ Dei humilitate non vinceretur. Ibid.
Eccleſiæ Tabernaculum velut Arca Noe, in qua munda, & immunda animalia inueniũtur, l.5.c.34.n.1 p.189
Eccleſia nauis ſecura, quę nec perire, nec periclitari totaliter poteſt. l.6.c.23.n.3.p.236.
Qui Dei veritatem odio habent, hi ſunt, qui in Eccleſia Dei fictione, & hypocriſi gradus quæritant, & dignitates, l.7.c.3.n.6.p.256
Quomodo anima deſiderijs Eccleſiam generet, à qua ipſa genita eſt, l.7.c.18.p.281
Eccleſia varijs floribus, ideſt roſis, &c. coronata eſt, à ſponſi ſanguine productis, & in ſpinato, Æterni Verbi capite intextis. Ibid.
Diuina ſua luce vtitur Deus ad ſponſam ſuam Eccleſiam obumbrandam, & electos abſcõdendos. Ibidem.

Ægyptus.

In Ægyptum fugit Chriſtus, ſed prius à ſinu Patris in Ægyptum mundi huius, l.7.c.22. num.1.p.286
Fugit etiam in animarum Ægyptum, ideſt in animabus, quæ eum in Altaris Sacramento recipiunt. Ibidem.
Ægyptus idololatriarum eſt anima concupiſcentiæ, auaritiæ, ac ſuperbiæ dedita. ibid.
In animarum Ægypto ſuper nubes, ideſt candidas ſpecies Sacramẽtales ingrediens Chriſtus, commouet per gratiam omnia vitiorũ ſimulacra. Ibidem.
In Ægypto Chriſtus per ſeptennium moratus eſt. ibid. n.5

Æternitas.

Æternitas Cypreſſo aſſimilatur, qui nunquam corrumpitur, lib.6.c.27.n.4.p.241
Dei negant Æternitatem, qui in creatura confidunt, ibidem n.5.p.242
In Æternitate non eſt prius, & poſterius, niſi noſtro intelligendi modo, l.6.c.27.num.2 pag.241
Æternus eſt Deus in creandis Angelis in tempore. ibid.n.3
Æternitas quomodo dicitur punctum, ſi omne complectitur tempus. ibid.n.3
Ab æterno creatura non emanauit: & forſan nec potuit emanare: fuiſſet enim creatori æqualis in æternitate. ibid.
Cum Æternitate accedere debemus ad dignè communicandum, l.7.c.34.n.3.p.301
Naſci voluit Chriſtus ab eodem ſexu, vt recuperaret in Maria, quod miſera perdiderat Eua, l.7.c.27.n.4.p.295

Eucharistia.

Euchariſtię Sacramentum ad veram perfectionem efficax remedium eſt. l.1. cap.17. num.1.p.11
Euchariſtia eſt diuini amoris, & omnium quæ in paſſione, & morte Chriſtus operatus eſt Enchiridion. l.2.c.11.n.4.p.21
Magnum quidem eſt, totum Deum ſub parua pani ſpecie abſconditum conſiderare; ſufficit tamen ſcire, quod ipſe dixit, & facere potuit, l.4.c.30.n.5.p.124

Euchariſtię Sacramentum manna, in quo omnem Dei guſtum reperit anima, l.4.cap.33 num.6.pag.131
Euchariſtiæ Sacramentum pulchros apparere nos facit in Dei conſpectu. lib.5.c.7.num.3 pag.154
Anima Euchariſtiam recipiens, dicere poteſt, *Conſummatum eſt.* l.5.c.18.n.1.p.158
Chriſtus in anima, virtute huius cibi, virtutes omnes producit, & dona. ibid.
Chriſtus ſub vmbra ſpecierum panis; vt in homine, qui vmbra eſt quieſceret. *Sub vmbra illius, &c:* l.6.c.2.n.1.p.196
Nulla creatura penetrare poteſt, quam gratũ ſit SS. Trinitati, ad Euchariſtiam cum præparatione accedere. l.6.c.19.n.2.p.226
Anima Euchariſtiam recipiens, Chriſto Sole veſtitur, ſicut Maria à Ioanne ſole amicta viſa eſt. l.6.c.19.n.2.p.226.
Dei ſapientia in Euchariſtia communicatur; l.6.c.24.n.1.p.237
Per Euchariſtię Sacramentum fit vnio in Chriſti latere, ex quo ardens Seraphim procedit, ſex alijs nos aſſumens. l.6.c.29.n.6.p.244
Euchariſtiæ Sacramento Verbi incarnati concorporei, & conſanguinei facti ſumus, l.7.c.6.n.7.p.264
Sub ſpecibus panis, concomitanter eſt tota Trinitas. l.7.c.7.n.4.p.266
Quamdiu durant ſpecies Sacramentales, Deus attrahit complacentiam ſuam, vt creatura complacentia detegatur. Sicuti cum Sol radios ad ſe attrahit ſtellarum detegitur ſplendor. Ibidem.
Maior quodammodo eſt obligatio in nobis ex eo quod ſeipſum nobis reliquerit, quam quod creauerit. l.7.c.25.n.1.p.290
Cunctas perpeti pœnas, & cum Daniele, in lacu leonum ingredi deberemus, vt Euchariſtiam percipiamus. ibid. p.291
Amplexus animæ cum Deo in Euchariſtiæ Sacramento, figura ſunt, & imago amplexuũ, quæ ſunt in Sanctiſſimæ Trinitate. ibidem, num.3.
Felices animæ, & in terris Paradiſum guſtarent, ſi paſſionis Chriſti haberent memoriã, Chriſtum in Euchariſtia recipientes, lib.7.c.30.n.6.p.303
Tria requiruntur ad Euchariſtiam dignè recipiendam: Vt creatura accedat ſine principio, cum æternitate, & cum puritate, lib.7.c.34.n.1.p.310
Maiorem gloriam habebunt corpora hoc cibo nutrita, quam, qui eum recipere nõ meruerunt. l.7.c.35.n.5.p.314
Hinc Verbum, vt carnem ſuam glorificaret, in vltima Cœna ſeipſum Sacramentaliter ſumpſit, vt carni ſuæ gloriam, tot titulis debitam communicaret. ibidem.

F

FAbri lignarij opus exercuit Chriſtus, Ioſepho Patri putatiuo inſeruiens. l.7.c.23 n.2.p.278
Faſciculus Myrrhę paſſionis, & ſanguinis Chriſti quotidie eſt æterno Patri offerendus, l.2.c.27.n.5.p.38.
Senſuum feneſtræ claudẽdæ, ne diuinus liquor extra diffundatur. lib.6.c.5.n.3.p.202

Fides.

In fide viua fundatus, ſeſe cœco modo diuinæ liberalitati committit. l.3.c.32.num.4.pag.78
Fides, ſolis iter agit; hic oritur, alibi occidit. l.4.c.7.n.4.p.91
A modica fide totus noſtrarum operationum defectus oritur. l.4.c.8.n.6.p.94
Fides Columbę ſimilis, quæ ſibi in terra granulis paſcitur. Nec altius volet anima, vt paſcatur l.4.c.31.n.1.p.125
Fidei obiecta prę oculis in Sanctiſſimo Altaris Sacramento, & in alijs à fide propoſitis habemus. Ibidem n.3.p.126
Fides ceſſat, vbi eſt euidentus ſenſus, l.5.c.7.num.1.p.153
Non qui fidem narrabant, ſed qui in fide operabuntur; in Regnum intrabunt Cœlorum, l.6.c.16 p.218
Viua fides in plaga ſiniſtri pedis Chriſti, tamquam in Thalamo reſidet, l.6.c.29.nu.2.pag.243
Fideliſſima infidelitas eſt quodam nuptiale veſtimentum animæ. l.7.c.14.n.3.p.275
Quænam ſit infidelis fidelitas. Ibidem.

Ficus

Diuina impoſſibilitas Ficu ſuauiſsimo aſsimilatus. l.6.c.28.n.1.p.242
Ficus igni exiccantur, vel Soli, vt diutius durent. l.6.c.28.n.2.p.242

Figuræ.

Figuræ in antiquis Patriarchis, & Prophetis, ad deſiderandum Verbum ordinabantur. l.3.c.18.n.1.p.60

Fons.

Diuina infuſio ſanguinis, & Aquæ, fontem efficit; circa quem candida, & fragantia lilia germinant. l.7.c.16.n.2.p.278
Ex eadem anima fontem lachrymarum, ſanguinem mixtum facit. Ibidem.
Ad fontem hunc iugiter ſe lauantes, puritatis candorem aquirunt, & ſplendorem foras emittunt. Ibidem.

Chri-

Chriſtus in Crucis Fonte, dicens *Sitio*, idem, ac ſi diceret *Mulier da mihi bibere*. ſeſe Fontem oſtendens cuius canales plagæ. Aqua ſanguis, l.7.c.28.n.2.p.296

Fons factus eſt nobis Chriſtus, & flumen purũ, & tranquillum, in quo anima veluti Columba ſe recipere poteſt, cum infernalis auis illam capere vellet. ibid.n.4.p.297

Duo Fontes in anima, & in Eccleſia ex diuina inſtillatione oriuntur. Lactis vnus, Sanguinis alter; Ille à Diuinitate, hic ab amore humanitatis. l.7.c.41.n.2.p.324

Sponſa Eccleſia à Fontibus Lactis, & ſanguinis, plures generat, & parturit filios. lib.7.c.43. num.2.p.348

Tres Fontes ſunt in ſinu Patris: & ab vno Vinum, à ſecundo Oleum, à tertio Aqua procedit. l.7.c.44.n.3 p.329

Fortitudo.

Fortitudo Turturi, quæ amiſſo ſocio gemit aſſimilatur. l.4.c.31.n.6.p.127

Funda.

Fundis ſe, & ouiculas paſtor defendet. l.5.c.5. n.3.p.150

G

GAudendum de diuinis attributis, & de gratijs Verbi humanitati conceſſis, l.2. c.29.n.1.p.40

Gemmæ vnionis in anima quænam ſit. l.4.c.30 n.2.p.123

Gloria.

Ad futuram Gloriam in Cœlis præparatam, ingentis Purgatorij cruciatus condigni non ſunt, l.2.c.23.n.5.p.33

Gloriam, quã Deus dediſſet, ſi Chriſtus mortuus non fuiſſet, tantum differret à Gloria, quæ nunc datur, quantum meritum Chriſti a meritis aliorum hominum. l.3.c.18.n.4. pag.61

In vita, & Gloria æterna moritur anima prõ dulcedine, vbi vita eſt veluti mors, cum nihil ſui, totum Dei ſentiet. *In Nidulo meo moriar. Iob.29.* l.3.c.28.n.2.p.72

Quomodo Gloria, & patria cœleſtis *aurum mundum* dicatur. l.3.c.30.n.4.p.75

Gloria præparata eſt electis, nullo eorũ merito præcedente, licet adulti debeant operari. l.4.c.7.n.6.p.91

Gloria eſt eſca, qua creaturæ ad diuinum trahuntur amorem. l.6. c.8. n.3.p.206

Gloria Paradiſi ſe habet, vt Mare, in quod electi vndique aquarum dulcedine circumſepti ingrediuntur; At mundi gaudium, vas anguſtum. l.7.c.36.n.3.p.316

Beata anima, tantum de alterius, etiam maiori, Gloria gaudet, quantũ de propria: Amor enim omnia facit communia. l.7.c.39.nu.1. pag.320

Gloria talis eſt, vt ſi infernus poſſit ſcintillam vnam guſtare, glorioſus redderetur. lib.4. c.13.p.102

Gratia.

Gratiæ guſtum Deus ſubtrahit aliquando, vt vitam mortuam faciat acquirere. l.3.c.14. n.5.p.56

Gratia præueniens, & excitans, non modo ad bonum faciendum excitat, ſed etiam ad relinquendum malum. lib.4.c.24. num.12. pag.114

Gratia diuina adiuuans agit vt plus, quam quis exiſtimat, faciamus. lib.4.c.30.num.8. pag.125

Quę Deus facit, vt faciamus, nec conſideranda à nobis ſunt, nec iudicanda. Ibid.

Qui animæ, Gratia firmatæ, vires, humana metiuntur prudentia, decipiuntur. Ibidem.

Mille annis ſcripturæ ſtudio incumbẽtes, Deo Gratiam ſuam non præbente, in vanum laborauerunt, l.5.c.6.n.p.152

Licet omne opus noſtrum virtute Gratiæ fiat, tamen Deus, vt nos fructum in hac, & in alia vita habeamus, l.5.c.18.n.2.p.165

Deus tamquam Pater, nobis ſe accommodat ſicuti Pater paruuli paſſibus. l.5.cap.35. n.5. pag. 191

Dei Gratia aſſentiri donum Dei eſt, ſine quo nihil boni fieri poteſt. l.6.n.13.n.1.p.213

Prima Gratia nos diſponente, & præparante mouemur. l.6.c.18.nu.7.p.225

Gratiæ auxilio operamur, dũ operamur, quia Deus dat nobis velle, & perficere. l.6.c.29. n.6.p.245

Promptiſsimus eſt Deus ad præſtandum Gratiæ auxilium petentibus. l.7.c.2.n.1.p.252.

Gratiarum actio

Gratiarum actionem Deus à creatura requirit l.3.c.19.n.4.p.62

Gratiarum actio ab amore, & donorum cognitione procedit. Ibidem.

Quod Spiritus Sanctus à Patre deſcendat, & ad nos veniat, Chriſti ſanguis fit nobis ingratiarum actione. l.3.c.21.n.6.p.66

Gratiarum actio aptos nos reddit, vt maiori plenitudine dona à Verbi liberalitate recipiamus. l.3.c.19.n.4.p.62

Beatorum animæ gratias agunt Verbo, eo quod plagas retinere voluerit; vt in eis iugiter nutriantur. l.4.c.11.n.6.p.99

Caluarij terra, Chriſti ſanguine tincta contremuit, gratitudinis ſignum, in eo quod poterat

terat,oſtendens, l.3.c.11.n.2.p.158
Qui magnam vini Copiam ſumpſit,eructat: ſic qui Chriſti ſanguinem ſumit, gratiarum actiones eructat ab ore. ibidem n.3

Gula.

Guloſi velut ædificia ſuper [illegible]m, vel aquā fundata,quæ citius deſtruuntur,vel per flumina currunt. l.5.c.28.n.5.179
Guloſi tamqnam beſtiæ,irrationabilibus creaturis ſeruitutis obſequium præſtant. Ibid.
Gulæ vitium, cunctis vitijs præbet maledictionis nomen. Ibidem.
Pro gulæ ſatietate Deus carnem ſuam pro cibo, & ſanguinem pro potu dedit. Ibidem num.6

H

Homo.

Homo per peccatū adeò tenebroſus euaſit, vt nec culpam in qua iacebat aſpiceret, nec curationis modum requirere cogitaret. lib.3.c.18.n.1.pag.60
In homine tamquam in compendio totum creatum vnitur. l.3.c.15.n.2.p.56
Homo debet eſſe Turtur,Columba,Aquila, & Ceruus. l.2.c.8.n.3.p.18
Homini vnicum eſſe Verbum ad gloriam, & exaltationem naturæ humanæ, & diuinæ bonitatis. l.3.c.15.n.2.p,56
Hominem eſſe factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, quomodo intelligendum. l.3. c.17.n.3.p.59
Homo, cum plus laboret ad gratiam conſeruandam,quā Angelus conueniens eſt vt plus parcipet, & intelligat Deum. l.3.c.18.p.61
Verbum, Hominem creando, quomodo potentiam à Patre furatus ſit. l.4.c.1. num.3. pag. 83
Homo, vt homo ex ſe nullum habet poteſtatem. Vnde cum Chriſtus dicat. Data à mihi omnis poteſtas, hominem ſe oſtendit. l.5.c.3.n.1.p.147
Hominis vita nihil aliud eſt, quam Crux. l.5. c.5.num.3.p.150
Homines ad imaginem Dei creati, ſpiritus adeò nobiles, ſpiritu diuino trahendi ſunt. l.6.c.18.n.4.p.223
Homo eſt creaturarum omnium compendiū, cum anima, & corpore, duorum extremorum Cœli, & terra participet: quod non habet Angelus, & ideo Nuſquam Angelus apprehendit. l.7.c.31.n.1.p.304
Hortulanus, malas in horto ſeligit herbas, ita &c. l.3.c.9.n.6.p.49

Humanitas.

In Humanitate Chriſti Spiritus Sanctus omnē bonitatem collegit l.7.c.28.n.1.p.296
Humanitas noſtra in Chriſto, per communicationem idiomatum, vna ex Perſonis SS. Trinitatis, effecta eſt. lib.3.cap.18.num.2. pag.60
Humanitas Chriſti habet flores in pedibus, fructus in manibus, & in corde ſaggittas.l.4 c.4.n.3.p.86
Humanitatis Chriſti pulchritudo,malo punico comparatur. l.6.c.22.p.234
Ad Chriſti Humanitatem accedentes,pulchrificantur. Ibidem n.2
Per Verbi Humanitatem Deus tamquam per chryſtallum, aliter reſpicit hominem ab eo, quod priùs reſpiciebat. l.7.c.6.n.4.p.262
Humanitas Chriſti nubecula, quæ nos velut aquas aſſumit, vt ad ſinum Patris, qui eſt gratiarum mare,deducat. lib.7.c.25.nu.2. pag.291
In Humanitate Chriſti, Pater theſauros omnes, & dulcedines ſuas poſuit. lib.7. c.28. num 1.p.296
Verbi Humanitas ſit diuinitatis corona, Virginitatis annulus, Martyrum ſertum, Apoſtolorum ſplendor,&c. l.7.c.44. n.5.p.330
Humanitas Chriſti ita ſanctificata, & Deificata erat, vt nec ad punctum à diuina voluntate elongari potuerit. lib.6.c.19.p.228
Humanitas Chriſti domus, vbi diuinitas quieſcit, plagæ ſunt cellæ. l.2.c.10.n.4.p.20
Humanitas Chriſti nec Deum comprehendit. l.4.c.4.n.7.p.87
Humanitas Chriſti ſe glorificatā aſpiciēs, animæ etiam glorificationem cupit, ſicut frater,&c. l.4.c.5.n.3.p.88
Verbum,& Humanitas petunt à Patre, vt creaturæ corpus glorificetur. l.4.c.9.n.1.p.95

Humilitas.

Humilitas exaltat quod non eſt. l.2.c.8.n.1.& 2. pag.18
Humilem animam, vt Deus non viſitet,ſe cōtinere non poteſt, l.2.c.15.n.3.p.26
Humilitas tamquam oleum in nuperis Religionis plantis infundanda eſt. lib.2.cap.21 pag.31
Humilitas eſt ſui non eſſe continuata cognitio Ibidem.
Sicut Blaſphemia in ſeculo, ſic in Religione omne verbum, quod humilitatem non ſapit. Ibidem.
Geſtus omnis ab Humilitate alienus, in Religione vitandus. Ibidem n.2.
Nemo vſque ad mortem ab Humilitatis exercitio quieſcere debet. l.2.c.21.n.2.p.31

Digitized by Google

Humilitati repugnantibus, ſponſus Crucifixus eſt dandus in manibus. Ibidem.
Spiritus Dei non quieſcit, niſi in anima quæ propriæ cognitionis centrum reperit; Sicut ſagitta,&c. l.3.c.9.n.3.p.49
Qui eſſe ſuum perſeueranter cognoſcit, cum Deo erit ſemper vnitus. l.3.c.20.n.1.p.63
Humilitas lampadem noſtri cordis cooperit, & à vento defendit, vt ingens lumen emittat l.3.c.28.n.4.p.73
Quantum creatura nihilum in ſeipſa cognoſcit, tantum vigoris, & potentiæ in Deo acquirit, l.3.c.32.n.4.p.78
Humilitas eſt veluti magnes, Deum in animã attrahens. l.4.c.5.p.89
Sicut nihilum præceſsit mundi creationem, ita annihilatio ad mundum gratiæ recipiẽdum præcedere debet, ſicut præceſsit in Virgine in recreatione mundi. Ibid.n.6
Nemo aſcendit in Cœlum, niſi qui deſcendit de Cœlo Ioa.3. ideſt, nemo intrabit in Cœlum, niſi qui in mente ſua adeò ſe deiecit, vt inferno, non autem Cœlo ſe dignum agnoſcat. l.6.c.13.n.4.p.214
Electæ Animæ, non niſi Humilitate ſociæ, Cœlum ingreſſæ ſunt. Ibid.n.5
Humilitas iugiter filios æterno Patri concipit, parturitque. Ibidem.
Humiliauerunt ſe Angeli, quando ab illis ſeparauit ſe Lucifer. n.5.
Quando Humilitas pro matre, prò ſponſa, & pro ſorore habenda eſt. l.6.c.14.p.215
De Anima humilitate carente id agendum, quod de Lucifero actum eſt. l.6.c.14. n.4. pag.216
Palmes viti coniunctus, & ſub terra poſitus, Vitis efficitur: Et anima cum ſponſo ſuo in terram ſe contrahens, vitis fructifera redditur. l.6.c.19.n.3.p.227
Summum Humilitatis fuit in Verbo, quod vſque adeſſe cadaueris ſe deiecerit. l.7.c.35. n.3.p.319
Non antea, non à latere ſe trahi cupiebat ſpõſa, ſed poſt, propter Humilitatem. lib.5.c.1 num.6.pag.143
Sicut Humilitas Verbum ad cellam duxit vteri Virginalis, ſic Humilitate mediante, anima ad Verbum ducitur. l.5.c.12.n.1.p.159
Diuinus amor, nullo iuuitante, Humilem ingreditur animam, l.5.c.17.n.3.p.164
Nemo poteſt Humilitatem acquirere, niſi Verbum in Cruce reſpiciat. l.5.c.28.n.1.p.178
Humilitas, gladius, à quo Dæmon fugit, & omnis alia poteſtas atteritur. Ibid.

I

IEſu nomine audito, terretur Diabolus, l.7. c.13.n.1.p.272
Vbi Ieſus, ibi, & paradiſus. l.2.c.18. n.1.p.28
Conuenit eſſe Angelos, vbi Ieſus inuenitur. Ibidem.
Impatiens amor quid ſit? l.4.c.25.n.2.p.115
Impaſsibilitas Verbi, Ficu aſsimilatur, qui ſtatim folia ſimul cum fructu producit. lib.6. c.28.n.1.p.242
Inconſiderati, in momento ſaltum perficere volunt, ſed retrogrediuntur. l.3.cap.14.n.3. pag.55

Incarnatio.

Cur ſecunda, & non tertia perſona ſit incarnata. l.3.c.12.n.2.& 3. p.52.& 53
Quomodo in incarnatione maior fuerit operatio Mariæ in Verbo quã Verbi cum creatura. l.3.cap.19. n.1.p.62
Conſideratio amoris, quo Verbum carnem aſſumpſit, eſt arbor, dans fructum valdè nutritiuum. l.4.c.20. n.5.p.124.
Incarnationis opus, paſsioni miro modo aptatur. l.6.c.3.n.2.p.197
Verbum Patri æquale, nobis æquale fieri voluit, vt nos æquales Deo, modo poſsibili, eſſemus. l.7.c.3.n.1.p.253
Ad Incarnationem Verbi reſpiciebat Deus, omnia creans, & approbans, tamquam bona, cum omnis creatura ſit homo. l.7.c.6. num.3.p.261
Creato homine tacuit Deus, propter vniõnẽ hypoſtaticam faciendam, quam poſt peccatum manifeſtauit. Ibidem.
Deus primum hominem manibus plaſmando dicebat, ita erunt membra noui Adami, ideoque erga homines magno afficiebatur amore, l.7.c.6.n.3.p.261
Verbum incarnandum noluit Lucifer adorare, non modo ſuperbiens, priuilegium illud ad naturam Angelicam pertinere; ſed etiam putans, carne maculata, nequaquam eſſe induendam: ſed, deceptus eſt, iuxta illud Eccleſiæ, Ars, vt artem falleret. ibidem n.4. pag.263
Verbo non incarnato, Martyrum, & Doctorũ corona defeciſſet. Ibid.n.7 p.264
Verbum, noſtram Humanitatem aſſumendo, nos deificauit. l.7.c.27.n.4.p.295

Ingratitudo.

Ingratitudo, fontem pietatis exiccat. l.2.c.23 num.4.pag.33
Ingrati paſcua Chriſti recuſant, quia eſſe imaginis, & ſimilitudinis quod habent, ignorãt. l.4.c.4.n.8.p.87
Miſericors Dominus, tot nobis largiens dona, aliud obiectum non reperit, quam noſtram ingratitudinem. l.6.c.29.n.6.p.244.
Creatura armabitur in finali iudicio, ad puniẽdum ingratum. l.7.c.10.n.2.p.268
Culpæ, quæ nunc committuntur, propter ingra-

gratitudinem ad tot beneficia; Maiores sũt, & arctius in Purgatorio puniendæ. l.7.c.38. num.1.p.319

Infernus.

In Inferno, creſcente numero damnatorum, creſcit pœna, & conſequenter bellum, l.7. cap.5.n.1.p.259

Cum propter nos aliquis in Infernum non deſcendit, pacem quodammodo inferno damus, illum maiori pœna priuantes. Ibid.

Inquietitudo.

Inquietitudo, ſi in Deo cadere poſſet, in hoc inquietus videretur, quod non poſſet in ſua creatura quieſcere. l.3.c.31.n.1. p.75

Intentio,

Intentione pura, munda, & ſincera ambulare oportet, & væ illis, qui aliã, quam Deo ſeruiendi habent. l.2.c.23.n.6.p.34.

Duas tunicas non deferendas iubet Chriſtus, ideſt, vnica in operibus habenda intentio, l.4.c.16.p.105

De quacumque minima intentione ſumus rationem reddituri. Quid de præceptorum traſgreſsione? l.4.c.36.n.6.p.141

Intuitus.

Intuitus Dei veluti ſol, qui calefacit, & fructus reddere facit. l.2.c.20.n.2.p.30

Intuitus Chriſti miſericordiam operatur, & temporalia retardat flagella, mundo debita l.3.c.32.n.3.p.78

Minimus etiam intuitus, qui ſecundum Deum non eſt, animæ impedit puritatem. l.5.c.30 num.2.p.181

Intuitus Chriſti, hominum corda vulnerabat. lib.7.c.23.num.3.p.278

Inuidia.

Inuidi veluti milui, qui ſemper dicunt, meum, meum, l.5.c.28.n.7.p.180

Inuidia eſt carnalis ſoror auaritiæ. Ibid.

S. Ignatius

S. Ignatius Societatis Ieſu fundator Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis, de humilitate ad Nouitiarum profectum inſtruit, l.2.c.21.p.31

S. Ioannes Baptiſta.

Nullus incomprahenſibilem Verbi gloriam penetrauit, ſicut Ioannes Baptiſta. lib.2. cap.19.p.29.

Ioanne Baptiſta mediante, Beata Virgo laudatur ab Eccleſia. Ibidem n.1.

Ioannes Baptiſta fuit in ventre Sanctificatus, & poſtea pro veritate occiſus. lib.5.c.2. num.5.pag.146

Ioannes Baptiſta in Iordane cognouit Chriſtum eſſe Deum, & hominem. lib.7.c.23. num.3.pag.278

Efficacior in Iordane fuit potentia Chriſti, quam Ioannis Humilitas. Ibidem.

S. Ioannes Euangeliſta.

In Cœnaculo ſupra pectus Chriſti recubuit, & Chriſtus in Caluario de Cruce depoſitus ſupra pectus Ioannis quieſcit. lib.2.cap.13. num.1.p.24

Ioannes, & Magdalena ſepulchrum petentes, inſtruunt nos, vt cum Chriſtus à nobis diſceſſerit, illum quærere debeamus. l.2.c.14. num.3.pag.25

S. Ioannes, quia vnde Spiritus Sanctus emanauerat guſtauerat, ardentiori deſiderio illũ expectabat, & in timori fructu recepit. l.3.c.10,n.5.p.51

Ab Humilitate, Puritate, & Amore, S. Ioãnes dictus eſt Dilectus. l.5.c.17.n.1.p.163

Quieuit in medio peccatoris Chriſti; vbi cor illud ignitum reſidebat, & omnes Chriſti venæ redundabant, ignitum Amoris calorẽ effundentes. Ibidem n.4.p.164

Ioannis puritate opus eſt ad contemplandam theſaurorum magnitudinem in Euchariſtiæ Sacramento præparatam. lib.7.cap.25.n.1 pag.290

S. Ioſeph

S. Ioſeph magno affectu, multiſque incommodis Chriſto itineranti, & ad patriam redeũti inſeruiuit. l.7.c.22.n.4.p.186

S. Ioſepho Chriſtus inſeruiuit, fabri lignarij opus exercens. l.7.c.23.n.2.p.288

Ira.

Ira nihil aliud eſt, niſi accenſio ſanguinis, & à ſuperbia generatur, l.5.c.28.n.4.p.179

Ira eſt veluti lupus ferox, manſuetis deuorans oues. Ibidem.

Iuſtitia.

Iuſtitia tribuit vnicuique quod ſuum eſt. l.4. c.31.n.5.p.127

Anima Deum ſuum ſibi ipſi reddens, ſibi quod ſuum eſt tribuit, nihil enim præter Deum habet anima, quod ſuum dici poſsit. Ibid.

Tribuere proximo quod ſuum eſt, eſt Verbum inco-

incarnatum nobis datum,in illius corde, exemplo,& verbis inſerere. Ibid.

Si cum peccatoribus exerceretur Iuſtitia, ò quam ingens auxilium, quod nō datur, Dei Eccleſiæ daretur. l.5.c.10.n.2.p.157

Cum Iuſtitia fit,& iuſtè exercetur,à Deo procedit, & ab humilitate nutritur. lib.5.c.12 num.2.159

Qui Iuſtitiam habet,ad Deum ſemper oculos dirigit,propter ſimilitudinem, quam habet in Deo. Ibidem n.3.

Iuſtitia Virgines nutrit, cum ſit continuus ſinceritatis actus erga Deum, & proximum. Ibidem.

Malitia in creaturarum cordibus,magis,quam ſanguis Abel, Iuſtitiam proclamat, & vindictam. l.5.c.19.n.1.p.166

Si Chriſtus dilexiſſet nos eo modo, quo dilexit ſe,Iuſtitiam ſuper nos exercuiſſet, ſicut exercuit ſuper ſe. l.6 c.17.n.2.p.219

Sublimata eſt Iuſtitia in Chriſti humanitate, quando exaltatus fuit in Cruce, vt nos omnes in ipſa Cruce exaltaret. lib.7.cap.6.n.2 pag. 260

De rigore Iuſtitiæ, quam Deus exigebat, nulla creatura ſatisfacere potuit, eo quod omnis creatura Deo debebat. lib.7. cap. 27. num.5.p.295

Ob vindictam in carnem Chriſti, nunc Iuſtitia videtur in clementiam permutata.l.7.c.35. n.3.p.313

Iudicium finale.

Iudicium finale tot ſigna præcedens, vt ingratus homo cognoſcat,quod creaturæ ab ipſius ſubiectione ſe liberare voluerit,& armabuntur tamquam ſubditi, tyrannicè ab ipſorum nomine oppreſſi. l.7.c.10. num.2. pag. 268

Chriſtus in die Iudicij veniet tamquam flumē, ſeuera ſua iuſtitia ſeſe dilatans. lib.5.cap.18 n.4.p.165

Iudicium temerarium.

Melius eſt faili, rectè de proximo iudicando, quam Deum offendere, malum proximo apponendo. l.6.c.22.n.4.p.235

Noſtrarum intentionum Iudicium Deus ſibi reſeruauit. Ibidem.

Male iudicantes, diuinam contemnut pulchritudinem. Ibidem.

L

Lac

LAc ob ouicula, ablatis filijs, Paſtor ſumit: Nec à nobis Deus Lac ſumere poteſt, dū propriam retinemus voluntatem. lib.5.c.6 n.3.p.152

Lac ab ouicula ſtante ſumitur, & ab Anima in virtutibus ſtante,Deus lac ſumere poteſt. Ibidem.

Lac exprimitur calidum, & in igne ponitur: Et opus noſtrum in igne paſſionis,& gratiæ poni debet. Ibidem.

Lac non modo ſanis, ſed etiam infirmis eſt cibus, ſed infirmis non debet eſſe adeo calidum. Ibidem.

Lac refrigerat: & electi, ſanctis ipſorum operibus,iræ calorem refrigerant peccatorum. Ibidem.

Lactis proprietates Diuinitati applicantur. l.5.c.24.n.4.p.173

Lac eiuſdem ſubſtantiæ eſt cum dante. Ibidem num.14

Lac cum Chriſtum ſuggeret, magnum erga nos amorem oſtendit,factus indigens nutrimento. l.7.c.20.n.4.p.284

Lactis cibum a Patre dono præſtitum ſumpſit Chriſtus, ſi anima, quæ Chriſto ſimilis eſſe vult, non niſi à Deo prouenientis lactis cibum ſumere debet. Ibidem.

Labor.

In laboribus, & anguſtijs eſt propriè veræ virtutis locus, l.6.c.12.n,2.p.211

Latus.

Lancea Chriſti latus aperuit, & cor eius diuinum penetrauit. l.7.c.34.n.4.p.320

In latere Chriſti nutritur Eccleſia, & in eo illius amantiſſimi cordis recipit expreſſiuum, l.3.c.1.n.2.p.41

In latere Chriſti ingreditur Spiritus Sanctus antequam ad nos perueniat. lib.3.cap.21. num.6.p.66

A Verbi latere Spiritus Sanctus ardenter attrahit amorem; Maiori fructuum copia,quam flore habeat nouum Ver. Ibidem

Latus Chriſti feneſtra eſt ad illius amoris immenſitatem videndam: Et ianua, vt ad capeſſendos diuinę miſericordiæ theſauros ingrediamur. l.3.c.33.n.4.p.90

Qui ad latus Chriſti perducuntur puri ſunt, & Virgines. l.5.c.12.n.1.p.152

Ad lateris cauernam, tribus ducimur gradibus, vel vijs. Ibidem.

In cauerna lateris Chriſti,non modo purificatur anima, ſed etiam ornatur, cum aqua purificet, ſanguis ornat. l.6.c.7.n.1. p.204

Ad os,& latus Chriſti, tamquam ad vbera, os ponere debemus, & compaſſionem attrahere. l.6.c.15.n.4.p.218

Quaſi latro dicitur Chriſtus. l.4.c.1.n.2.p.85

Latroni cum dicitur, Hodie mecum eris,&c. notatur, Verbum eſſe Paradiſum. l.4.c.11. num.4.p.99

Lau-

Laus.

Laus pura, & ſpecioſa laudari vult Deus, l.3. c.19.n.3.p.63
Solo ore, & nulla mentis attentione diuinas perſoluendo laudes; non modo obligationi non ſatisfacimus, ſed Deum offendimus. Ibidem.
Laus Dei in ore electorum SS. Trinitatis magis intimum penetrat. l.6.c.18.n.8 p.225
Deum dignè laudantes, in ſinu Dei collocantur, ibique lacte nutriuntur. lib.7. cap.11. num.2.p.269
Eam laudem cupit Deus, quæ à mundi puriſq; cordibus egreditur. l.7.c.10.n.1.p.268
Cunctæ creaturæ hominem ad laudandum Deum inuitant, & propter hoc obſequij tributum præſtant. Ibidem
Homo pro ſe, & nomine creaturarum, laudare Deum debet. Ibidem.
Se amantium laudem, veluti porcorum cibum Deus reicit. Ibidem n.2
Pura laus in menſa diuinitatis ponitur, vbi Angeli de ea gaudent, & ſancti delectantur lib.7.cap.11.num.2.p.269

Lazzarus.

Lazzarũ reſuſcitando, oſtendit Chriſtus, quod deſcendens in terram, omnes eos in peccato mortuos reperit, & ad gratiæ vitam ſuſcitauit. l.4.c.11.n.3.p.99

Lingua.

Linguam adhuc in Præſepio nec ſoluere poterat Chriſtus, & tamen operando, quid facere debeamus oſtendit. l.7.c.20.n.4.p.283

Lilia.

Inter candida, & fragrantia Lilia Verbum abſconditur; quid ibi agat l.7.c.16.n.2. p.278

Liberum Arbitrium.

Liberum Arbitrium aliquando habere anima nollet, cum ſit cauſa, vt ſeparetur à Deo. l.4.c.33.n.2.p.129
Libertas non ab alio moueri, vel cogi poteſt, niſi à Deo, quam tamen, ſemper ſuauiſſimè, & liberè mouet. l.5.c.2.n.2.p.145
Sanctæ operationes, & motiones, quas in cordis profundo creatura ad Deum trahi perſentit, à Sanctiſsima Trinitate immediatè proueniunt. Ibidem.
Liberum arbitrium clauis eſt humani cordis. l.6.c.5.n.2.p.202
Creato homine tacuit Deus, eo quod reliquerit eum in manu conſilij ſui. lib.7.c.6.nu.3 pag.261

Liber.

In Libro nobis ignoto, omnium peccatorum, & iuſtorum opera Deus adnotare facit. l.5. c.19.n.2.p.166
Liber hic coram tremendo Iudice, ad electorum lætitiam, & reproborum damnationẽ legendus. Ibidem
Liber eſt Verbum humanatum, triplicẽ dans cognitionem. l.5.c.27.n.4.p.177

Liberalitas.

Liberalitas eſt veluti oliua fructificans. lib. 5. c.28.n.3.p.179
Liberalitas Dei tanta eſt, & in dando tantum ſibi complaceat, vt donum exiſtimet, ſua nos dona recipere. l.4.c.18.n.3.p.108
Ligari in manibus voluit Chriſtus, vt nos ſuos, & Patris manus, ne nos caſtiget, ligaremus. l.6.c.19.n.7.p.229

Lux.

Lunam, cum Maria, ſub pedibus tenere, quid ſit. l.6.c.19.n.2.p.226
Lux in ſe clauſa eſſe non poteſt; ſic anima lucem poſsidens viuificantem, hanc continere non valet, quia proximis eam diffundat. l.3.c.26.n.1.p.70
Cur aliqui magis tenebras diligant, quam lucem. ibidem n.2
Luce ſua, Verbum, creaturas omnes ſibi clariores circumdat, ipſo iugiter in ſtabili ſuo thuono permanente. l.3.c.27.n.1.p.71
Nemo abſque lucis beneficio aliquid videre poteſt, niſi prius ipſam lucem cognoſcat. lib.3.cap.31.num.3.p.76

M

Manſuetudo in verbis eſſe debet, ita tamen, vt ſtultitia non ſit. l.3.c.1.nu.1. pag.41
Verbum gigas eſt, & ſuper agnos, ideſt animas humiles, & manſuetas requieſcit. l.4.c.13. pag.202
Manſuetudinis dentes habendi, ad deglutiendum, ideſt operandum, lib.4. cap.15. n.4. pag.105
Propter manſuetudinis pulchritudinem in conſpectu Dei trahimur. l.5.c.7.n.2.p.154
Manſuetudo velut Columba eſt, omnibus dilectationem afferens. l.5.c.28.n.4.p.179
Manus ſuas Chriſtus clauis configi permiſit, vt operationes noſtras cum ſuis perfectè vniret. l.6.c.20.n 6.p.232

Mala Punica.

Malo punico Humanitatis Chriſti pulchritudo aſsimulatur. l.6.c.22.n.1.p.234

Mali

Mali punici fructus cum inclinantur, paruulos ad eos capiendos inuitant. Ibid.

Malorum punicorum cortex, aliquamſi amara: ſic Chriſtus amarus videbatur in Cruce, latto tamen ſciuit paradiſi dulcedinem ſumere. Ibidem n.2

Mammilla humanitatis, eſt paſsionis Chriſti imitatio. l.7.c.20.n.4.p.284

Maria Virgo.

Maria Virgo fuit à principio cum eo, qui erat abſque principio. l.2.c.4.n.3.p.15

Maria cum in vtero Chriſtum portaret, mortuum ſe viſutam ſciebat. l.2.c.13.n.1.p.24

Libenter cum Chriſto ſuum dediſſet ſanguiné. Ibidem.

Mariæ plantus, & inuocatio in Chriſti ſepultura. Ibidem n.2.& 3

Maria Chriſtum reſurgentem expectans, canebat illud Dauidicum. Exurge gloria mea, pſalterium manibus pulſans. lib.2. cap 14. num.2.p.25

Maria Virgo cur prima omnium, Chriſtum reſurgentem videre meruit. lib.2. cap.15 num.1.p.26

Maria ſic erat diuinæ voluntati conformis, vt ſi Deus voluiſſet, in æternum in terra manſiſſet. l.2.c.18.n.2.p.28

Qui miſericordiam non inuenit, vel à Dæmone poſsidetur. ad Mariam recurrat. Ibid.

Maria intuitu ſuo, Angelos lætificat, peccatores confortat, & diuinam mitigat iram. l.2. c.24.n.2.p.34

In oculorum eius plenitudine, totus ſibi complacet paradiſus. Ibid.n.3

Aſcendens in Cœlum, paradiſum in terra reliquit, nimirum caſtitatis in auditũ exemplum. Ibidem.

Quo ſigillo Maria dicitur Fons ſignatus, porta Cœli, &c. Ibidem n.4

Qui cum Maria in Cœlum aſcendere volunt, Mariam imitentur, ideſt opetentur, vt mortui. Ibidem n.6

Maria multoties Spiritum Sanctum recepit: cumque cum Apoſtolis expectans, per ſingula momenta cum donis, & gratijs recipiebat. l.3.c.10.n.1.p.50

Maria quomodo de Filio gloriari poſsit. Ibid. num.3

Ad incarnationem concurrens, increatum recreauit: Et quomodo pacem dedit Verbo. l.3.c.16.n.2.& 3.p.57

Maria dans Verbo eſſe humanitatis; reddidit ex parte eiuſdem humanitatis hominem aptum ad viſionem Dei. l.3.c ap.17. nu.3. pag.59

Maria mediãte eſſe quod Verbo dedit, ad Angelorum numerum reſtaurandum concurrit. l.3.c.18.n.5.p.61

Ad Angelorum creationem Maria tamquam prædeſtinata Mater Dei concurrit. Ibid.

Per Mariam, aſpirans deſiderium diuini honoris complerum eſt in Angelis, ex quo nobilitata eſt natura Angelica. Ibidem.

Maria fuit prima ad gratias agendum de dono humanitatis, corde prius, & ore dicendo. Magnificat, &c. l.3.c.19.n.4.p.63

Maria Verbum generando, æterni Patris aſſumit eſſe, quod eſt ipſum Verbum generare, & cunctas creaturas. l.4.c.10.n.6.p.98

Concurrit cum Verbo, & Spiritu Sancto in regenerandis creaturis, cum pro illis ſempet intercedat. Ibidem.

Maria cum ſe Ancillam dixiſſet, Ancillę miniſterium in domo Eliſabet exercuit. lib.4. c.33.n.9.p.133

Maria quia Mater noſtra eſt, ad purificanda corda noſtra ſemper in promptu eſt. l.5.c.4 num.5.p.149

Mariæ puritas velut flumen, ſe dilatabat, deprimebat, terram, ideſt filij ſui corpus, lachrymis irrigabat. l.5.c.18.n.3.p.165

Pedes Verbi ad quærendam errabundam ouiculam ambulant, & Mariæ pedes ad ſequẽdum Verbum, vt peccatricibus animabus miſericordiam impetret; Thahe me poſt te. l.5.c.26.n.1.p.175

Mariæ Vbera veluti duo fontes, lac purgatorij animabus ſcaturientes. l.5.c.36.n.4. p.194

Maria SS. Trinitatis complacentia, Prophetarum Dioptra. l.6.c.3.n.1.p.197

Maria ad inſtar Moyſis, firmam æterni Patris petram, Virga humilitatis percuſsit, quando ad ſinum Patris oculos fixit. Ibid.

Libentius ne in Cruce, an in Mariæ vtero Chriſtus permanſerit? Ibidem.

Maria, cum Chriſto in vtero portaret, ne eidem eſſet incommodo, à laſsitudine abſtinebat. l.6.c.3.n.2.p.198

A Chriſto in vtero exiſtente, ad ſeptem petitiones faciendas edocta eſt. ibid. n.4

Quomodo Verbum, Mariæ ſinum delitijs ſuis expoliauerit. ibid.n.3

Maria iugiter humani generis fragilitatem commemorabat, vt erga eum Pater pietatem oſtenderet. ibidem n.2

Maria eadem lancea, qua Patris cor, & Chriſtum in Cruce vulnerauit. ibid.n.4.

Maria paruula ad filij dexteram viſa eſt, Vas dulcis liquoris in manibus habens. l.6. c.8. n.1.p.205

Cur Chriſtus Mariam in ſociam noluit in deſerto. l.6.c.18.n.3.p.223

Cum Chriſto reſuſcitato Maria colloquium habuit, non verborum, ſed aſpirationis, & reſpirationis. l.6.c.20.n.7.p.233

Si Maria ſolummodo filium adoraſſet, neceſſaria obſequia exhibere minimè potuiſſet. l.7.c.20.n.4.p.284

Deus propter Mariam, tanquam creaturis omnibus nobiliorem, mundum creauit. l.7.c.21.n.2.p.284
In omni opere Dei, Maria ſemper cum Deo fuit. Ibidem.
Maria ſemper fuit Sancta, & ab omni peccati macula alieniſſima. Ibidem.
Maria fuit concepta ſine macula, nec minimũ in tota ſua vita defectum commiſit. lib.7. c.29.n.2.p.299
Cum matre commorans Chriſtus, paſſionem ſuam, Reſurrectionem, & glorificationem enarrauit: Cuius benedictionem popoſcit, quam alter alteri impendit, & oſculati sũt. l.7.c.24.n.3.p.290
De tribus exceſſibus amoris Chriſtus cum Maria loquutus eſt: Et primo de amore conformitatis, cum Humanitate ſua, quia ipſa concepta fuit ſine macula, ille Spiritus Sancti virtute. l.7 c.29.n.2.p.299
Tres paſsiones habuit Maria in filij paſsione. Ibidem n.3
Ante quam Chriſtus ad paſsionem pergeret, curſe cum Patre, & cum Spiritu Sancto nõ condoluit, ſed ſolam cum Maria? Ibidem num.5.
A Patre Chriſtus ſolatium noluit, eo quod in Cruce Matris præſentia illi noua Crux eſſet Ibidem.
Diſrũpebatur Mariæ cor, iugiter ad Filij paſſionem reflectens, amoriſque lachrymas foras emittebat. Ibid.n.
O quare erat illud Mariæ gaudium, videns, quod Chriſti ſanguis omnium electorum ſtola eſſet futurus. Ibid.p.301
S. Maria Magdalena in Caluario Monte, eadem quæ antea, in oſculandis Chriſti pedibus præſtauit, obſequia. l.2.c.13.n.1.p.24.

B. Maria Magdalena de Pazzis.

Potius mori cupiebat, quam altam offendere puritatem. l.1.c.1.p.1.
Angelos, & Dei Matrem habuit in cuſtodiam l.1.c.2.p.2
Viginti præcepta à Chriſto recipit. l.1.cap.3 pag.2
Sicut creatura abſque corde, Ita Chriſtus ſine Beata Maria eſſe nequibat. lib.1.c.7.nu.2. pag.6.
Intenta ad horam, in qua Chriſtus expirauit, ſpiritum quem ille æterno Patri tradidit, ipſa recepit. Ibidem.
Diuini ſponſi, cor, & ſpiritum in repoſitum habuit. l.1.c.9.n.2.p.7
Extra Indias, inter Turca, imo, & purgatorij pœnas experiri, pro animarum ſalute cupiebat. l.1.c.14.n.1.& 2.p.9
Si mille vitas habuiſſet, omnes pro Deo profundiſſet. l.2.c.5.n.1.p.15.
Intolerabilem experiebatur pœnam, electorũ gloriam cunctis enarrare non valens. Ibid. num.4
Sacra ſtigmata à Chriſto crucifixo recipit. l.2 cap.7.n.3.p.17
Omnium creaturarum voluntates ad Chriſtũ adducere cupiebat. l.2.c.9. num.1. pag.18 & l.5.c.19.n.7.p.160
Annulo deſponſatur à Chriſto. lib.2.cap.11. num.2.p.21
Cum deſponſaretur, nil aliud à ſponſo petijt, niſi boni augmentum, & ſpirituale lumen pro creaturis. Ibidem.
Spineam recipit à Chriſto coronam, Maria, Catharina, Auguſtino, & Angelo Carmelita aſſiſtentibus. l.2.c.12.n.3.p.23
Ieſu corde digna efficitur. lib.2.cap.14. nu.1. pag.25
Qualibet hora pro creaturis martyrium ſubire voluiſſet. ibidem.
A S. Ignatio de humilitate, & à S. Angelo de paupertate inſtruitur. lib.2.cap.21. & 22. pag.31.& 32
Verbum caro factum eſt, cordi à S. Auguſtino recepit inſcriptum. l.2.c.5.n.1.p.15
Spirituale exercitium componit, & exequitur, l.2.c.27.p.37
Flores, quos in pedibus Chriſti, & Margaritas, quas in dextera colligit, toti mundo communicare vellet. l.4.c.4.n.2.& 3.p.86
Spiritum Sanctum cum donorum plenitudine tandem recipit, l.4.c.35.n.2.p.139
Profundiſsimæ, & inauditæ humilitatis actus elicit, l.6.c.21.n.3.p.233
Omnia poſſe cupiebat, vt creaturas ad Deum perduceret. l.7.c.5.n.2.p.259
Reſpuens infima, ſuperba eſſe volebat, Deum maximum appetendo. lib.7.c.23.n.1.p.278

Martyres.

SS. Martyrum ſanguis, aliorum Martyrum extitit ſemen. l.7.c.26.n.1.p.292
SS. Martyres cum in patibulis eſſent, læti videbantur, eo quod in corde à Deo cõfortarentur, l.7.c.36.n.3.p.316
Imò à tormentis liberati, triſtitiam oſtendebant. Ibidem.
Tormenta aliquando, quæ Martyres ſentire debuerant, in ipſis Tyrannis tranſire videbantur, &c. Ibidem.

Medium.

In Medio ſtans Chriſtus, adorandum eſſe, & imperare poſſe oſtendit. l.4.c.8.n.1.p.93
In Cœlo, in medio, ideſt in ſinu Patris, oſtendit ſe iudicem, Qui enim iudicaturus eſt, nõ in angulo ponitur. ibidem
Deum in Medio, tamquam lucernam tenere de-

debemus. lib.5.cap.27. num.8.p.178
Media ad Spiritum Sanctum recipiendum cõducentia. l.5.c.25.p.174
Cum in medio verę virtutis Deus permaneat, in voluptatibus verè non inuenitur. lib. 6. c.12.n.2.p.211
Quomodo anima media eſſe debet inter Cœlum, & terram. l.6.c.29.n.7.p.245
Mel amoris, & compaſsionis, velut Apes, à proximis attrahere debemus. lib.6. c.17. num.4. pag.220

Mendaces.

Mendaces in inferno, liquefacto in ore plumbo, valde torquentur. l.2.c.23.n.4.p.33
Mendacia, & detractiones, Humanitatis Chriſti contemnunt pulchritudinem. lib.6.c.22. num.4.pag.235

Miſericordia.

Miſericordia Dei quolibet multiplicatur momento, quemadmodum iugiter contra Deum multiplicantur offenſæ. l.3. cap.32. n.4.p.78
Verbum in ampliſsimo miſericordiæ prato collocatur. l.3.c.27.n.2.p.31
Quemadmodum cor in pectore reſidet, ſic in Humanato Verbo eſſe miſericors Patris, l.3 c.33.n.4.p.80
Poſtquam Verbum in terram deſcendit, Deus miſericordiam potius erga nos exercuit, quam iuſtitiam, l.5.c.5.n.1.p.150
Dei Miſericordia, quo Arcu, Telo, Dioptra capienda eſt tamquam preda. lib. 5. c.35. n.5.p.192
Maior Dei Miſericordia oſtenditur in ferendis offenſis, quam in proprio ſanguine ſemel dando. l.6.c.5.n.6.p.203
Verbum, vt Miſericordiam nobis faceret, ſibi iuſtitiam aſſumpſit. l.7.c.3.n.5.p.256
Iuſtitiam cum Miſericordia Deus mirabiliter innectit; Ita vt iuſtitia ſemper ſit miſericors, l.7.c.38.n.2.p.319
Non vera miſericordia, manifeſta iniuſtitia eſt. Ibidem.

Modeſtia.

Modeſtia exterior, deuotione ſocianda, quia non eſt abſolutè virtus, niſi ab intrinſeco oriatur. l.6.c.17.n.4.p.221

Mæſtitia.

Mæſtitiæ ſuæ tenebris, Chriſtus in horto, mæſtitiæ noſtræ tenebras depellere volut. l.7. cap.26.num.2.p 292

N

NArratio Diuina quid ſit. lib.4. cap.21. num.1. pag.110

Natura.

Natura noſtra propter Humanitatem Verbi, glorioſior in Cœlo apparebit, quam natura Angelica, l.6.c.20.n.5.p.232
Naturam recuſare ſtultitia eſt, quia ad Dei gloriam ea vti poſſumus. lib.7.c.23. nu.1. pag.278
Donum eſt, & Naturæ magnitudo, magna naturaliter cupere: Et ſic hominis natura, magna, & ſublimia appetit, quid ſublimius. Deo? Ibidem.
In Natura operatio arte facta, operanti nomen dat. l.4.c.22.n.3.p.111

Nauis.

Nauis eſt Chriſtus, cuius Gubernator eſt amor vela Spiritus Sanctus. lib.7.cap.26. num.4 pag.293. et pag. 101, et 102 —
In hac Naui nos eſtis per conformitatem, & transformationem proicere debemus, & ſecurè dormire. Ibidem
In hac Naui dormientibus nulla tempeſtas. Ibidem.
Neceſsitas pura tum exiguo indiget, vt eſſe vix dici poſsit, & quaſi nihilum ſit. lib. 4. c.30.n.8.p.127
Noe octo animas in Arca clauſit, & octo cognitiones debent in Arca animæ claudi, l.4. cap.33.num.3.p.130

Nomen.

Nomen A, A, A, quam ſignificationẽ habeat l.3.c.32.n.4.p.78
Nomen nouum accipere, digna declaratur anima, Verbo deſponſata. lib.4.cap.20.n.6 pag.110
Nomen, paruum flumen amittit, maioris nomina retento, ſi ſimul concurrant; ſic Spiritus Dei in anima. l.4.c.23.p.112
Nomen Ieſu, Patrem placat, dat iubilum Angelis. l.6.c.1.n.1.p.195
Noua ſemper Verbo placuerunt. Ecce noua facio omnia. Et quid ita nouum, vt Deus homo? l.7.c.20.n.2.p.283

O

OCulus intellectualis, humore ſuperfluitatis rerum terrenarum excæcatur. lib.2. c.20.n.3.p.30
Oculi Humanitatis Chriſti in Cœlo, diuas amoris

Digitized by Google

moris flammas in Beatis accendunt. lib.3. c.32.n.2.p.77
Intuitu Oculorum Chriſti, Petrus ad flendum peccatum fuit eleuatus. Ibidem.
Eorum oculorum intuitu, paternæ ſuæ prouidentiæ pignus infundit, vt vitemus inſidias Ibidem.
Oculi Chriſti pro infidelibus, miſericordiam in diuino pectore excitant, vt ſi non conuertuntur, ſaltem ne citius æterno damnẽtur ſupplicio, l.3.c.32.n.3.p.78
Oculus libenter voluitur ad rem amatam: Et ſi Deum diligis, vide an in ipſo Deo figatur oculus tuus. l.6.c.17.n.4.p.220

Obedientia.

Obedientia, in nulla re etiam ſancta, voluntatem habet. l.5.c.13.n.1.p.160
Coram Deo maius eſt opus paruum, obedientia, & ſimplicitate factum, quam aliud excellentius, humanæ prudentiæ diſcurſu. l.5.c.15.n.2.p.162
Obedientia, lectulus Salamonis: & fœlix Religio, in qua talis dulcis obedientiæ lectus inuenitur. l.5.c.32.n.3.p.186
Perfecta Obedientia nullam reſpicit creaturã, ſed ſolum Deum in creatura. lib.6. cap.8. num.10.p.208
Obedientia læta, humilis, ſimplex, & velox eſſe debet. Ibidem c.9
Qui ſuperiorem tamquam Dei vices gerẽtem in corde habet, ſpecialia à Deo dona obtinebit. l.6.c.10.n.9.p.209

Opus.

Opus vt ſit Deo gratum, voluntarium eſſe debet. l.1.c.2.p.1
Opus, & verba, tamquam nouiſsima cogitãda, l.1.c.3.n.1.p.2
Opera noſtra licet vilia in vnione Humanitatis Chriſti offerre debemus. lib.4.c.8.nu.7. pag.94
Opera noſtra non infimis, ſed Regi enarranda. l.6.c.16.p.218
Quod pro Dei amore agitur, alicuius momenti, alicui eſſe debet, & occultum. l.4.c.17 n.2.p.107
Opera maiora facturos fideles, Chriſtus promittit: Ideſt maiora, apparenter, & quo ad humanum iudicium, non quo ad virtutem, cum omnis virtus à Deo procedat. lib.7. c.37.n.4.p.318
Orauit Chriſtus in horto in fremitu amoris, & & pro tribulatis ſolatium obtinuit. lib.7. cap.32. num.2.p.306

Oſculum.

Oſculum inauditum dare, & recipere, Verbi exercitium eſt. l.5.c.20. n.1. p.169
In facie datur Oſculum, cuius nec ſignum, nec forma aliqua remanet, Ita oſculum puritatis. Ibidem.
Chriſtus à Iuda ſe Oſculari permiſit, vt poſſit iugiter ab electis ſuis oſculo pacis oſculari. Ibidem num.2

Otium.

Otioſis, opera ſua ſpiritus diuinus haud enarrat. l.6.c.16p.218
Si Chriſtus currit vt Gigas, feſtinandum; nè ab oculis fugiat. l.7.c.12.n.2.p.271

Ouis.

Ouis non modo paſcua recipere, & à paſtore conduci debet, ſed etiam fructum reddere l.4.c.14.n.1.p.103
Cibum ſe maiorem ſumere non debet; ideſt Anima, Dei gloriam non vſurpare, l.5. c.6. n.5.p.152
Tripliciter ſuam Deus vocauit ouiculam. Ibid. num.4
Ouile Chriſti eſt ſinus Patris, Eccleſia, & anima, l.4.c.1.p.82
Quomodo Verbum intret in Ouile ſinus Patris, ſi ab eo nunquam diſceſsit. ibid.
Huius Ouilis ianua eſt æqualitas, quam Verbũ habet cum Patre. Ibidem.
In Ouile Eccleſiæ Chriſtus, limpidiſsimam gratiæ ſuæ aquam ouibus impertit. l.4. c.2. n.2.p.84
In animæ Ouile Chriſtus cum toto ſeipſo vnitatem SS. Trinitatis continente ingreditur cum infinita gratiarum copia. lib.4.cap.3 num.1. pag.84

P

Palatium ſpirituale quomodo conſtruendum, l.6.c.5.p.201
Panis Cœleſtis quomodo nutritus fuerit in ſinu Patris, coctus in Cruce, &c. l.4.cap.15. n.3.pag.105
Panis Verbum, ſed quomodo in furno poſitus, & à furno eductus. Ibid.n.5.
Paruulus factus eſt Chriſtus, vt inter anguſtias noſtri cordis poni poſsit. l.6.c.28. num.1. pag.242
Paradiſus dicitur deſertus, quia à paucis incolitur, reſpectu multorum damnatorum. l.3. c.21.n.5.p.66

Paſtor.

Paſtor Eccleſiæ Chriſtus, ſui intrinſeci amoris baculum ſimul, & flagrum aſſumit. lib.4 c.2.n.3.p.84

Sicut

Sicut Agnus Paſtorem, ſic Deus creaturam ſequitur. l.4.14 n.3.p.103
Quæ in bono Paſtore requiruntur. l.4. cap.3. num. 3.pag.85.
Chriſtus incepit à Ventre Matris plus gregem amare, quam ſeipſum, deſiderio vitam ponens. Ibidem.
Præceſsit gregem, æternitate,& præuenit gratia, baculo interni luminis. Ibidem n.4
Paſtor, eanem, ideſt conſcientiæ ſtimulum ducit ad Euangelij Paſcua, ad bibendum in lateris fonte. l.4.c.3.n.4.p.85
Paſtor, igne defendit Agnos à Lupis: Et nos igne charitatis, Lupum qui Deum in nobis vellet deuorare. l.4.c.14.n.4.p.103
Paſtor baculum habere debet,& anima baculum cõſolationis,Virga tua,& baculus tuus. Ibidem n.5
Agnum in ouile introducere debet Paſtor, ne prædetur,& nos Agnum Verbum in Catholica Eccleſia. Ibid.p.104
Quæ Paſtoris officia erga nos Deus exerceat. lib.5. c.5.num.2.pag.150

Paſsio.

Paſsio Chriſti, veſtimento ſanguinis, valet, ad inſtar Iacob, noſtro dicendi modo, æternũ patrem decipere. l 7.c.29.n.6.p.300
Si Humanitati Chriſti fuiſſet conceſſum, pro quolibet in particulari totam paſsionem pertuliſſet. l.7.c.32.n.3.p.307
Si Animæ Chriſti pœnam ſibi illatam à nobis conſideraremus; infernum potius, quam mortaliter peccare eligeremus. ibid.n.4

Pater.

Pater æternus præſtat Mariæ ſuum generare Verbum, & creaturas regenerare Verbo. l.4.c.10.n.6.p.98
Pater totum ſuum eſſe Verbo confert. Et Verbum cum Patre Spiritu Sancto. l.4.cap.10. num.1 p.96
Pater, qui nec dexteram,nec ſiniſtram habet, quomodo dicit Verbo. Sede à dextris meis? l.4.c.11.num. 1.p.98.
Prius in ſinu Patris animæ eſſe debent,vt inde in Chriſti vulneribus nutriantur. Ibidem n.6.p.99
Pater cum ſit eiuſdem ſimplicisſimæ naturæ cum Verbo,ſe in ſuo Verbo creaturæ ſubiecit. l.4.c.18.n.2. & 4.p.108
Pater æternus dicens. Hic eſt filius meus dilectus, oſtendit, quod ille eſt ſcopus amoris Patris, & noſtrorum etiam cordium amor eſſe debeat. l.7.c.23.n 4.p.289
Pater æternus, dona conferens creaturæ, eam vt benefactricem ſuam agnoſcit,donumque exiſtimat, quod illa recipiat. lib.4. cap.18 n.3.p.108
Pater æternus ſe debitorem creaturæ putat, quæ fuerit cauſa, vt bonitatem ſuam communicaret. Ibidem.
Pater æternus aliquas ſponſas in Verbi ore, aliquas in latere collocat. lib.4.cap.19.n.3 pag.109
Verbum in Patris ſinu, ſanguinem quodammodo fundit. l.4.c.28.n.1.p.119
Pater æternus Pincerna in ſpirituali menſa,vinum ſibi ſoli notum infundit. l.6.cap.5.n.2. pag.201.
Pater in incarnato Verbo, eſſe ſuum in nobis traſformauit. l.7.c.17.n.1 p.279
Pater ſibi complacebat,quod Verbum in puriori, & Immaculato vtero incarnaretur. l.7.c.31.n.3.p.305
Pater ad dandam nobis angelorum cuſtodiam motus eſt à puritate Matris, & filij, quam in duobus ſpeculis intuebatur. Ibid.p.306

Pati.

Pati prò Dei amore, maius eſt, quam Deum ipſum poſſidere. l.2.c.18.n.5.p.29
Eo magis nos diliget Deus, quo omni conſolatione priuati, aliquid pro eius amore patimur. l.6.c.12.n.6.p.212
Chriſto ſolatium erat,pro nobis quantumlibet pati, Ideo Myrrhatum refutat vinum, l. 7. c.28.n.2.p. 296
Paulus Apoſtolus totum mundum ad duellum prouocare videbatur. l.4.c.22.n.1. p.111

Paupertas.

Paupertas debet eſſe ſponſarum Chriſti mammilla: & ſponſa, quæ paupertatem non diligit,vt leproſa vitanda eſt. lib.2. cap. 22. num.1.p.32
Sponſarum filij,& opera, non alio, quam paupertate ſunt veſtiendi. Ibidem.
Paupertatem adeo diligit Deus, vt animæ eã poſſidenti,nequeat non ſeipſum,& Regnum ſuum tradere ad poſſidendum. Ibid.
Anima paupertatem poſſidens, Martyrij coronam vſurpat. Ibidem.
Paupertate, & humilitate,veluti balſamo inũgi debent animæ,ad Mariæ habitaculum accedentes. Ibid.n.3
Paupertatem poſsidentes,infernum confundũt habentque poteſtatem portandi in manibus caput Oloferni. Ibidem.
Paupertatem poſsidentibus, Maria blandietur, & lac ſuum diſtillabit. Ibid.
Non ſolo paupertatis amore, ſed etiam exercitio, appetitus ſatiandus eſt. ibid.
Quo pauperior eſt anima, eo magis Deus in ea theſauros ſuos, quibus paradiſum comparare poſsit, reponit. lib.4.cap.16.nu.5. pag.106

Pau-

Pauperibus non os, ſed aures inclinandæ; iuxta illud Eccleſiaſtici 4. Cur? lib.6. cap.17. num.1.pag.219
Locuplex eſt paupertas, quia Theſauros ſuos Deus in paupertate concluſit. lib.7.cap.15 n.1.pag. 276
Paupertatem aſſumpſit Verbum, vt diuitias ſuas daret. Sicut, quod eſt vacuum in ſigillo, plenum eſt cera informante, & è cõtrà. Ibidem.
Paupertatem amantes, oſtendunt, Dei Theſauros agnoſcere. Ibidem.
Chriſtus cum nudus eſſet, Regis Titulum in Cruce acceptauit, vt paupertatis regnum ad intelligendum daret. l.7.c.15.n.2.p.276
Quam delectabilis ſit Deo anima, paupertatem ſequens. Ibidem.
Paupertas Animam Reginam, & Imperatricẽ facit, non modo, quia iudicabit cum Chriſto ſedens, ſed etiam quia Dæmon, & quæcumque alia creatura eam pertimeſcit. Ibid num.3
Anima per paupertatem, Magni Regis effecta; ſceptro ſuo Deum ipſum inclinat. Ibid.
Congregationes in paupertate deficientes, latronum ſpeluncæ euaſerunt. lib.7. cap.2. num.1. pag.212

Pax.

Prima pax affectuoſi ſpiraminis in Throno SS. Trinitatis data eſt. Secunda, in corde Verbi, per acceptationem decreti incarnationis. l.3.c.15.n.1.& 3.p.56
Pace hac, concepta, & deſtinata fuit forma creandi Angelos, hominem ad Dei ſimilitudinem, & vniendi Verbum ipſi homini. Ibidem n.2
Pax vera non eſt in diuitijs, & delitijs, ſed bellum. l.3.c.19.n.2.p.62
Pacem, dum in mũdo ſumus habere videmur, ſed fallimur. Ibidem.
Pax vera eſt tranquillitas cordis, conſcientiæ ſeneritas, claritas, & participatio luminis, ſplendorque cæleſtis. Ibid.n.3
Pax, poſt diuturnam cum iuſtitia alteratione, victoriam prò incarnatione reportauit. l.4 c.10.n.4.p.97
Sicut pater non diſcordat à filio, nec filius à patre, nec ambo à Spiritu Sancto; Ita filiæ Mariæ nec diſcordare debent. l.4. cap.36. n.4.p.140
Pax, & vnio ficta inter peccatores, non diuturna, quia vinculum illud ſtuppæ filo debilius rumpitur. l.6.c.29.n.10.p.246
Deus eſt offenſus, & ad pacem petendam eſt primus. lib.7.c.3.n.5.p.256
Pax eſt ſapientiæ fructus, reſpicitque præteritum, præſens, & futurum. lib.7.cap.4.n.2. pag. 258
Pax multipliciter dari poteſt, in Religione, in purgatorio, in Inferno ſuo modo, in Cælo, &c. l.7.c.5.n.1.p.258
Pedes ſuos Chriſtus configi permiſit, vt affectus noſtri cum ſuo vniantur. lib.6.cap.20 num.7. pag.232

Peccatum.

Peccatum Euæ principaliter non fuit gulę, vel inobedientiæ, ſed eſſe ſimilem Deo in intelligere. l.3.c.12.n.3.p.53
Qui peccatam facit, quod eſt nihilum, ſeruus eſt peccati, & minus nihilo efficitur. lib.3. cap.33.num.4.p.80
Non ita difformis eſt lux à tenebris, ſicut difformis eſt anima à Deo, per peccatum ſeparata. l.4.c.20.n.4.p.88
Peccatum, monſtrum horribile obtenebrans, &c. l.4.c.7.n.3.p.91
Peccata, & iniquitates coegerunt Deum, vt diluuium mitteret ſuper terram. lib.4.c.33. num.3.p.130
Affligeretur Deus, ſi poſſet, iniquitatẽ in corde hominis intuendo. lib.5. cap.19.nu.3. pag.166
Peccatores ſunt in profunda abyſſo adeo magna, vt non niſi a potentia, & bonitate Dei valeant liberari. Ibid.n.4.
In peccato exiſtenti, dici poteſt, Nõ eſt ei ſpecies, neque decor. l.3.c.10.n.4.p.51
Nobis aliquando paruæ videntur offenſę, quia magnam Dei bonitatem, haud viuaciter penetramus l.5.c.19.n.8.p.168
Peccatores, vt cæci, aliquem, ideſt Verbum appropinquare ſentientes, retroceduut. l.5. c.34.n.7.p.190
Impoſſibile eſt, vt Deo vniatur anima, quæ in ſe retinet culpam. l.6.c.12.n.8.p.212
Magna potentia eſt vnum conuertere peccatorem, & ad illius ſalutem cum Patre, Verbo, & Spiritu Sancto cooperari. lib.6. c.26. n.2.pag.240
Ad maledicendum peccatum, mille linguę cupiendæ, l.7.c.32.n.4.p.370
Peccãtum tamquam fortis armatus, pacificã tenebat mundi poſſeſſionem; fortior tamen illo armatus, Amore, eum ſuperauit, non tamen ſine ſanguine. Ideo factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis, &c. lib.7. c. 26. num.3.pag.293
Si Chriſti pœnam à nobis illatam cogitaremus, Infernum potius, quam mortaliter peccare eligeremus. lib.7.cap.32. num.4. pag.307
Chriſtus in Cœlo poſtpoſitus fuit Barabæ, ideſt peccato l.7.c.33.n.4.p.309

Pellicanus.

Pellicanus genitos ſuo sãguine nutrit, l.4.c.31 n.5.p.127

Amoris vnio Pellicanus,nos ad Chriſti dexteram collocans. l.6.c.29.n.5.p.244

Perſona.

Perſona Diuina infinitas valet ſuſtentare naturas,l.7.c.40.n.1.p.321

Pilatus ſapienter,non ſapientia ſua Chriſtum vocauit hominem, dicendo. Ecce Homo, l.7.c.33.n.5.p.310

Piſcis hamo faciliter capitur,captus lente trahendus,ſic qui corripitur, l.6.c.14.num.4. pag.216.

Potentia Dei Pino aſſimilatur, ad ignem ponendus, vt medulla eliciatur, l.6.c.26.n.1. p.240

Prædeſtinatio.

Diuinæ diſpoſitionis in rebus omnibus conſideratio, fructus eſt, ſed in arbore relinquẽdus,nihil enim Deus abſque magna ordinatione, ac ſapientia efficit. l.4.c.30.num.5. pag.124

Deus nec in minimo vult arbitrij noſtri libertatem, violentiam pati, ſed amanter allicit l.4.c.12.n.2.p.101

Quod ijs, Deus inſolita, & incognita immittat iacula, reddi alia non poteſt ratio, quã diuinum beneplacitum. Ibidem n.1

Ait Chriſtus. Vado parare vobis locum, qui tamen paratus erat à conſtitutione mundi, & ab æterno: Vt pluribus operibus bonis elaborando,locum ipſum ab æterno paratum adipiſcamur. Vnde non Regnum inquit, ſed locum. l.5.c.8.n.1.p.154

Omnia propter ſemetipſum operatus,eſt Dominus, ideſt,propter ſuam bonitatem, non per meritum noſtrum. l.6.c.29.n.6.p.245

Proditor.

Proditoris pedes,Chriſtus lauare minimè prætermiſit. l.4.c.33.n.15.p.135

Proditor à Chriſto vocatur amicus, cupienti vt proditores amici eius euadant. l.6.c.19. num.8.p.229

Proditor aliquando agni pelle veſtitur,ad quẽ agnoſcendum, oculos gratia diuina illuminatos habere opus eſt. l.7.c.27.n.1.p.294

Promiſſio.

Non promittere melius eſſet, quam poſtea à præmiſſis deficere. l.3.c.24.n.2.p.68

Promiſſionum Chriſti Virga, Chriſti cor percutitur,qua latus aperiẽte,largiſſimè aquarum gratiæ oriuntur.l.4.c.33.n.7.p.132

Proprietas.

Religioſus, quæ promptum non habet animũ ad relinquendum omne quod poſſidet, pro ipſo Cœlum non erit. l.6.c.11.n.2.p 210

Paupertatis Religioſę pulchritudo deformis eſt propter maledictam proprietatem, Ibidem n.6

Proprietas ſuis inuentionibus, virtutem facit apparere, quod vitium eſt. Ibidem,n.7

Væ Religioſis, qui actu proprietatis,aliquid, quo negotiantur retinent. Ibid,n.8.p.211.

Propheta.

Prophetæ, vt plurimum, non aliud,quam Dei iuſtitiam annunciabant,hoc noſtris delictis promerentibus. l.7.c.20.n.3.p.283

Prudentia.

Prudentia mons altus eſt: Et qui in montibus commoratur, robuſtius conſeruat corpus, l.4.c.30.n.6.p.125

Potior eſt actus vnus à prudentia elicitus,pluribus alijs ab imprudentia, & leuitate peractis. Ibidem n.7

Prudentiam Dei, qui apprehendere vult, diuinum adeat Verbum, in quo hæc prudentia habitat, l.4.c.31.n.8.p.128

Sacerdotes in terra, & Virgines multum hac prudentia indigent. Ibid.

Seipſum negare, ſumma prudentia eſt. lib.7. c.14.n.1.p.274

Stulta prudentia,& fideliſſima infidelitas quęnam ſit? Ibidem n.3.p.275

Prudentia virtus eſt, quæ principaliter finem reſpicit. Ibidem n.1

Prudentia humana exaltationem, diuina,abiectionem reſpicit. Vnde Verbum Diuinæ prouidentiæ, ſe propter nos humiliauit. Ibidem n.2

Valde laudabilis eſt prudentia, ſpiritu ſociata ad voluntatem Dei exequendam, l.7. c.22. n.6.p.287.

Præſepium.

In Præſepio Chriſtus, membra ſuper fœnum,& caput ſuper lapidem reclinauit, lib.7. c.20. num.4.pag.284

Puluis, à pedibus excutiendus quid ſignificat? l.4.cap.17.num.2.p.107

Puritas.

Puritas eſt poſſeſſa humilitas. lib.2.cap.5.n.2. pag.15

Quatuor requiruntur ad puritatem acquirendam, l.2.c.16.p.26.& 27

Facilius eſt creare Cœlum, & terram, quam cum ſemetipſo puritatem habere: læditur enim puritas à Verbo non bene cogitato, &c. l.2.c.17.p.27

Qui-

Quilibet tanto magis de eſſentia diuinitatis intelligit, quanto magis puritatem, & innocentiam cuſtodit. l.3.c.18.n.2.p.60
In puritate Pater immergitur, nutritur filius, gloriatur Spiritus Sanctus, Maria ſibi complacet, Angeli delectantur. lib. 5. cap. 30. num.11.p.184
Puſillanimes tanto timore in via Dei incedunt vt Deum ſummæ bonitatis, vix cognoſcere videantur, non patrem, ſed iudicem arbitrantes, l.3.cap.14.n.2.p.55

Purgatorium.

Purgatorij pœnæ ingentes ſunt, & incredibiles.l.2.c.23.n.2.p.33
Non atroces, ſed glorioſæ dici debet,eo quod animas ad tam fælicem gloriam perducant. Ibidem.
Reſpectu Purgatorij, omnia Martyrum tormenta, velut hortus amœnus. Ibid.n.3
Anima in Purgatorio cruciatur,& gaudet;vritur, & lætatur. Ibidem.
Charitas refrigerat in purgatorio animas, dat Deo gloriam, & confuſionem Dæmonibus, l.5.c.12.n.4.p.160
Angeli per ſcalam aſcendentes, & deſcendentes purgatorij animas inde egredientes ſalutant, l.6.c.4.n.3.p.199
Quomodo in purgatorio datur pax. l.7.cap.5 num.1.p.259
Anima Chriſti in triduo mortis, in ſinu Patris pœnam damni, & ſenſus auxit in Purgatorio: damni propter cœlum apertum. Senſus, quia nunc maior eſt culpa, lib.7.c.38. num.1.pag.319
Chriſtus peculiariter ſatisfecit pro animabus Purgatorij, quæ nondum ex ſe ſatisfecerãt, vt poſſet eas cum alijs liberare. lib.7. c.39. num.pag.320

Q

QVinque Verbis Chriſtus à ſacerdotibus ſuis in terra trahitur. l.4. c.33. num.6. pag.131
Si in Deo inquietitudo cadere poſſet, in hoc inquietus videretur, quod non poſſet in ſua creatura quieſcere. l. 3.c.31.n.1. p.75
Quintus canalis Verbi eſt oſtenſa potentia in reſurgendo. l.4.c.8.n.4.p.93
Quintus gradus gratitudinis diuinæ eſt, quod creaturæ poteſtatem tribuat,Deum glorificandi, l.4 c.18.n.4.p.108
Quinque debent eſſe ſponſæ animæ gratitudines erga Deum. l.4.c.19.n.1.p.108
Quintus gradus gratitudinis ſponſæ eſt,Deum propter Deum recuſare. Ibid.n.2.

R

REctitudo in Anima,eſt veluti ſol illuſtrãs, & ſplendens. l.7.c.19.n.1.p.281
Solem aſpicere non poſſumus, ita nec diuinæ voluntatis rectitudinem. Ibidem.
Rectitudo, infinitas à Dei ſinu attrahit gratias, & infinitas retrahit offenſas. Ibid.
Rectitudo eſſe mare immenſum, in quo mille, & mille virtutum piſces natant. Ibid
Rectitudo diuinæ voluntatis, vel vti. Cetus Ionam deglutiens, & euomens. Ibid.

Regnum.

Regina Sabba, ideſt anima Deum diligens,ad verum perueniens Salamonem, deficit, l.6. c.17.n.3.p.120
Regnum duplex habuit Dauid: Quietiſſimum, quod Salamoni dedit,anguſtijs plenũ:aliud & hoc Chriſto reliquit; cuius poſſeſsionem ſpinarum corona accepit. l.7. cap.26.n.1. pag.292
Chriſti Regnum morte habet initium, & morte ſua creſcit, & ideo grano frumenti aſsimilatur. Ibidem.

Regula.

Regula in amaritudinem à Religioſis vertitur quando ad illam conformiter non viuunt, l.7.c.21.n.3.p.285.
Nos regulam eligimus, ſed regula etiam nos eligit,quia nos acceptauit, dixitque. Hoc Fac, & viues. Ibidem n.4
Superior eſt Regula animata,alios gubernans, quam nemo eligit ſine ſpe fructus. Ibid.
Relaxatiuus amor quid ſit. l.4.cap.25.num.4 pag.115

Religio.

Religio, & Regula in priſtino rigore conſeruanda. l.5.c.27. n.2.p.176
Religio ait. Nullum tibi aptes pallium, quod prius mihi conuenire non videas. l.2.c.26. num.1.p.36
Religio limam habet in manibus, qua labia, & linguam animæ purgat. Ibidem n.4
Religionis opera ſint ſimplicia, abiecta, & humilia. Ibidem.
Religio, aurea calcaria habet in pedibus. ibid.
Religio, paradiſi viridarium,ad quod Spiritus Sanctus animas traducit. lib.3.cap.24.n.1 pag.68
In Religione aliqui cum Petro, quod quærunt non præhendunt, aliqui quod quærunt capiunt. l.3.c.33.n.3.p.79
Deus, in Religione, eum quærentibus,totum ſeipſum

ſeipſum dat, ita vt magis illorum, quam ſui ipſius ſit. l.3.c.33.n.3.p.8

Religioſi, qui Virgines viuunt, Agnum ſequuntur cum candido innocentium exercitu. l.5. cap.16.n.1.p.163

Religioſi, Sanctis Innocentibus in martyrio aſſimilantur: Et diuturnitate patiendi, & ratione voluntarij, ipſos ſuperant Innocentes. Ibidem n.2

Delectatur Deus, quando Religioſi ſanguinē ab eo effuſum offerunt, eo modo, quo in effuſione ſanguinis Innocentium delectabatur. Ibidem.

Cantant Religioſi Canticum illud nouum ante ſedem Dei, quando in Choro recta intētione, diuinas perſoluunt laudes. Ibid.

Superbi in Religione, arbores humilitatis eradicant, l.5.c.22.n.1.p.172

Pro Regulari obſeruantia quinque petitiones nes ad Deum faciendæ. lib. 5. cap.23. pag.172

Qui in Religione acceptandi ſunt. lib.5.c.32. num.4.p.186

Religiones nunquam à primo rigore cecidiſſent, ſi omnes ſolummodo ad ſeruiendum Deo acceſſiſſent. Ibidem.

Religioſi non modo aliquid, ſed neque ſeipſos poſſidere debent. l.7.c.2.n.1.p.252

Religioſi eligentes, ſi ſolum diuinam ſequuti fuerint inſpirationem, Spiritus Sanctus aſsiſtet gubernanti, l.5.c.31.n.1.185

Si in tribulationis diluuio, manus ad Deum eleuabunt, Deus, ſicut egit cum Noe, auxilium præſtabit. Ibidem.

Si mundum odio habebunt, ſicut Apoſtoli cuſtodientur. Ibidem n.2

Si paupertatem amauerint, Deus de omnibus neceſſarijs eos prouidebit. Ibid.n.3.

In Religione ſimplicitas eſt velut catulus latrans, latrones repellens, ne furentur. lib.5. c.32.n.1.p.185

Religioſam vitam aggredientes, quanti ponderis ſint promittenda, & obſeruanda, admonendi ſunt. l.5.c.30.n.7.p.183

Væ, væ vanitatis maledictionem in Religionem inducenti. l.5.c.32.n.2.p.186

In Religione, communiter quemque diligere charitatis, & diuini amoris vinculo debemus, l.6.c.8.n.4.p.206

Ad Religioſam perfectionem acquirendam documenta ſalubria decem, & octo. lib.6. cap.9.p.208

Item alia nouem documenta Religioſis neceſſaria. Ibidem c.10.p.209

Cæleſtis Sion imago, Religioſorum habitacula eſſe deberent. l.7.c.21.n.4.p.285

S.

SAcræ Scripturæ loca reminiſcenda, vt complura ſuperentur vitia, virtutes acquirātur l.3.c.11.p.51.

Sacrum Euangelium non aliunde, quam à Diuino humanati Verbi corde proceſsit. lib.5, c.17.n.4.p.164

Sacrum Euangelium eſt lac, animam nutriens, ore Eccleſiæ datum. l.5. c.24.n.5.p.173

Sacra Scriptura ſecretum eſt cubiculum in ſpirituali edificio, l.6.c.5.n.2.p.201

Samaritana, Iudæam figurabat, à qua Chriſtus aquā petijt, dicens Sitio. lib.7. cap.28 num.2.p.296

Velut altera Samaritana fuit latro: aquam, id eſt regnum, à Chriſto petijt. Ibidem n.3.

Samaritanus opere, non natura erat latro, & cæteris ſuis Samaritanis Chriſtum annūciare voluit; quia ad alium latronem ſe cōuertit, dicens, Nos quidem, &c. Vas, & funem reliquit, quia ſocij vocem contempſit. Ibid.

Sanguis Chriſti.

Abſque ſanguinis effuſione potuiſſet Verbum creaturam ſaluare; Amoris tamen affectu, & vt patri obediret, effundit. lib.3. cap.4. num.2.p.44

Sanguis Chriſti, vt efficax ſcutum ad nos defendendos datus eſt. l.3.c.11.p.51

Chriſti ſanguine indutæ animæ, nullus, nec Dæmon nocebit. Ibidem.

Sanguis Chriſti, natura ſua, perpetua oblatio euaſit. l.3.c.32.n.1.p.77

Sicut aqua naturaliter infundit, & emollit, ita Verbi ſanguis naturaliter ad gratiā recreat animam. Ibidem.

Quælibet gutta Sanguinis Chriſti vnionem cū redemptis vociferat, vt vox muſica. l.4.c.5 num.2.p.88

Opera noſtra niſi Chriſti Sanguine dealbarentur, pannus eſſent menſtruatæ. l.4.c.7.nu.5. pag.91

Chriſti ſanguis Collirium eſt, oculus aperiens, & cor accendens. Ibidem n.7.p.92

Sanguis Chriſti quomodo à diuinitate, & ab humanitate proceſsit. l.4.c.9.n.2.p.96

Sanguis Chriſti cum ſit calidum, & ebulliens in vaſis nouis, noui cordis poni debet. lib.4. c.10.n.5.p.98.

Quomodo ab vtero Matris, Sanguinem Chriſtus effunderit, l.4.c.28.n.1.p.119

Sanguis Chriſti magnes, laqueus, torcular, &c. l.5.c.34.n.4.p.190

Sanguis Chriſti cum operibus noſtris nos coronat, l.6.c.20.n.6. p.232

Sanguis à Chriſto viuo effuſus ſufficiens erat ad ſatisfaciendum amori, quo Deus nos ſal-

uare volebat: quem à latere effudit; Ad animarum fuit ornatum,& decorem,l.7.c.6 num.6.263
Qui in corde,ſanguinis Chriſti ſtillam haberet Theſaurum, in ſeipſo ſufficientem ad mille paradiſos emendos haberet. lib.7.cap.26. num.3.293
Sanguis Chriſti pretioſiſſima, ac dulciſſima Theriaca eſt, l.7.c.28.n.1.p.296
Omnes diuinæ dulcedines, tamquam riui à copioſiſſimo fonte, à ſanguinis Chriſti inſtillamento,ad nos perueniunt. Ibidem.
Chriſti ſanguis quoties patri offertur, in nobis infunditur,vt à peccati macula purificemur l.7.c.34 n.4.p.312
Per vocem effuſi ſanguinis Verbi,illud Abacuc 3. impletur. Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis, l.7.c.35.n.3.p.313
Chriſti ſanguis effuſus,non vt ſanguis Abel,ſed ſolum miſericordiam, & pietatem clamat. Ibidem.
Imò diuinæ iuſtitiæ manus ligat, vt quodammodo moueri non poſſit ad vindicãda peccata, vt antea faciebat Ibidem.
Si Dæmon particeps ſanguinis Chriſti eſſe poſſet, Illo mediante, Deo vniretur. Hoc autẽ non erit. l.7.c.37.n.2.p.318
Sanguis Chriſti, ſolo nomine facit Dæmones contremiſcere, l.7.c.39.n.4.p.320
Sanguis Chriſti velut veſtimentum,Iacob,ſuauiſſimum emittit odorem,Ita vt Deus, aliquo dicendi modo, decipiatur. l.7.cap.29. num.6. pag.300

Sapientia.

Sapientia Diuina, quid ſit, lib.6. c.24. num.1. pag.236
Sapientiã guſtare nequit, niſi qui neſcire vult quid ſit carnalis, & terrena Sapientia,Deo inimica. Ibidem.
Sapientia carnalis veluti Flos, qui ſtatim exiccatur. Ibidem.
Sapientia Dei veluti Rubus ardens, & nõ conſumens. ibidem p.237
Sapientia diuina nec diuitijs,nec tempore,nec verbis; ſed ſola annihilatione, iugique affectu Dei in Deo acquiritur. Ibid.n.2
Mirabiles Diuinæ Sapientiæ effectus. Ibidem num.3
Inſipiens, qui ad videndum ſolem,facem accenderet. Et ſtultus eſt, qui alio, quam diuino lumine, diuinam cogitat acquirere ſapientiam, l.7.c.4.n.1.p.257
Nulla ſapientior ſtultitia eſt, quam cum Verbo Dei Crucem tollere. lib.7.cap.14.nu.1. pag.274
Sapientia mons altus eſt. l.3.c.27.n.1.p 71
Sapientia adueniente, nota facta eſt via, qua peruenitur ad Cœlum, l.4.c.11.n.2.p.99
Sapientia influens in patre, refluens in Verbo, effluens in Spiritu Sancto, l.4.c.36. num.5. pag.140
Sapientia mediante, Cœli poſſeſſionem habemus. Et de re poſſeſſa quiſque poteſt ſuo modo diſponere. l.5.c.20.n 4.p.169
Sapientia creaturarum, ſcintilla quædam eſt ſapientiæ Verbi.Et ſapientia in Verbo, non Verbum in ſapientia, l.4.c.8.n.1.p.92

Scientia Dei.

Scientia Dei velut ſpecioſiſſima palma dulciſſimos producens fructus, ſed in terra diſpoſita, l.6.c.25.n.1.p.238
Sine hac,omnis ſcientia inſipientiſsima,& ſtultiſsima ignorantia eſt. Ibidem.
Excelſior Cœlo eſt, quia Cherubim non valent ramos eius attingere. quid autem ſit, Ibidem n.1.& 2.
Sine ſcientia extincta eſt charitas, quia debitũ quod non cognoſcitur, non redditur. Ibid. n.3.p.239
Scrupuloſi, & tepidi, ſemper inquieti ſunt.l.7. cap.4.num.2.p.258

Sepulchrum.

In ſepulchro iacens Chriſti humanitas, numquam fuit à diuinitate ſeparata, l.7.cap.36 num.2.p.315
In ſepulchro corpus candida Syndone inuolutum reliquit, vt oſtenderet Chriſtus, quod ita corpus ſuum ſub ſpeciebus panis in Altari (quod ſepulcrum figurabat) abſconditum relinquebat, ibid.n.1
Sedes Romana eſt totius Eccleſiæ caput, cui Deus infallibilitatem promiſit, l.4. cap.24. num.15. pag.114

Seraphim.

Seraphim vnitiuum amorem infundunt in ſponſis, l.4.c.20.n.4.p.110
Seraphim ſex alis ſponſam aſſumunt, ornant, & coram ſponſo collocant. Ibid.n.6
Seraphim, Chriſti ſponſis,ſtellarum coronam componunt. l.6.c.19.n.1.226
Seraphinorum alæ,ardentiſsimæ amoris,flammę ſunt, quas in ſponſarum Chriſti cordibus interere vellent. Ibidem.
Seraphim multo magis in Cœlo empireo ſplẽdent, quam in noſtro Cœlo ſtellæ lucidæ, Ibidem.
Anima in Chriſti latere, Seraphicum habet colloquium, l.6.c.29.n.8.p.245

Sitis.

Sitis à magno calore generatur, & hic magnus

gnus eſt amor, lib.4.cap.28.n.6.p.120
Quomodo Verbum in ſinu Patris ſ & in vtero Matris ſitiebat. Ibidem n.6.& 7
Cum infirmatur, & languet Ceruus, non amplius ſitit; ſic animæ infirmatæ Diuini honoris deſiderium perdunt, lib.5. cap.10. num.3.p.157
Cum Chriſtus dixit ſitio, animarum ſalutem ſitiebat, mouitque Patrem ad manifeſtanda iterum humanitati omnia dona, gratias, & gloriam, quam electis daturus erat, l.7. c.3.n.5.p.256
Sitio, in cruce, idem fuit, ac, Mulier da mihi bibere, l.7.c.28.n.2.297
Siti ardentiſsima cupiebat Chriſtus, in Balneo ſui in Cruce ſanguinis lauari, Ideoque nocturno tempore, fugidiori hieme natus eſt, l.4.c.10.n.4.p.97

Spes.

Spei exercitium, non ita, ſicut fidei, & charitatis frequentandum, lib.4. cap.31. nu.3. & 4. pag.126
Spes magnam affert animæ delectationem. Ibidem.

Spina.

Spinæ in Chriſti capite aperturas fecerunt, vt inde animæ ſecreta, & ſapientię theſauros abſconditos aſpiceremus. lib.2.cap.12.n.4 pag.23
Sex inter cæteras, fecerunt aperturas: in capite, tres à parte anteriori, & tres à poſteriori. Ibidem n.6
Spinæ illæ prætioſiores ſunt lapidibus pratioſis, eo quod Chriſti caput tetigerint, lib.7. cap.28.n.1.p.296
Spinarum corona, Chriſtus, capiti noſtro gloriæ coronam impoſuit. ibid.
Spinarum coronam Chriſtus, vt prætioſiſsimã habet, & ideo ad eam intuendam amantes animas inuitat. Egredimini, &c. Ibid.
Sicuti in Rubo flammæ viſæ ſunt inter ſpinas; Ita charitatis Chriſti flamma. Ibid.
Qui ſpinis coronari valet, linqnat flores, l.2. c.26.n.1.pag.36

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus pondere, & leuitate caritatis raptim in omnibus locis aptis ad eum recipiendum mouetur. l.3.c.4.n.1.p.43
Loquitur, & tacet, & in ſummo ſuo ſilentio auditur. Ibidem.
Eſt veluti Arcę Columba, quia in cordibus peccatorum non inuenit vbi quieſcat. lib.3. c.4.n.3.p.44
Eſt ſicuti ſol, qui in in Cœlo reſidet, & radios in terra diffundit. Ibidem n.4
Spiritus Sancti pluuiã in tota Eccleſia diffusã, quilibet ſecundum ſuam diſpoſitionem participauit. Ibidem.
Spiritus Sanctus exaltauit Verbum, ſe, ſe in electis diffundendo. l.3.c.6.p.46
Mediante eius infuſione, Verbum in electis eſt alterum ſe, cum tot Dij, & Verba in Verbo reddantur. Ibidem.
Eſt veluti ſaggitta ab alto deſcendens, quæ nõ quieſcit, niſi ad centrum terræ perueniat, l.3.c.9.n.3.p.49
Spiritus Sanctus eſt hamus, quo Sanctiſsima Trinitas creaturam capere ſatagit. Ibidem n.8.p.50
Spiritus Sanctus candorem etiam in corpore manifeſtat. Ibidem n.9
Dicitur Fons ſignatus, Columna per deſertum deducens, Columba ad Arca egrediens, ramos colligens, &c. l.3.c.21.n.1.p.64
Eſt complementum increatæ, & create Trinitatis, Ibidem n.5
Eſt Theſaurarius donorum, & gratiarum Dei. Virga percutiens in deſerto petram, ideſt Chriſtum, ad ſatiandas beſtias, ideſt peccatores. Ibidem.
Eccleſiæ hortum colit, in quo Verbum, vt fons ſe exhibet quinq; plagis irrigando. l.3.c.22. n.1.p.66
Verbum, noſtro loquendi modo, à ſinu Patris abſtulit, & in hoc mundo tranſplantauit, captus amore hominum. Ibidem n.2.p.67
Ædificat ędificatã Ieruſalem; quo Architecto, quibus miniſtris, qua calce, arena, &c. l.3. c.24.n.2.p.68
Spiritus Sanctus, micas de gloriæ conuiuio cadentes, diuitibus ſimul, & pauperibus ſponſis elargitur, l.3.c.30 n. 3.p.75
Velut Aquila, animas, quæ eum receperunt, apprehendit, & ad Verbi conſpectum aſſumit, l.3.c.31.n.2.p.76
Spiritus Sancti elogia conglobata. lib.4.c.35. n.1.p.139
Anima quæ Spiritus Sancti infuſione caret, velut quoddam Dæmon euadit, eodemq; nutritur nutrimento, l.6.c.23.n.1.p.235
Spiritus Sanctus reſpiciens ad flagella, & ad ſplendorem humanitatis Chriſti, contineri nequit, quin nobis ſpiraculum inſpirationis immittat, l.7.c.27.n.6.p.293

Splendor.

Splendor in facie Moyſis, ab anima redundabat in corpus, l.6.c.22.n.3.p.234

Speculum.

Speculum eſt Verbum: Et in luce, ideſt in Patris dextera imitari nõ poteſt; In tebris vero paſsionis poteſt, l.5.c.27.n.2.p.176

Sponſa.

Sponſæ ſponſum recipientes, aliquam ab illo gratiam petunt, l.2.c.11.n.2.p.21
Sponſæ in perfectionis ædificio, velut lapides in templo Salamonis, abſque malleorum ſtrepitu coaptandæ, l.2.c.21.n.2.p.31
Quemadmodum verbum Apoſtolos hominū piſcatores inſtituit, ſic ſponſas, vt prædam facerent animarum. Ibidem n.3.p.32
Sponſæ feruentes, ad inſtar Mariæ, ſtellis, ideſt Angelicis auxilijs coronantur, lib.6. c.19. num.1.p.226
Quidquid habet ſponſus, conuenit, vt habeat ſponſa, l.7.c.6.n.1.p.260
Sanguis, & aqua à Chriſti latere exiuit, vt ad inſtar ſponſæ, candida, & rubicunda eſſet Eccleſia, l.7.c.6.n.6.p.263
Sponſalia in Monte Caluario celebrata: qui aſſenſus, quæ dos, &c. lib.7.cap.28.nu.6. pag.298
Sponſus, annulos, monile, & nuptialem veſtē flammulis plenam ſponſis affert. l.5.cap.1. n.2.3.& 4. pag.142.& 143
Sponſalia quomodo facienda, & ſpiritualia, l.5.c.4.n.1.p.147
Sponſæ veſtimentum eſt charitas, cinctorium, fortitudo. Ibidem n.2.p.148

Silentium.

Silentio Mariæ, quaſi accidit, quod falsò, mendax ille ſerpens dixerat Euæ. Eritis ſicut Dij. lib.7.c.27.n.4.p.293

Simplicitas.

Simplicitas veluti Columba, ſemper ad Deum volitat, vt in eius pectore nutriatur. lib.7. cap.12.num.2.pag.271

Stola.

Stolam pulcherrimam præbet Chriſtus, pro fune, qua ligatus fuit.l.6.c.20. n.1. p.230

Solitudo.

Quam benè ſimul ſolitudo, & humilitas vniuntur, l.7.c.23.n.2.p 278

Superbia.

Superbi in Congregationibus ſunt veluti Dracones, omnia flatu venenantes. lib.5.cap.8 num.3.p.155
In Ciuitate ſi ſubditi, & Principes ſuperbi commorantur, iuge eſt bellum, ita vt mendici euadant populi, & fame moriantur. Ibid.
Superbia eſt eleuatio mētis à ſuo proprio eſſe, l.3.c.28.n.1.p.178
Superba anima, Paleæ manipulo aſsimilatur. Ibidem.
Pes ſuperbiæ, facit, vt ex quolibet proximi dictu ſcandalizemur. l.6.c.18.n.9.p.225

Superior.

Superior tot oculos habeat, quot animas ſibi traditas, l.1.c.3.n.2.p.2

T

Tacendo, maledicenti cōſentire videmur, lib.5.cap.30.n.6.p.183

Temperantia.

Temperantiæ vallis, eorum ſophiſticam prudentiam retrahit, qui volunt Dei opera inueſtigare, l.4.c.30.n.7.p.125
Temperantia, virtutes omnes continet, ſuam Theriacam componendo, Ibidem n.8.
Temperantia facit, vt non decipiamur, cortice neceſsitatis induti, Ibidem.

Tempus.

Qui temporis breuitatem præ oculis habet, nec in minimo Deum offendit, lib.2. c.25. num.3.pag.35

Tentatio.

Tentationes, ad bonum noſtrum à Deo ordinantur, l.7.c.24.n.1.p.289

Tepiditas.

Tepiditas inReligioſorum cordibus, ſubtiliter, veluti aqua ingreditur, Ita vt vix eam ſentiant, & præuideant. lib.5. cap.28.num.8. pag.180
Tepiditas, omne ſpirituale ædificium animæ diruit, Ibid.
Tepiditas, Dæmonis ſitim extinguit, quia ab anima tepida obtinet quidquid vult. Ibid.

Terra.

Terra Caluarij Montis fortunata, quia Redemptoris ſanguine viſitata. Viſitaſti terram, &c.l.5.c.11.n.2.p.158

Teſtamentum.

Teſtamentum vetus, Chriſtus non deteſtatur, ſed non vult, vt amplius progrediatur, niſi in quantum ad adimplendum nouum inſeruit. l.7.c.20.n.2.p.283

Timor.

Timo,licet imperfectus, ſcala eſt ad amorem, l.6.c.26.n.2.p.240

Traſformatio.

Traſformatio eſt vinculum, animam Deo ligans, & vniens, l.4.c.20.n.5.p.210

Trinitas.

Noua hominis Trinitas creata eſt, cum Pater intueretur in Verbo, verbum in Patre, & ambo in Spiritum Sanctum,& Spiritus Sanctus in ambobus, l.3.c.18.n.6.p.61

Trinitas increata, concipiẽdo hominem creare, à ſe egrediebatur, & ingrediebatur. l.4. c.4.n.6.p.86

Trinitas creata propter tres animæ potentias, increatæ Trinitati ſimilis dicitur. lib.5.c.2. n.1.p.144

Increata Trinitas glorificat hominem,& creata Trinitas glorificatDeum;quomodo,ibid. num.4.p.146

In Trinitate creata non ſolum deſiderant Angeli proſpicere, ſed etiam ipſe Deus,ipſam animam proſpicit. ibid.n.7

Tres in horto conducendo Apoſtolos, figurã aſſumpſit Chriſtus SS.Trinitatis,cui ſuę humanitatis effectus manifeſtabat, lib.6.c.19 num.4.p.227

Cum Trinitas creata, diuinæ conformatur Trinitati, tamquam à ventre Cœli foras emittitur, ideſt in corde Verbi. l.7.c.19.num.1. pag.281.

Trahere

Trahere ad ſe *omnia* Chriſtum, denotat, quod omnia ad eum venire debeant,eo quod nihil ſimus,nec in nobis aliquid boni,niſi peccatum, quod nihil eſt. lib.7.cap.13.nu.2. pag.273

Vel *omnia* trahere velle,quantum eſt ex ſe. Ibidem.

Vel *omnia*, quia vt homini, data eſt poteſtas ſuper omnia. Vel *omnia*,ideſt animam noſtram ad ſeipſum, qui omnia eſt. Ibid.

Tranquillitas.

In Tranquillitate cordis,deliciæ Dei ſunt, l.5. cap.27.num.3.p.177

Tribulatio.

In Tribulationum igne, Ros Cæleſtis conſolationis ab amantibusDeum inuenitur,ſicut paruuli in Caldea.l.3.c.19.n.3.p.62

Turbari in horto, Cur voluit Chriſtus? lib.6. c.19.n.4.p.227

Turbatio Chriſti in horto, in tranquilla, ac perpetua pace nos poſuit. l.7.c.26.num.2. pag.292

V

Vana gloria ferox Leo,qui ſpecioſam puritatis ſponſulam quærit deuorare,bona opera tollere,&c. l.5.c.30.n.10.p.184

Vana gloria cum humilitate certans, quinque prò ſe rationes adducit. lib.6.cap.13.nu.1 pag.213

Cum Deus in ſuo eſſe ſibi complaceat, non in hoc creatura eum imitari debet, ſed in eo quod factus ſit humilis corde. Ibid.n.2

Nemo eſt hebetioris intellectus,homine ſe vane glorianti. Ibidem

Vana gloria clamat. Magna opera, magnam mereri retributionem, Cui humilitas,Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam,Reſpondit. Ibidem n.3

Facto, verum eſt, vanam gloriam ab ignorantia prouenire. Ibidem n.4

Vbera duo ſugebat Chriſtus à Matre: Et duo habet vbera idem Chriſtus,Diuinitatis vna; Humanitatis altera, l.7.c.20.n.4.p.284

Verbum Diuinum.

Verbum cum ſit idem cum Patre, quomodo poſſit à Patre petere. lib.4. cap.9. num.1. pag.95

Verbum Diuinum mirabile eſt in ſe, in Patre, & Spiritu Sancto, l.2.c.5.n.3.p.16

Verbum vnico ſuſpirio, vel interna voce mouetur, ſi tamen hæc, recte ad finum, vel ad dexteram Patris emittatur. lib.2.c.14.n.3. pag.26

Verbum horto comparatur, & magis optat dare, quam recipere. l.3.c.3.p.43

Verbum, quia imago eſt,& per intellectum, imaginem in homine reformare debuit; nõ Spiritus Sanctus,qui eſt per voluntatem l.3. c.12.n.5.p.53

Verbum,vnde figura dicitur, & imago Patris, l.4.c.n.4.p.86.& l.3.c.12.n.3.p.53

Verbum ſe reputat glorioſum in creaturarum operatione, l.3.c.28.n.3.p.72

Verbo mediante, cognitionem Sapientiæ Æternæ Trinitatis habemus. l.4.c.11.n.2.p.99

Hæc dictio,Verbum, dupliciter intelligi poteſt. l.5.c.5.n.1.p.150

Vebum cum ſit infinitæ virtutis, poteſt infinitas naturas ſuſtentare. l.7.c.40.n.1.p.321

Verba Dei.

Verba Dei non minus,quã Verbum in hac peregrinatione neceſſaria ſunt, l.3.c.11, nu.1. pag.51
Deum

Digitized by Google

Deum ſudare facit, qui eius verba audire non vult. l.5.c.32.n.6.p.187
Verba illa. *Pater ignoſce illis*, prius dicta in ſinu Patris, & in Ventre Matris, l.4.c.28. n.1. pag.119
Verbi Dei medicina, tertianam, & quartanam febrem curat, l.5.c.15.p.104
Verbum non bene cogitatum, animæ maculat puritatem, l.2.c.17.n.2.p.27
Verba Dei, ſcala Iacob, per quam Angeli aſcendunt, &c. l.3.c.12.n.1.p.52
Verba Dei quaſi ſaggittæ corda penetrantes. l.3.c.13.n.2.p.54
In verborum diuinorum ſcala currendum, non lentè gradiendum. Ibidem.
Verba à Dei Verbo prolata, ſuperbi ſe non intelligere aiunt. Ibidem.

Via.

Via eſt Verbum, ſanguine ſignata, per quam non ambulare, videtur inueſtigabile. lib. 4. c.36.n.7.p.141
Viæ Domini dicuntur inueſtigabiles, ijs, qui diuino lumine carent. Ibidem
Per hanc viam, magis amando, quam ſciendo ad Thronum ducimur SS. Trinitatis. Ibid.

Vnio.

Ab Vnione diuinitatis cum Humanitate nos bonum omne recepimus, lib.6.c.29.num.1. pag.243
Quod æqualis inæquali, vt faciat ſibi æqualē, vniatur, Angelicas omnes Hierarchias obſtupeſcere facit. Ibidem.
Vnio hæc veluti Aquila, viua fide credentes ad Chriſti plagas adducit, vt ibi præſtent fidelitas tributum, Ibidem n.2
Per vnionem creatura alter Deus per participationem efficitur. Ibidem.
Vbi eſt vnio, Ibi Deus, & omne bonum, & eſt Viti ſimilis. ibidem, n.9.& 10

Veritas.

Veritas in Eccleſia eſt quietiſſimum Mare, in in quo Angeli nauigant, natant, qui prò amore tamquam Seraphim ardent. l.3.c.33. num.1.p.79
Amabilis eſt, & neceſſaria, ſed à paucis cognita. Ibidem.
In veritatis mare, amoris alphabetum diſcitur. Ibidem.

Veſtis.

Veſte alba indui voluit Chriſtus, vt eius cognoſceretur innocentia. l.6.c.20. n.1. p.230
Veſte alba Chriſtum induere, eſt Chriſto Chriſtum offerre. Quod eſt cordis digniſſimum Veſtimentum. Ibidem.

Virginitas.

Virgines in Chriſti latere morantur, pro quibus ſpecialiter ædificatum eſt. l.2.c.11.n.5. p.22.& l.3.c.28.n.2.p.72
Virginitas, omnis perfectionis virtus, & aptius inſtrumentum ad perfectionem acquirendam. l.2.c.24.n.3.p.34
Chriſtus in vtero, cor Virginis intuens, Virginum puritatem cupiebat. l.4.c.28.num.8. pag. 120
Virgines cur Prophetis aſſimilentur. l.4.c.26. num.1.p.116
Virgines Deo ſacræ, ſilueſtres, vt Cerui eſſe debent. l.5.c.10.n.2.p.157
Virgines fatuæ, melius ſe præparaſſent, ſi diuinam intellexiſſent potentiam. l.6.cap.26. num.1.p.240
Virgines in dextera ſua Chriſtus cum Matre collocabit. l.7.c.14.p.274

Virtus.

Virtutes omnes in Chriſti pulchritudine ſibi complacent. l.6.c.22.n.4.p.235

Vitis.

Vitis ſi ſtrictius amputatur, diutius durat, ſuauioremque reddit fructum. l.6.c.29.num.8. pag. 245
Vbi es, dictum eſt Adæ, & vbi es, dicitur animæ, non in ſeipſa, nec in Deo, &c. l.4.c.35 num.2.pag.130

Voluntas.

Voluntas noſtra mortua eſſe debet, Ita vt neque Deum ipſum velit, niſi quantum diuina diſpoſuerit voluntas. l.3.c.9.n.6.p.49
Voluntatis diuinæ conformitas, fuit cauſa, vt Maria prima omnium de Chriſti Reſurrectione gauderet. l.2.c.15.n.4.p.26
Volūtas noſtra eſt Ianua per quam bonus paſtor ingreditur. l.4.c.2.n.3.p.84.
Cur voluntatem ſuam Chriſtus in manibus Patris multoties poſuit, cum oraret in horto? l.6.c.19.n.4.p.228
Cum pluries noſtrā abnegamus voluntatem, SS. Trinitatis gratias infinitas recipimus. Ibidem.
Si Dæmon nos conduceret, ſcientes hanc eſſe voluntatem Dei, ſinere debemus, vt ab illo ducamur, Ibidem n.9.p.230
Voluntas humana veluti Magnes, diuinæ voluntatis aquilonem reſpicere debet. l.7.c.3. num.4.p.255
Sine voluntate nulla eſſet bonitas, & perfectio. l.7.c.17.n.2.p.280

A vo-

A Voluntate mouetur memoria, vt recordetur & intellectus, vt de Deo diſcurrat. Ibid.

Sicut Pater Verbo, & vterque Spiritui Sancto totum eſſe communicat. Sic voluntas noſtra omnem virtutem alijs potentijs communicare deberet. Ibidem n. 3.

A voluntate diuina nihil nos retrahere debet, & maximè in rebus ad diuinum honorem pertinentibus. l.7.c.22.n.6.p.287

Religioſi cor, hanc iugiter ferre debet mortificationem: Numquam propriam facere voluntatem. l.6.c.12.n.2.p.211

Votum.

Vota Religionis tres catenulæ ſunt, quibus ducitur lampas noſtri cordis. lib.3. cap.28. num.4.p.73

Votorum renouatio tantum Deo placet, quãta eſt interioris complacentiæ renouatio. l.5.c.4.n.5.p.149

Per eam gratia augetur, promiſſa facta roborantur, & noua Pax oritur. Ibidem num.6

Vox.

Vox Chriſti magis clamat ad Patrem, vt peccatores ſaluentur, quam aquæ Diluuij ad puniendum. l.7.c.25.n.2.291

Sub Vmbra venit Chriſtus, vt in creatura, quæ vmbra eſt, quieſceret. lib.6. cap.2. pag.196

Vulnera Chriſti.

Vulnera Chriſti cauernæ ad refugium generis Humani; & ſigilla, quibus omnes paradiſi gratiæ expediuntur. lib.6. cap.20. num.6. pag.232

In Verbi vulneribus animæ ingredientes, ſanguinis veſtimentum, quo ornantur, attrahunt. l.4.c.11.n.6.p.99

Abſque vnione ad Vulnerum Chriſti merita, quid eſſet iuſtitiæ noſtræ? Quid abominabile, l.6.c.20.n.6.p.232

Vulnera Chriſti arcus, quem prò ſigno dedit Deus Noè, vt nunquam adduceret aquas diluuij ſuper terram. l.7.c.29.n.6.p.232

Aperto ore calefacimus rem, ſtricto frigefacimus. Vulnera ſua Chriſtus aperta voluit, vt gratiarum halitũ attraheret à Patre, & nos calefaceret. l.7.c.36.n.2.p.315

Hinc in Apoſtolos Inſufflauit, calidum ſpiritũ ſuum emittens: Fuitque amoris exceſſum, quia iam in paſſione ſua meruerat poſſe alijs tribuere auctoritatem remittendi peccata. Ibidem.

Vulnera ſua, Chriſtus, conſeruando, glorioſarum animarum nutrimentum oſtendit. l.4. cap.11.n.6.p.99

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google